Liruti, G. G., Notizie delle dite ed opere scritte da Letterati del Friule raccolte, Venezia 1760.

Little, A. G., Statuta provincialia Provinciae Franciae et Marchiae Tervisinae, ap. English Historical Review, 1902, 1903 et AFH 1914.

Lisbona, Marcus de, Las Cronicas de la Orden de los Frayles Menores, Valencia 1724.

Lombardi, Petri, Libri IV Sententiarum, studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae in lucem editi, Ad Claras Aquas 1916.

López, A., Descriptio codicum Franciscanorum Bibliothecae Riccardianae Florentinae, ap. AFH I, 1908.

Idem, Fr. Jerónimo de Cataluña, ap. Revista de Estudios Franciscanos, 1909.

Idem, Viaje de San Francisco á España (1214), ap. Archivo Ibero-Americano, 1914.

Idem, La Provincia de España de los Frailes Menores, Santiago 1915.

Idem, Los Obispos de Marruecos desde el siglo XIII, ap. Archivo Ibero-Americano, 1920.

Macray, G. D., Catalogi codicum manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae. Pars nona, codices a viro clarissimo Kenelm Digby, Oxonii 1883.

Magliano, Panfilo de, Storia compendiosa di S. Francesco e de' Francescani, Roma 1874-1876.

Mailla, De, Histoire générale de la Chine, Paris 1783.

Mansi, J. D., Sacrorum conciliorum collectio, Florentia et Venetiis 1759-98.

Digitized by Google

Marianus a Florentia, Compendium chronicarum Ordinis FF. Minorum, ap. AFH 1908-1911.

Markham, C. R., Book of the Knowledge of all the Kingdoms..., London 1912.

Marković, G., Gli Slavi ed i Papi, Zagabria 1897.

Marquant, J., Ueber das Volkstum der Komanen, ap. Bang-Marquant, Osttürkische Dialektstudien (= Abhandlungen der K. Gesellschaft d. Wiss. zu Göttingen, phil. hist. kl. N. F., t. XIII, n. 1), Berlin 1914.

Martonne, E. de, La Valachie. Essai de monographie géographique, Paris 1902.

Matrod, H., Le Voyage de Frère Guillaume de Rubrouck (1253-1255), ap. Etudes Franciscaines, XIX-XX, 1908.

Idem, Notes sur le voyage de Frère Jean de Plan-Carpin (1245-1247), ap. Etudes Franciscaines, XXVII-XXVIII, 1912.

Matthaeus Parisiensis, ed. H. R. Luard, vol. I-VII, London 1872-83.

Meinert, J. G., Johannes von Marignola minderen Bruders und päpstlichen Legaten Reise in das Morgenland, ap. Abhandlungen der kön. Bömischen Gesellschaft der Wissenschaften, Prag 1820.

Mélanges Asiatiques tirés du Bulletin Historico-Philologique de 'Académie Impériale des sciences de St. Petersbourg, II, 1856.

Meyer, E., Documents manuscrits de l'ancienne littérature de la France conservés dans les Bibliothèques de la Grande Bretagne, I part., Paris 1871.

Miller, W., Trebizond, the last Greek Empire, London 1926.

Miscellanea Ehrle, Roma 1924.

Miscellanea Francescana di storia, di lettere, di arte, Foligno-Assisi 1884 ss.

Missioni Francescane, Le, III, Roma 1893.

Mommsen, T., Römische Geschichte, Berlin 1874-75.

Idem, Solini C. Julii Collectanea rerum memorabilium, Berlin 1864.

Monasterio, Ar. A., Martyrologium Franciscanum², Parisiis 1653.

Montfaucon, Bibliotheca Bibliothecarum nova, I, Parisiis 1739.

Montgomery, J. A., The history of Yaballaha III nestorian patriarch, New York 1927.

Monumenta Germaniae Historica, Berolini 1826 ss.

Monumenta Xaveriana, I, Matriti 1899-1900.

Morgan, J. De, Mission scientifique au Caucase. Etudes archéologiques, Paris 1889.

Moroni, G., Dizionario di erudiz. stor. ecclesiastica, Venezia 1844.

Mortier, Histoire des Maîtres généraux de l'Ordre des Frères Prêcheurs, Paris 1903 ss.

Moshemii, J. L., Historia Tartarorum ecclesiastica, Helmstadii 1741.

Moule, A. C., Marco Polo's Sinjumatu, ap. T'oung Pao, 1912, 431-33.

Idem, The Failure of early christian Missions to China, ap. The East and the West, 1914.

Digitized by Google

Idem, Documents relating to the missions of the Minor Friars to China in Thirteenth and Fourteenth Centuries, ap. JRAS 1914, 533-99.

Idem, The Minor Friars in China, ap. JRAS 1917, 1-36; 1921, 83-115.

Idem, Cathay and the Way thither. Some Notes on: «Letters and Reports of Missionary Friars», ap. The New China Review, London 1921.

Idem, A Life of Odoric of Pordenone, ap. T'oung Pao, 1921, 275-90.

Idem, A small Contribution to the study of the Bibliography of Odoric, ap. T'oung Pao, 1921, 301-22.

Idem, Fourteenth Century Missionary Letters, ap. The East and The West, London 1921, XIX, 357-66.

Idem, Bibliographical Notes on Odoric, ap. T'oung Pao, 1922, 387-93.

Idem, The early Franciscan Mission in China, ap. The New China Review, 1922.

Idem, The ten thousand Bridges of Quinsai, ap. The New China Review, 1921.

Muir-Weir, W., The Life of Mohammad from original sources, Edimburgh 1912.

Müller, A., Der Islam im Morgen-und Abendland, Berlin 1887.

Müller, R., Die Anfänge des Minoritenordens und der Bussbruderschaften, Freiburg i. Br. 1885.

Muratori, L. A., Scriptores rerum Italicarum, Mediolani 1723 ss.

Nantes, R. de, Histoire des Spirituels, Paris 1909.

Nau, F., Les Pierres tombales nestoriennes du musée Guimet, ap. Rev. de l'Orient chrétien, 1913.

Idem, L'Expansion nestorienne en Asie (= Annales du musée Guimet. Bibl. de Vulgarisation, t. 40), Paris 1914, 193-383.

Neerlandia Franciscana, Iseghem 1914-1924.

Nève, D., De la fondation des Monastères en terre de Mission, ap. Autour du problème de l'adaptation, Louvain, 1926.

Nikov, P., Les rapports des Tartares et des Bulgares au Moyen âge avec un coup d'oeil sur le règne des Smilets (= Annuaire de l'Université de Sofia, I, Faculté historico-philologique, XV-XVI, 1919-1920), Sofia 1921. Cf. Revue Historique, Paris 1924.

Nilles, N., Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae orientalis et occidentalis, Oeniponte 1896-1897.

Nordenkiöld, Periplus. An Essay on the early History of Charts and Sailings-Directions, translated from the swedish original by Francis A. Bather, Stockholm 1897.

Nuovo Archivio Veneto, Venezia 1896.

Ohsson, d', Histoire des Mongols, La Haye 1834 et 1852.

Oliger, L., De pueris oblatis, ap. AFH VIII, 1915, 389-447; X, 1917, 271-88.

Idem, I Penitenzieri Francescani a S. Giovanni in Laterano, Firenze 1925.

Digitized by Google

Idem, Liber Exemplorum Fratrum Minorum saeculi XIII, ap. Antonianum, 1927, 203-76.

Oncken, Storia Universale illustrata, Milano [1898].

Onoranze centenarie, Le, a Paolo Toscanelli e a Am. Vespucci, Firenze 1898.

Oppert, G., Der Presbyter Johannes in Sage und Geschichte, Berlin 1864.

Opuscula sancti Patris Francisci Assisiensis, Ad Claras Aquas 1904.

Ostasiatische Lloyd, Shangai 1907.

Palmieri, Alexandre Iaroslavitch Nevsky, ap. Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclesiastiques, II, 261-62.

Palomes, L., Dei Frati Minori e delle loro denominazioni, Palermo 1897.

Paulus, N., Geschichte des Ablasses im Mittelalter, Paderborn 1923.

Pauthier, M. G., Le Livre de Marco Polo, Paris 1865.

Pegolotti, Della decima e di varie gravezze..., Lucca 1765-1766.

Pelliot, P., Les Kouo-che ou « maîtres du royaume » dans le Bouddhisme chinois, ap. T'oung Pao, 1912, 671-76.

Idem, Sur quelques mots d'Asie Centrale attestés dans les textes chinois, ap. Journal Asiatique, 1913, I, 451-69.

Idem, Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient, ap. T'oung Pao, 1914, 623-44.

Idem, Le mot bigni (ou begni ?) « vin » en turc, ap. T'oung Pao, 1914, 448-53 ; 1925-1926, 61-64.

Idem, A propos des Comans, ap. Journal Asiatique, 1920, 115-85.

Idem, Mongols et Papes aux XIIIe et XIVe siècles, Paris 1922.

Idem, Les Mongols et la Papauté, ap. ROC 1923 ss.

Idem, L'évêché nestorien de Khumdan et de Sarag, ap. T'oung Pao, 1927, 91-92, et Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions, 1926, 223-24.

Pelzer, A., Un traducteur inconnu : Pierre Gallego, Franciscain et premier Evêque de Carthagène (1250-1267), ap. Miscellanea Fr. Ehrle, I, Roma 1924, 407-56.

Peschel, O., Geschichte der Erdkunde, München 1877.

PG = Patrologia graeca, ed. Migne.

PL = Patrologia latina, ed. Migne.

Pierling, La Russie et le Saint Siège, Paris 1896.

Pinon, R., Le péril jaune au XIIIe siècle, ap. Revue des deux Mondes, mars 1905.

Pisa, Bartholomaeus de, De Conformitate Vitae Beati Francisci ad vitam Domini Iesu, ap. AF IV-V, 1906-1912.

Potthast, A., Bibliotheca historica medii aevi, Berlin 1896.

Pou y Marti, M. J., Fr. Gonzalo de Balboa, primer General Español de la Orden, ap. Revista de Estudios Franciscanos, 1911, 171-80 ; 332-42.

Idem, Fr. Jerónimo de Cataluña, obispo de Cafa, ap. AIA 1923, 8-37.

Digitized by Google

Prejevalsky, N., Mongolia, the Tangut Country and the Solitudes of Northern Tibet, translated by E. Delmar Morgan, with Introduction and Notes by Col. H. Yule, London 1876.

Prévost, Histoire générale des Voyages ou nouvelle Collection de toutes les relations de Voyages par mer et par terre qui ont été publiées jusqu'à présent dans les différentes Langues de toutes les Nations connues, Paris 1749 ss.

Prutz, H., Storia degli Stati medioevali dell'Occidente da Carlomagno fino a Massimiliano I, Milano [s. a.] (= Oncken, Storia universale illustrata, ser. 2, vol. VI).

Pullé, G., Historia Mongalorum. Viaggio di F. Giovanni da Pian del Carpine ai Tartari (= Studi Italiani di Filologia Indo-Iranica, XI), Firenze 1913.

Quatrefages, A. de, Les Pygmées, Paris 1887.

Quatremère, E., Histoire des Mongols de la Perse. Ecrite en Persan par Raschid-Eldin, Paris 1836.

Idem, Notice de l'ouvrage qui a pour titre Mesalek-al-abasar, ap. Notices et Extraits des Manuscrits, vol. XIII, 151-384, Paris 1838.

Idem, Observations sur le feu grégeois, ap. Journal Asiatique, 1850, I, 214-74.

Quétif-Echard, Scriptores Ordinis Praedicatorum, Lutetiae Parisiorum 1719-1721.

Radloff, W., Das Kudatku Bilik des Jusuf Chass-Hadschib aus Bālasagun, St. Petersburg 1891.

Raschid-Eldin-Quatremère, Histoire des Mongols de la Perse, Paris 1836.

Rastoul, A., André de Longjumeau, ap. Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques, II, 1677-81.

Raynaldi, O., Annales ecclesiastici, Lucae 1747 ss.

Reclus, Nouvelle Géographie universelle, Paris [s. a.].

Recueil des Historiens des Croisades. Documents Arméniens, Paris 1869 ss.

Recueil des Historiens des Croisades. Historiens occidentaux, II, Paris 1906.

Recueil de Voyages et de Mémoires publié par la Société de Géographie, IV, X, Paris 1839-1891.

Reichling, D., Appendices ad Hainii Copingeri Repertorium bibliographicum, Monachii 1905.

Reinaud et Favé, Du Feu grégeois, des feux de guerre et des Origines de la poudre à canon chez les Arabes, les Persans et les Chinois, ap. Journal Asiatique, II, 1849.

Reinaud, Nouvelles Observations sur le feu grégeois et les origines de la poudre à canon, ap. Journal Asiatique, I, 1850.

Rémusat, A., Mémoires sur les relations politiques des Princes chrétiens et particulièrement des Rois de France avec les Empereurs mon-

Digitized by Google

gols (= Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, VI-VII), Paris [1822].

Idem, Nouveaux Mélanges asiatiques, Paris 1828-1829.

Idem, Sartak, Prince mongol, ap. Nouv. Mél. asiat., II.

Idem, Notice biographique sur Souboutaï, ap. Nouv. Mél. asiat., II.

Revista de Estudios Franciscanos, Barcelona 1909 et 1911.

Revue critique d'Histoire et de Littérature, Paris 1875.

ROC = Revue de l'Orient chrétien, Paris 1896 ss.

Revue des deux Mondes, Paris 1905.

Revue des Questions historiques, Paris 1925.

Revue des Questions philosophiques et théologiques, Paris 1924.

Revue de l'Orient latin, Paris 1893 ss.

Revue historique, Paris 1883.

Revue Mabillon, Ligugé 1925.

Richthofen, F. von, China, Berlin 1877.

Rituale Romanum, Romae 1925.

Rivista d' Italia, Roma 1915.

Rockhill, W. W., The Land of the Lamas, New York 1891.

Idem, Diary of a Journey through Mongolia and Tibet in 1891 and 1892, Washington 1894.

Idem, The Journey of William of Rubruck to the Eastern Parts of the World 1253-1255, as narrated by himself, with two accounts of the earlier Journey of John of Pian de Carpine. Translated from the Latin and edited with an introductory Notice by W..., London 1900.

Röhricht, R., Bibliotheca geographica Palestinae, Berolini 1890.

Idem, Zur Korrespondenz der Päpste mit den Sultanen und Mongolenchanen des Morgenlandes im Zeitalter der Kreuzzüge, ap. Theol. Stud. u. Krit., Gotha 1891.

Romanet de Caillaud, La Testudo du Champa des Voyages du Bienheureux Odorico da Pordenone, ap. Le Missioni Francescane, Roma 1896.

Rose, V., Die Handschriften-Verzeichnisse der königlichen Bibliothek zu Berlin, I, Berlin 1893.

Rosthorn, A., Geschichte Chinas (= Weltgeschichte....hrg. von L. M. Hartmann, 10 B), Stuttgart-Gotha 1923.

Rubió y Lluch, A., Documents per l'Historia de la Cultura mig-eval, Barcelona 1908.

Sabatier, P., Fr. Francisci Bartholi de Assisio, Tractatus de Indulgentia S. Mariae de Portiuncula (= Collection d'Etudes et de Documents..., II), Paris 1900.

Savi, V., Della Patria e della Nazionalità del Beato Odorico da Pordenone, ap. Nuovo Archivio Veneto, Venezia 1896.

Sbaralea-Eubel, Bullarium Franciscanum.

Sbaralea, Supplementum et Castigatio ad Scriptores trium Ordinum, Romae 1921.

Schefer, Ch., Chrestomathie persane, Paris 1883-1885.

Digitized by Google

Schlager, P., Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz im Mittelalter, Köln 1904.

Schlegel, G., The Term Tarsa, ap. T'oung Pao, 533-34.

Schiemann, Russia, Polonia e Livonia sino al secolo XVII, Milano 1901.

Schmidlin, J., Katholische Missionsgeschichte, Steyl 1925.

Schmidt, F. M., Ueber Rubruks Reise von 1253-1255, ap. Zeitschrift der Gesellschaft für Erdkunde, Berlin 1885.

Scotus, J. Duns, Opera Omnia, Parisiis 1891 ss.

Seton, W., Some new Sources for the Life of Blessed Agnes of Bohemia including a fourteenth century latin Version and a fifteenth century german Version (= British Society of Franciscan Studies, VII), Aberdeen 1915.

Skrine-Denison Ross, The Heart of Asia. History of Russian Turkestan and Central Asian Khanats from the earliest Times, London 1899.

Smičiklas, T., Codex diplomaticus regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae, IV, Zagabriae 1906.

Smirnow-Boyer, Les Populations finnoises des Bassins de la Volga et de la Kama, Paris 1898.

Sokolnicki, De, Mahomet Législateur des Femmes, ses Opinions sur le Christ et les Chrétiens², Paris 1846.

Sostegno, M. B., Le Missioni dei Servi di Maria. Appunti e documenti, Roma 1925.

Spörer, J., Die Seeenzone des Balkasch-Alakul und die Siebenstromland mit dem Ilibecken, ap. Petermanns Mitteilungen, Gotha 1868.

Sprengel, M. C., Geschichte der wichtigsten geographischen Entdeckungen bis zur Ankunft der Portugiesen in Japan 1542, Halle 1792.

Strakosch-Grassmann, Der Einfall der Mongolen in Mitteleuropa in den Jahren 1241 und 1242, Innsbruck 1893.

Stübe, R., Tschinghiz Khan, ap. Neues Jahrbuch für das Klass. Altert., 1908.

Studi Francescani, Firenze 1914 ss.

Sur les anciennes Eglises chrétiennes dans le Caucase au delà du Kouban, ap. Nouveau Journal Asiatique, 1830.

Tamarati, M., L'Eglise géorgienne des origines jusqu'à nos jours, Rome 1910.

Tangl, Die päpstlichen Kanzleiordnungen 1200-1500, Innsbruck 1894.

Thallóczy, de-Jireček-Sufflay, de, Acta et diplomata res Albaniae mediae aetatis illustrantia collegerunt et digesserunt...., Vindobonae 1913.

Thauren, J., Die Akkomodation im katholischen Heidenapostolat, Münster i. Westf. 1927.

The Encyclopaedia Britannica, Cambridge 1911.

Theiner, A., Die zwei allgemeine Konzilien von Lyon 1245 und von Constanz 1414, Freiburg 1862.

The new China Review, London 1921 ss.

Digitized by Google

Thomas, A., Histoire de la Mission de Pékin depuis les Origines jusqu'à l'arrivée des Lazaristes, Paris 1923.

Tichelen, T. Van, De Missieprinciepen van St Paulus, ap. Ons Geloof, Brussel 1925.

Tiele, Catalogus codicum manu scriptorum Bibliothecae Universitatis Rheno-Traiectinae, Traiecti ad Rhenum 1887.

Tiraboschi, G., Storia della Letteratura Italiana, Modena 1787 ss.

Tisserant, E., La Légation en Orient du franciscain Dominique d'Aragon (1245-1247), ap. ROC 1924.

Tomaschek, Die Gothen in Taurien, Wien 1881.

Tossignano, R. de, Historiarum seraphicae Religionis Libri tres, Venetiis 1586.

T'oung Pao. Archives pour servir à l'Etude de l'Histoire, des Langues, de la Géographie et de l'Ethnographie, Leide 1890 ss.

Tournebize, Histoire politique et religieuse de l'Arménie, ap. ROC 1904 ss.

Tournefort, de, Relation d'un Voyage du Levant, Lyon 1727.

Ughelli-Coleti, Italia Sacra, Venezia 1717-1722.

Vambéry, Uigurische Sprachmonumente und das Kudalbu Bilik, Innsbruck 1870.

Idem, Geschichte Bokharas oder Transoxianens, Stuttgart 1872.

Väth, A., Der H. Thomas, der Apostel Indiens, Aachen 1925.

Venni, Elogio storico alle gesta del B. Odorico, Venezia 1761.

Vivien de S. Martin, Nouveau Dictionnaire de Géographie universelle, Paris 1879 ss.

Voelling, Johannes de Monte Corvino, ap. Ostasiatische Lloyd, Shangai 1707.

Voortrekkers van den nederlandschen Stam, Amsterdam 1925.

Vuippens, I. de, Le Paradis terrestre au troisième Ciel, Paris-Fribourg 1925.

Waddell, L. A., Lhasa and its Mysteries. With a Record of the Expedition of 1903-1904, London 1906.

Wadding, L., Annales Minorum, seu trium Ordinum a S. Francisco institutorum², Romae 1731 ss.

Idem, Scriptores Ordinis Minorum², Romae 1806.

Wailly, N. de, Jean Sire de Joinville, Histoire de Saint Louis, Paris 1874.

Warner-Gilson, British Museum. Catalogue of western Manuscripts in the old royal and King's Collections, II, London 1921.

Wetzer und Welte, Kirchenlexicon², Freiburg 1882 ss.

Wieger, L., Histoire des Croyances religieuses et des Opinions philosophiques en Chine depuis l'Origine jusqu'à nos Jours², Zikawei 1922.

Wyngaert, A. Van den, Jean de Mont Corvin, O. F. M., premier Evêque de Khanbaliq (1247-1328), Lille 1924.

Digitized by Google

Idem, De Sanctis et Beatis Tertii Ordinis iuxta codicem Fr. Mariani Florentini, ap. AFH XIV, 1921.

Wyss, G. von, Iohannis Vitodurani Chronicon. Die Chronik des Minoriten Johannes von Winterthur nach der Urschrift herausgegeben (= Archiv für schweizerische Geschichte, XI), Zürich 1856.

Wolff, O., Geschichte der Mongolen oder Tartaren, besonders ihres Vordringens nach Europa, so wie ihrer Eroberungen und Einfälle in diesen Weltteile, Breslau 1872.

Young-Henderson Aitken, A Catalogue of the Manuscripts of the Library of the Hunterian Museum, Glascow 1908.

Yule, Il B. Odorico da Pordenone ed i suoi Viaggi, [London 1881].

Yule-Beazley, Rubruquis (or Rubrouck) William of (c. 1215-1270), ap. The Encyclopaedia Britannica, XXIII, 810-12.

Yule-Cordier, The Book of ser Marco Polo, London 1903.

Iidem, Cathay and the Way thither, being a Collection of mediaeval Notices of China, London 1914-1916.

Zarncke, F., Der Priester Johannes, ap. Abhandlungen der philologisch.-historischen Classe der Königl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften, Leipzig 1876-1879.

Zeitschrift der Gesellschaft für Erdkunde, Berlin 1885.

Zeitschrift für die historische Theologie, Gotha 1858.

Zeitschrift für Missionswissenschaft, Münster 1911 ss.

Digitized by Google

INTRODUCTIO

1. — Conspectus historiae Mongolorum.[1]

Ut melius intelligi valeant relationes hic edendae circa activitatem apostolicam quam saeculis XIII° et XIV° Romani Pontifices per Fratres Minores apud Mongolos explicaverunt, utile nobis visum est conspectum generalem praebere historiae huius populi, praesertim quia Iohannes de Plano Carpini et

[1] Auctores, quorum nomina sequuntur, ordinantur secundum tempus quo opera eorum publici iuris facta fuerunt. Klaproth, *Aperçu des entreprises des Mongols en Géorgie et en Arménie* ; d'Ohsson, C., *Histoire des Mongols* ; Quatremère, *Histoire des Mongols en Perse* ; Du Halde, J.B., *Description géographique, historique... de l'Empire de Chine et de la Tartarie Chinoise* ; Hammer-Purgstall, *Geschichte der Goldenen Horde* ; Bazin, *Le siècle des Youen* ; Defrémery, *Histoire des Khans Mongols du Turkestan* ; Deguignes, *Histoire générale des Huns* ; Dulaurier, *Les Mongols d'après les Historiens Arméniens* ; Desmaisons, *Histoire des Mongols et des Tartares* ; d'Istria, D., *Russes et Mongols* ; Wolff, O., *Geschichte der Mongolen* ; Vambéry, *Geschichte Bokharas oder Transoxianens* ; Howorth, *History of the Mongols* ; Bachfeld, G., *Die Mongolen in Polen* ; Strakosch-Grassmann, *Der Einfall der Mongolen in Mitteleuropa* ; Bonaparte, R., *Documents de l'Epoque Mongole* ; Cahun, *Introduction à l'Histoire de l'Asie* ; Denison Ross, *History of the Mongols of Central Asia* ; Skrine-Denison Ross, *The heart of Asia* ; Pinon, R., *Le péril jaune au XIIIe siècle* ; Curtin, *The Mongols* ; Idem, *The Mongols in Russia* ; Blochet, E., *Introduction à l'histoire des Mongols* ; Altunian, *Die Mongolen und ihre Eroberungen* ; Blochet, E., *Histoire des Mongols* ; Czaplicka, *The Turks of Central Asia* ; Kousnietsov, *La lutte des civilisations et des langues en Asie Centrale* ; Cordier, H., *Histoire générale de la Chine* ; Grousset, R., *Histoire de l'Asie, III* ; *Le Monde Mongol* ; Rosthorn, A., *Geschichte Chinas*.

Digitized by Google

Guillelmus de Rubruc incursiones eius, etsi non semper exacte, describunt.

Origo Mongolorum ignota est.[1] Mentionem antiquiorem nominis invenit Rockhill in Annalibus Sinensibus T'ang posteriorum (923-934 p. Ch.), ubi habetur sub forma *Meng-kou*; in annalibus dynastiae Leao (926-1125), exhibetur forma *Meng kou li*; in *T'oung kien kang mou* vero prima vice apparet anno sexto Chao Hing de Kao Tsoung ex familia Sung (1136).[2]

Saeculo XII, Mongoli habitabant regiones sitas inter Kerulen et Onon; Tatari, communiter Tartari vocati (sub quo nomine postea omnes habitatores Turkestan veniunt), vitam ducebant nomadem in ripa dextra fluvii Argun influentis in Amorem amnem.

Mongoli, vel rectius tribus Bordjiguenum de qua agimus, erat gens superba quae sub se viginti familias comprehendebat sitas in pratis circa fluvia Orkhon, Onon et Kerulen. Saeculo XII, una cum potentibus Keraitis bellum gerebant contra regnum Kin in parte septentrionali Sinarum.

Temudjin, sub quo duce hoc bellum actum est, natus est anno 1162. Ad mortem Yesugai tribus quae ei subiciebantur defecerunt; sed Temudjin sibi iterum fidelitatem conciliavit tribuum Arlad et Kungrad; cum exercitu 18.000 militum profligavit 30.000 adversarios (1188); victos in ollam aquae ferventis iniecit.

Postea Temudjin foedus iniit cum duce Keraitarum ut dominationem suam tribubus turcis et mongolicis imponeret. Sic plures tribus devictae sunt, inter quas Mergued et Naimanos (1198-1200). Aliae tribus periculum timentes interitus vires univerunt, sed a Bordjiguenibus superati sunt. Dux coalitionis Djamuka apud Keraitas fugit ibique effecit ut foedus amicitiae rumperent. Tunc Temudjin ipsos Keraitas impugnavit devicitque; terram vero eorum sibi vindicavit (1203). Djamuka aufugit apud Naimanos, quos una cum populis devictis contra Temudjin foederavit. Sed hic prius

[1] Laufer, *Die Sage von den goldgrabenden Ameisen*, 449, n. 3.
[2] *The Journey*, 113-14, n. 00.

Digitized by Google

devicit Naimanos, dein ceteros foederatos ; regiones Naimanorum suo imperio adiunxit. Parta victoria, sedem suam capitalem posuit in Karakorum nomenque sibi imposuit Chingis Chan, i. e. Imperator inflexibilis (1206). Populi devicti semel et iterum adhuc tentamina fecerunt ut libertatem recuperarent, sed in vanum ; postea Mongolia definitive subiugata est.

Mongolia subiecta, Imperator inflexibilis gressus suos ad orientem vertit contra populum Tangutum sub Regibus Hia qui fixi in Kuku-nor, Alachan et Kansu comitatus inter imperium Sinense et Asiam Centralem impediebant ; fines eorum ingressus, regnum depraedatus est.

Hac victoria iter ad Sinas patebat. In fine saeculi XII, imperium Sinense dividebatur in duas partes quae sibi invicem bellum inferebant. Pars septentrionalis ad Mandchu pertinebat, quorum duces Kin in Peking et Caï-fong morabantur; pars vero meridionalis formabat imperium sinense sub familia Sung, quorum civitas principalis erat Hangt-cheou.

Chingis, Chanus foedus iniit cum Keraitis et cum dynastia Sung et bellum indixit ducibus Kin. Dum Keraitae incursabant per Liao-tung et exercitus Sung per partem meridionalem, ipse Chingis invasit Pe-tchi-li ; hoc gestum est anno 1211 ; expugnatio plures annos duravit. Obsessus in Peking, imperator hanc reliquit civitatem anno 1215 et Caï-fong in Honan petiit. Peking expugnata est ; duobus annis postea, Mongoli dominabantur totum Pe-tchi-li, Chantung et Chansi ; Chensi vero paulo post expugnatus est ; expugnatio regni Kin absoluta est anno 1223.

Chingis, qui paucis annis antea bellum gessit contra Tangutes qui comitatus impediebant, postulavit a Mahommed, Chah Kharezmii ut tueretur libertatem comitatuum qui ex Sinis ad mare Mediterraneum iter faciebant; Mahommed, nedum assentiretur, comitatum mongolicum spoliavit. Chingis ei bellum indixit (1219) et cum magno exercitu regnum invasit ; successive cepit Djend, Otrar, Bukhara et regionem Khiva. Mahommed aufugit, sed prope mare Caspium equites mongolici eum assecuti sunt quando iam privationibus et dolore e vivis abreptus erat (1221).

Digitized by Google

Cursum suum prosequentes, Mongoli expugnaverunt successive omnes arces ab Irak usque ad Tauridem; hinc versus Caucasum sese direxerunt. Georgiani eos cohibere volentes a Subutai[1] in planitie Khunan devicti sunt (1221). Post hanc victoriam, Mongoli transgressi sunt fauces Derbend; in planitie Russiae meridionalis invenerunt Turcos nomades, Alanos et Comanos quos disperserunt. A Comanis advocati, omnes nobiles Russiae arma ceperunt, sed prope fluvium, Kalka devicti sunt (1223). Priusquam ad suas sedes redirent, Mongoli magnam ingressi sunt Bulgariam, praetereaque devicerunt populos Uguz in Ural et Bashkiros ex Turgaï.

Has victorias reportaverunt duces Chingis; ipse Chingis expugnationem methodicam Irani orientalis prosecutus est, dum iunior eius filius in Khorassān civitates opulentas destruebat, nempe Merv, Nichapur, Herat (1221).

Ultimùm bellum Chingis directum est contra Tangutes qui iterum depraedabant comitatus; huius belli exitum non vidit, nam mortuus est die 18 augusti 1227 dum ultimam arcem obsideret.

Priusquam hoc bellum iniret, dum per breve tempus in Mongolia morabatur, Chingis imperium suum inter filios divisit. Maior natu Djudji ante patrem suum in Sarai (Volga) mortuus est; ei successit in regimine filius eius Batu qui obtinuit regionem Kiptchak, ab Ucrania usque ad lacum Aral, Comanos in Russia meridionali, Bulgaros ex Kama, Bashkiros in Turgaï et Khirghizes Siberiae. Alter filius Chagatai obtinuit Turkestan orientalem et occidentalem cum sede capitali Almaligh. Tertius Ogodai sortitus est regionem Tabarzatai et Imili. Demum quartus Tului, iuxta Mongolorum consuetudinem praepositus est custodiae atrii in Karakorum et mandatum accepit redigendi litteris Uiguricis codicem legum quem Ulong Yassa vocant.

Post vacationem duorum annorum (1227-1229) duces mongolici elegerunt in successorem Chingis tertium eius filium Ogodai. Bellum contra Kin continuatum est et nonnisi post completam regionis expugnationem terminatum (1234);

[1] Rémusat, *Notice biographique sur Souboutaï.*

Digitized by Google

ipsi Corei sese protectioni Mongolorum subiecerunt. Anno sequenti, exercitus mongolicus bellum incepit contra dynastiam meridionalem Sinarum ; quod tamen nonnisi sub regno Kubilai finitum est.

Ab Iraniis provocati, Mongoli iterum invadunt hanc regionem et profligant impetuosum Djelal-eddin (1231); paulo post (1239) etiam Georgiani devicti sunt. Quatuor annis postea Soldanus Iconii post plures strages suzeranos agnoscere debuit Mongolos. Haiton I, Rex Armeniae, habilitate sua diplomatica sibi amicitiam Mongolorum conciliavit foedusque cum iis iniit.

Annis 1238-1241 novam incursionem fecerunt in Russiam, Poloniam et Hungariam quae, etsi non sanguinolentior fuit priore a Chingis Chano facta, tamen aeque terribilis evadit, tum ob depraedationes quas secum attulit, tum ob terrorem quo Europa percussa est, tum ob influxum quem exercuit in eventus de quibus agitur in nostro opere.

Anno 1235 in conventu tribuum, Ogodai decrevit bellum contra populos qui ad occidentem fluvii Rhae (Volgae) habitant ; huius expeditionis dux factus est Batu ; dux militum erat Subutai, victor Kalkae, nunc e Sinis revocatus. Postquam submiserunt Bulgaros et Comanos, principatus russicos ingressi sunt quos ob divisiones intestinas principum Russiae successive devicerunt. Sic princeps Razani devictus est et occisus ; eadem sors contigit principi Susdaliae ; Mongoli incendio destruxerunt Razan, Wladimir, Susdaliam, Tver, Moscoviam ; dein descendunt ad Caucasum, populos ibi habitantes submittunt, regrediuntur in Russiam ubi expugnant et depraedantur Kiew (1240). Quo facto, Poloniam intrant per Lublinum ; prius victores, Poloni Sandomiri et Cracoviae aggressores invadunt prope Szydlow, die 18 martii 1241 ; sed et ipsi devicti sunt ; Rex Boleslaus aufugit in Moraviam. Cracovia derelicta exusta est et Mongoli subintrant in Silesiam versus Vratislaviam quam habitantes combusserunt. Dux Silesiae, Henricus Pius, una cum baronis germanis, equitibus teutonicis et exercitu 30.000 hominum sese ipsis opponit prope Lignitz, die 9 aprilis 1241 ; pro christianis hoc proelium fuit clades magna. Victores Vratis-

Digitized by Google

laviam ingressi sunt; Silesiam vero inferiorem usque ad fines Saxoniae et Brandeburgi depraedati sunt.

Bela IV, Rex Hungarorum, qui sese submittere nolebat, devictus est in planitie Mohi, ad ripas fluvii Sayo (11 aprilis 1241); omnes equites hungari in proelio mortui sunt, Rex vero fugere potuit. Urbs Pest expugnata est et exusta, omnes habitantes occisi. Suam invasionem prosequentes, Mongoli pervenerunt in Austriam usque Neustatt prope Vindobonam et in Venetiae territorium usque ad Utinum et civitates maritimas Dalmatiae. Tunc vero, ducibus mongolicis nuntiata est mors Chani Ogodai; quapropter Batu et eius duces Hungariam reliquerunt et regressi sunt in Kiptchak.

Post vacationem quinque annorum (1241-1246), qua imperium rexit Turakina, vidua Ogodai, non obstantibus multis dolis, electus est Kuyuk, qui praesente Iohanne de Plano Carpini, Legato pontificio, solemniter regnum suscepit.[1] Ut autonomiae quam principes mongolici praetendebant, finem faceret, Kuyuk expeditionem contra Batu mollitus est; sed cum Bich-Baligh pervenisset, subita morte post duos annos regni abreptus est.

Ogul Gaimich, vidua Kuyuk, gubernium suscepit; omni modo laboravit ut princeps Shiremun, nepos Kuyuk, in Imperatorem eligeretur. Sed Batu principes ad Kurultai, i. e. conventum generalem, convocavit ad montes Alatau ibique anno 1251 eligere fecit Mangu; haec electio in Karakorum ratificata est. Ogul Gaimich cum suis coniurationem inierunt ut Mangu interficerent[2]; re tamen cognita, Imperator ultionem terribilem de eis sumpsit.

Ipse Mangu traditiones sui avi Chingis Chani secutus est; fratri suo Kubilai bellum cum Sung commisit. Hic anno 1253 e Setchuen ingressus est Yunnan ubi habitabant Tali, qui adhuc independentes erant; hos sibi submisit. Ita

[1] Cf. relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, infra 119, n. 32.

[2] Varii adsunt modi hoc nomen scribendi. Inter Clmos auctores hodiernos, P. Pelliot, ap. *Journal Asiatique*, 1913, I. 451-69, dicit: Mängü, Möngkä; E. Blochet vero scribit: Mongko, Monkka, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 270.

Digitized by Google

progressus est ut, quando ei nuntiata est mors Mangu, anno 1257, tota regio fluvii Cerulei coepta esset. Alter frater Kubilai, Hulagu bellum gessit contra Assassinos quos 1257 exterminavit; insuper anno 1258 Bagdad expugnavit.

Morti vicinus, Mangu successorem designaverat Arik Buga, fratrem suum iuniorem. Sed Kubilai qui dignitatem imperialem ambibat, Kurultai convocavit ad fines Mongoliae et Pe-tchi-li, ibique electores subornavit qui eum in Imperatorem elegerunt (1260). Arik Buga contra Kubilai insurrexit; nonnisi post 6 annos rebellio sedata est. Postea Kubilai bellum incepit contra Sinas meridionales quas nonnisi post plures annos, anno nempe 1279, expugnare potuit.

Gubernium Kubilai a praecedentibus distinguitur non solum magnitudine fere illimitata eius imperii — possidebat enim totum extremum orientem (excepta Iaponia) et dominium habebat super Turkestan, Persiam et Russiam, — sed etiam per spiritum organizationis. Refecit vias imperiales, in meliorem statum adduxit servitium legatorum, construxit magnum canalem imperialem qui currit a fluvio Yang-tse ad Peï-ko; fames tam frequentes in Sinis minuit, in annis abundantiae colligendo superfluum, quod tempore penuriae distribuebatur; denique rem pecuniariam organizavit mediantibus schedulis argentariis « tchao ».

Dynastia Yuen cum morte Kubilai declinare coepit (18 febr. 1294). Successor Timur († 1307) in multis bellis implicatus est quae ei magnas iacturas causarunt. Per 50 annos, plures Imperatores sibi succedunt, sed tunc fere in omnibus provinciis sinensibus rebelliones contra dominationem Mongolorum oriuntur. In veteri imperio Sung rebelli suam insurrectionem prosequuntur ab anno 1352 usquedum post varias clades et victorias, Mongoli omnino ex parte quae ad Meridiem Fluvii Cerulei sita est, expulsi sint (ca. 1360). Paulo post, Sinenses etiam partem septentrionalem recuperare volentes, expugnant Chantung et Honan, ingrediuntur in Pe-tchi-li et demum anno 1368 ingressum triumphalem in Peking celebrant.

Ultimus Imperator ex dynastia Yuen, Toghan Timur, fugit ad fines Gobi ubi desperans mortuus est (1370).

Digitized by Google

Hong-Wu vero victor Mongolorum, sese Imperatorem proclamavit et suae dynastiae nomen Ming dedit, i. e. dynastia Lucis.

2. — Mongoli et Religiones.[1]

Sicut populi primitivi, ita et Mongoli in contactu populorum altioris culturae quos sibi subiugaverunt, paulatim influxum huius culturae subeunt. Idea religiosa qualis apud Mongolos apparet tempore Chingis, omnino differt ab illa quae habetur sub eius successoribus. Mutatio religiosa apud duces mongolicos non tam ex convictione personali provenit, quam ex opportunismo politico; unde non mirum si per plura decennia ab una religione ad aliam transeunt, iuxta regiones quas gubernare debent, quin tamen aliis religionibus favorem suum denegent.

Iohannes de Plano Carpini nobis descriptionem magis completam eorum religionis primitivae reliquit. Paucae lineae eius relationis sufficiunt ut aliquatenus cognoscatur: «Unum Deum credunt, quem credunt esse factorem omnium visibilium et invisibilium, et credunt ipsum tam bonorum in hoc mundo quam penarum esse datorem; non tamen orationibus vel laudibus aut ritu aliquo ipsum colunt. Nichilominus habent ydola quedam de filtro ad ymaginem hominis facta, et illa ponunt ex utraque parte hostii stationis..., et illa credunt esse pecorum custodes, ac eis beneficium lactis ac

[1] Remusat, A., *Mémoires sur les relations*; Jacquet, E., *Notice sur quelques relations diplomatiques*; Chabot, J. B., *Histoire du Patriarche Mar Jabalaha III*; Dévéria, G., *Notes d'Epigraphie mongole*; Idem, *Musulmans et Manichéens chinois*; Bonin, Ch.-E., *Notes sur les anciennes chrétientés nestoriennes*; Barthold-Stübe, *Zur Geschichte des Christentums in Mittel-Asien*; Hefele-Leclerq, *Histoire des Conciles*; Chavannes-Pelliot, *Un Traité manichéen retrouvé en Chine*; Vissière, A., *Etudes Sinomahométanes*; Nau, *L'Expansion nestorienne en Chine*; Pelliot, P., *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*; Aufhauser, J.B., *Christentum und Buddhismus*; Wieger, L., *Histoire des Croyances religieuses*; Burkitt, F. A., *Religion of the Manichees*; Blochet, E., *La Conquête des Etats nestoriens de l'Asie Centrale par les Shiïtes*; Pelliot, P., *L'Evêché nestorien de Khumdan et de Saraq.*

Digitized by Google

pullorum prestare; alia vero faciunt de pannis sericis et illa multum honorant[1]».

Quod attinet populos qui eorum iugum subire debuerunt, generatim in occidente erant islamismo addicti, si excipiuntur tum Uiguri, Keraitae et habitantes regionis orientalis Mongoliae necnon partis Mandchuriae qui nestorianismum profitebantur, tum Alani, Georgiani et Armeniani qui erant christiani ritus graeci. In Sinis vero praedominabat buddhismus. Hisce tamen non excluduntur variae sectae uti mazdeismus, manichaeismus, etc. quae in his regionibus exsistebant.

Principes mongolici nunquam sympathiam cuidam religioni negaverunt, etiam si aliam profitebantur. Sic Chingis Chanus templum taoisticum in Karakorum exstruxit, quod exemplum secutus est eius successor. Kuyuk magnam habebat propensionem ad nestorianismum; sibi etiam duos ministros nestorianos assumpsit. Eius successor Mangu, cuius historia melius cognoscitur, apud se habebat tum sacerdotes nestorianos, tum lamas buddhisticos, tum mahumeticos et taoistas, aequa tamen lance omnes tractans. Anno 1252 et 1253, duo edixit decreta in favorem taoistarum quibus eximebantur ab omni contributione dummodo orarent ut imperator diu viveret[2]. Etiam disputationes theologicae ei placuisse videntur, uti apparet ex eius assistentia ad colloquium contradictorium inter lamam buddhisticum Namo et sacerdotem taoisticum Li Tche-tchang. Nonne etiam instigante Mangu habitum est colloquium contradictorium inter buddhistas, taoistas et nestorianos cui active interfuit Guillelmus de Rubruc[3]?

Verba quibus Mangu Fr. Guillelmo de Rubruc valedixit magnam lucem in hanc materiam afferunt, proindeque mihi digna videntur quae citentur[4]: «Nos Moal.... credimus quod non sit nisi unus Deus, per quem vivimus et per quem

[1] Cf. infra 36, n. 2.
[2] Pelliot, P., *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*, 36-37.
[3] Itiner. Fr. Guillelmi de Rubruc, 292, n. 7.
[4] Ibid., 298, n. 2.

Digitized by Google

morimur.... Sed sicut Deus dedit manui diversos digitos, ita dedit hominibus diversas vias.... Vobis ergo dedit Deus Scripturas et non custoditis eas ; nobis autem dedit divinatores, et nos facimus quod ipsi dicunt nobis, et vivimus in pace ».

Tribus annis postea, anno scilicet 1256. in aula imperiali factum est concilium buddhisticum. Mangu benigne concilii membra recepit eisque varios favores impertivit quamvis proprias suas ideas retineret. Aiebat enim religionem buddhisticam esse sicut palmam manus, alias vero religiones esse quinque digitos.

Etiam Kubilai magnam tolerantiam pro variis religionibus ostendit. Etsi buddhismo addictus, tamen favebat confucianismo et christianismo ; a favoribus suis excludebat tantum taoismum et islamismum, quia in hisce cultibus videbat periculum pro unitate et nationalismo Mongoliae.

Anno 1258, praesedit conventui contradictorio, in quo buddhistae a taoistis triumphum reportarunt. Amicus intimus erat celebris lamae tibetani Phags pa, qui fuit defensor politiae mongolicae et quem « Magistrum regni » vocavit[1]. Ipse Kubilai novum alphabetum quod pro Sinensibus, Mongolis, Tibetanis et Uiguris valeret, composuit.

Etiam nestoriani, qui anno 845 ex imperio Sinensi eiecti sunt et tantummodo sub dominatione mongolica iterum ibi ingredi potuerunt, favorem Kubilai in variis circumstantiis experti sunt. In magnis solemnitatibus christianis, Imperatori deferebatur liber Evangeliorum quem incensabat et devote osculabatur. Anno 1275, nestoriani in Khanbaliq sedem episcopalem erexerunt, quae anno 1280 ad dignitatem metropolitanam imperii Sinensis evecta est. Kubilai nestorianum Mar Sargis gubernatorem Tchen-Kiang, ad Fluvium Ceruleum instituit, qui ibi plures ecclesias et 7 monasteria exstruxit. Nestorianus Ngaï-sie, quem Kubilai sibi in consiliarium assumpsit, videtur magnum influxum in Imperatorem exercuisse; ipse fuit auctor decretorum contra mahumetanos.

---

[1] Pelliot, P., *Les Kouo-che ou « maître du royaume » dans le Bouddhisme chinois.*

Digitized by Google

Anno 1289, ipse Kubilai officium speciale instituit « Tch'ong-fou-sseu », quo in toto imperio cultus christiani administratio dirigebatur.

Paulo post, anno 1296, Timur religiosos buddhistas, nestorianos, mahumeticos et taoistas ab omni tributo fundi et commercii exemit, ita ut « iis nulla requisitio imponeretur, sed ipsi coelum invocarent et orarent pro felicitate Imperatoris », quod decretum saepe renovatum est. Omnino verisimile est missionarios catholicos hisce privilegiis participasse, quod ceteroquin probatur ex historia Andreae de Perusia qui priusquam a Khanbaliq discederet ut fieret Episcopus Tsiouen-tcheou, subsidia, quae ab ipso vocantur « alafa » [1], obtinuit. Iohannes de Marignolli supponit exemptionem a tributo et dicit : [2] « Habent enim fratres Minores in Cambalec ecclesiam cathedralem.... et alias ecclesias plures in civitate et campanas et omnes vivunt de mensa Imperatoris honorifice valde ».

Quoad religionem populorum Asiae orientalis qui sub dominatione Mongolorum erant, videtur quod principes sese cultui populi sibi submissi accomodaverint. Sic in Perside, quae islamismo addicta erat, gubernator Ghazan ad hanc religionem transivit ; in Kiptchak, ubi maior pars incolarum musulmani erant, alia pars vero orthodoxi et buddhistae, princeps Bereke islamismum amplexus est. In Asia centrali, nestoriani et buddhistae, qui numero suo reliquos superare videbantur, paulatim repulsi sunt sub actione continua Shiïtarum ; religio nestoriana et buddhistica definitive per Dharmaçri, primum Regem mahumeticum, perculsa est.

3. — Europa et invasio Tartarorum.

Ut scopus legationum S. Sedis ad Tartaros intelligatur et mens Ecclesiae in hac quaestione pateat, necessarium est aliquantulum considerare modum quo Tartari bellum gere-

[1] Cf. epist. Fr. Andreae, 375, n. 3.
[2] Lib. I, cap. *De creatione*, 529, n. 8.

Digitized by Google

bant, impressionem quam in devictis relinquebant necnon reactiones contra hanc invasionem provocatas apud duces populorum huius temporis.

Invasio Mongolorum per Asiam et Europam crudelitatibus quae raro in historia inveniuntur signata est. Chingis Chanus — ita H. Cordier,[1] — ingenium ad destruendum exercebat et uti Attila, sed per longius tempus, suam potentiam super ruinas populorum devictorum posuit. Id quod eius ingenium characterizat est crudelitas quae in omnibus actibus eius longae vitae elucet; huic coniungebatur perfidia tenax, voluntaria, tyrannica. Genio belli praeditus pauperem tribum in magnum effecit populum; omnia media adhibebat destructionis: caedes, depraedationes, incendia.

Prima apparitio Chingis Chani in historia methodum terribilem quam postea semper sequetur, ostendit. Anno 1188, populos devictos in ollas ferventes proici iubet. Quum Bukharam, arcem islamismi, expugnasset, mesquitam magnam equo sedens ingressus est, pulpitum ascendit et fidelibus nuntiat se esse flagellum ab Allah missum ut eorum crimina castigaret. Ipso imperante, doctores legis equis cibum afferre debent in capsis in quibus Al-Coran reponebatur; incolae vero ut armenta venditi sunt et civitas combusta. In civitate Samarkand, quae sine praelio deditionem fecerat, 30.000 incolae trucidati sunt; etiam in Urgandj tota populatio necata est. Opulentae civitates Bactrianae et Khorassān, centra culturae persae, funditus destructae sunt. Incolae civitatis Balkh, qui sese tamen subiecerant, obligantur sibi invicem manus ligare ut facilius necarentur. Urbs Nichapur, ubi Togatchar, gener Chingis Chani occubuit, horribiliter tractata est. Tului civitatem cum vidua Togatchar ingressus vindictam ordinavit: trudicatio per quatuor dies duravit, etiam canes et feles occisi sunt; cum Tului relatum esset quod in excidio civitatis Merv multi incolae vitam salvarunt quia sese inter mortuos proiecerunt, mandavit ut singulis caput abscinderetur. Cum capitibus efformaverunt pyramides ubi separatim ponebantur capita virorum, mulierum

[1] *Histoire générale de la Chine*, II, 223.

Digitized by Google

et infantium. Post 15 dies, urbs funditus diruta erat; in locum quem occupaverat seminavefunt hordeum. Ex incolis remanserunt tantum 400 artifices qui ad septentrionem ducti sunt. Quia vero quidam incolae forsitan se sub terra absconderant, princeps mongolicus milites reliquit ut eos necarent qui post discessum exercitus e suis latebris exirent; sic multi qui in sepulcris delituerunt morte mulctati sunt.[1] In expugnatione urbis Bamian, nepos Chingis occisus est; die sequenti civitas destruebatur. Ad consolandam matrem defuncti, ei traditi sunt omnes incolae quos in suo conspectu trucidare fecit, simul mandans ut mulieribus praegnantibus venter aperiretur; ne animalia quidem supervixerunt.

Ut inexpugnabiles civitates Irani orientalis caperent, Mongoli adhibebant suos captivos; hos enim, quos secum in magnis turmis trahebant, cogebant in prima linea proeliari contra proprios concives. Sagittis et lanceis percussi ad muros deducebantur ubi catapultis inservire et muros arietibus ferire debebant. Quando ipsi Mongoli ultimam impugnationem faciebant eorum copiae adhuc integrae erant, dum incolae civitatis viribus exhausti erant; quando autem regionem relinquebant, captivos qui exercitui impedimento erant, occidebant.

Sequens factum, quod in vigilia mortis Chingis Chani evenit, mentione dignum est. Chingis obsidebat civitatem Ninghia; cum vero mortem vicinam sentiebat, et aliunde timeret se ante expugnationem urbis moriturum, petiit ut omnes incolae super suum sepulcrum necarentur; quod ad litteram executioni demandatum est.

Recentior est destructio opulentae civitatis Kioviae (Kiew) quam Iohannes de Plano Carpini sic breviter describit:[2] « Kioviam, que est metropolis Ruscie, obsiderunt; et cum diu obsedissent illam ceperunt et occiderunt homines civitatis. Unde quando per terram illam ibamus, inveniebamus innumerabilia capita et ossa hominum mortuorum super campum iacere. Fuerat enim civitas valde magna et

[1] D'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 290-91.
[2] Cf. 71-2, n. 27.

Digitized by Google

nimium populosa, et nunc quasi in nichilum redacta est. Vix enim ducente domus sunt ibi modo, et illi homines tenentur in maxima servitute ».

Prope Lignitz, Mongoli christianos unitos devincunt; cuique mortuo abscindunt auriculam; hisce spoliis 9 sacci implentur. Dux Henricus qui exercitui christiano praeerat, occisus est eiusque caput abscisum ante arcem Lignitz in hasta delatum est.

Haec exempla crudelitatis adhuc multiplicari possent; sed quae retulimus sufficiunt ut intelligatur quomodo legendae inverisimiles narrabantur. Pro Turcis, Mongoli non erant homines sed daemones ab inferno missi qui nec vulnerari nec commoveri poterant. In Europa terror inauditus irruit in populos, qui se excidio credebant vicinos: « omnia vastantes, nulli hominum parcentes, senes et iuvenes, divites et pauperes, mulieres cum parvulis interficientes, matronarum et virginum pudicitie incredibiliter nocentes, commessationibus, luxuriis, immunditiis inter templa Deo sacrata vacantes, villas et ecclesias, oppida et cenobia paris in destruendo habentes ».[1] « Unde Gothiam et Frisiam inhabitantes impetus eorum pertimescentes, in Angliam, ut moris est eorum, apud Gernemue tempore allecis capiendi, quo suos naves solebant onerare, non venerunt ».[2]

Terrori crescenti populorum Europae adiutorium flagitantium, addi debent dissensiones profundae exsistentes inter principes, ita ut resistentia invasoribus fere impossibilis evaderet. Singuli principes invigilabant hereditati suae ne eam amitterent; animi vero fortitudinem necessariam ut dissidia familiarum vel personalia in bonum commune componerent, non habebant. Hinc, quia conatus suos inutiles videbant, paulatim ad praedicationem cruciatae recurrerunt.

---

[1] *Gesta Trererorum*, MGH SS XXIV, 403-404; descriptio similis invenitur apud *Annales Stadenses*, MGH SS XVI, 271-79; *Annales Austriae*, MGH SS IX, 559; Matt. Parisiens. MGH SS XXVIII, 206; *Richeri gesta*, MGH SS XXV, 310; *Chronicon Rhythmicum Austriacum*, ibid., 360-61.

[2] MGH SS XXVIII, 145.

Digitized by Google

Iam ante stragem apud Lignitz, Bela IV, Rex Hungariae, fratres Minores et Praedicatores apud Tartaros miserat ut hi populi melius cognoscerentur; sed legati a Mongolis interfecti sunt.[1] Wenceslaus Bohemiae actionem communem contra invasores promovisse videtur; sed exercitui christiano prope Lignitz auxilium ferre non potuit, cum se obligatum putaret ad proprium territorium defendendem; aliunde coalitionem cum duce Frederico II Austriae inire recusavit ob dissensiones quas cum ipso habebat. Henricus Turingiae ducem Brabantiae deprecabatur ut copias suas contra Tartaros mitteret: « super quibus tam per nuncios proprios quam per Regis Boemie dilecti consanguinei nostri plenius certificati et vocati sumus ut in ipsius succursum et fidelium defensionem festinanter accingamur.... Et quia iam paries nobis proximus succenditur et terra vicina patet vastacioni et alique iam vastantur, auxilium et consilium Dei et fratrum vicinorum pro universali ecclesia anxie et flebiliter invocantes postulamus. Et quia mora plena est periculo, omni vos qua possumus rogamus diligencia, ut in nostrum succursum tam pro vestra quam pro nostra liberacione vos quantocius ad arma properetis, strenue preparantes miliciam copiosam ».[2]

Idem dux Brabantiae a Iordano de Yano, O. F. M., guardiano conventus Pragensis, supplices litteras accepit: « quare vobis, licet magna pericula, perstricto tamen sermone vestram duximus exhortandam nobilitatem, quatinus vos et alii principes et prelati et omnes orthodoxi et fidei christianae emulatores tantis malis iminentibus in oracionibus et ieiuniis necnon et armorum preparacionibus occuratis festinanter ut spiritualibus et mundanis armis premuniti ab iminente tempestate evaderetis et libertas christiana valeat respirare ».[3]

Imperator Fredericus II actionem communem contra inimicum promovit; quapropter senatui romano et omnibus principibus litteras hac de re misit. Cum vero hac expeditione contra S. Sedem uti volebat, eius propositum repulsum est.[4]

---

[1] Erben, 473. [2] MGH SS XXVIII, 206.
[3] Ibid., 207; Boehmer, *Chronica Fratris Jordani*, 75.
[4] Huillard-Bréholles, *Historia diplomatica*, 1139-40; 1148-50.

Digitized by Google

Dissidia sua videntes et impotentiae suae conscii, principes clerum vehementer hortati sunt ut cruciatam praedicarent, subditos vero ut se cruce signarent. Iam fratres Minores et Praedicatores, e suis conventibus Poloniae eiecti, cruciatam in regionibus per quas transibant praedicabant etiam priusquam principes, quorum litteras retulimus, de hac cogitassent.[1] Instantiis plurium abbatum, Episcoporum, Summorum Pontificum Gregorii IX et Innocentii IV haec idea magis magisque propagata est.

Praesidente Archiepiscopo Godefrido de Moguntia, principes conventum celebrarunt ut media quaererent quibus sese contra Mongolos defenderent; decisum est quod cruciata praedicaretur; quod in tota dioecesi factum est.[2] Henricus, Episcopus Constantiensis fratribus Minoribus hanc praedicationem commisit;[3] similiter Episcopus Augsburgi[4] et plures alii.[5] Archiepiscopus Burdigalensis praeter praedicationem cruciatae, monachis vitio vertebat quod non occuparentur periculo communi: « quid monachi nigri et albi et canonici Norbertini qui mundo mortui credi volunt, quare hec videntes iminere pericula, contra Tattaros crucem non predicant baiulandam? »[6]

Maximum vero impulsum dedit Gregorius IX praecipiendo Provincialibus fratrum Minorum et Praedicatorum in Germania, Priori fratrum Praedicatorum Vindobonensi, Abbati Cisterciensium S. Crucis ut festinarent cruciatam praedicare contra Mongolos ne tota christianitas submergeretur.[7] Omnibus crucem assumentibus Papa eadem concedebat privilegia quae cruciatis Terrae Sanctae elargitus erat.[8]

Omnes isti conatus ab Annalibus Stadensibus sic compendiose redduntur: « Tartari tanto timore corda hominum

---

[1] BF I, 296; Erben, I, 489; MGH Ep. I, 722-23.
[2] *Annales Wormatienses*, MGH SS XVII, 46.
[3] AFH XI, 556-57.
[4] Erben, I, 493.
[5] Ibid., 485; MGH SS XXVIII, 207.
[6] MGH SS XXVIII, 230-33.
[7] MGH Ep. I, 723.
[8] Ibid., 722.

Digitized by Google

concusserunt ut homines contra eos [Tartaros] in diversis locis et provinciis auctoritate Episcoporum se crucis caractere insignirent. Tandem Papa ad instantiam Regis Hungariae, ducis Austriae et domini Carintiae dedit generalem terrae Iherosolimitanae indulgentiam contra eos ».[1]

Sed haec cruciata, ob graves dissensiones tum inter principes, tum inter Gregorium IX et Fredericum II, felicem exitum habere non potuit. Cum vero inimici, etiam postquam recesserint ob mortem Ogodai, semper ad portas Europae remanebant, inveniendum omnino erat remedium pro defensione christianorum.

Accessus Innocentii IV ad thronum pontificalem eventibus novam dedit directionem. Homo intrepidus, qualitatibus moralibus non ordinariis dotatus, conscius insuper partis excellentis quae Romano Pontifici in politia medioaevali competebat, Innocentius IV relationes diplomaticas cum Mongolis iniit;[2] sic sors totius Europae a felici successu harum legationum pendebat. Hisce relationibus stabilitis, forsitan volebat etiam conversionem Tartarorum ad christianismum, immo et eorum cooperationem ad liberationem Terrae Sanctae.

4. — Legationes et Missiones.

Primum conamen mittendi fratres Minores apud Tartaros reponendum est in principio anni quo concilium Lugdunense (1245) incepit;[3] certum est enim, quamquam nullum documentum pontificium de hoc loquitur, Innocentium IV intentionem habuisse Fratres mittendi; eventus tamen nobis hucusque incogniti hanc primam legationem impedivere.[4]

---

[1] MGH SS XVI, 367.

[2] Praedicationes crucis etiam fovebat, ut patet ex suis litteris, cf. MGH Ep. I, 3, 341; cf. ea quae in concilio oecumenico de his dicta fuerunt, Hefele-Leclerq, *Histoire des Conciles*, V, 2, 1653-54.

[3] Mansi, *Sacrorum Conc. coll.*, XXIII, 610-13; Hefele-Leclerq, H., *Histoire des Conciles*, V, 2, 1633-79.

[4] Brewer, *Monumenta Franciscana*, I, 376-78; Golubovich, *Biblioteca*, II, 317.

Digitized by Google

Epistola *Dei Patris immensa*,[1] diei 5 martii 1245, quae prima est in serie epistolarum ad Regem Tartarorum missarum, Fr. Laurentio de Portugallia, O. F. M., data fuit; plures circa eam institutae sunt hypotheses, quarum tamen nulla solutionem omni puncto probabilem praebet. Nostris autem diebus possibile forsan erit quamdam dare explicationem, quae omnium suffragia sibi conciliare valebit.

P. Pelliot, qui paucis abhinc annis de illa quaestione rem agebat, successive duas solutiones proposuit.[2] In priore reiecit hypothesim P. Golubovich,[3] nimirum, quod inutiliter adstruitur argumentum ex differentia titulorum litterarum quae ad magnum Chanum et ad Chanum missae sunt et quae curae fuere demandatae respective Iohannis de Plano Carpini [4] et Laurentii de Portugallia; etenim differentia haec in originali non invenitur, sed ab editoribus addita est; [5] hac autem reiecta argumentatione, cl. Pelliot opinatur Fr. Laurentium profectum non esse, quia magnus Chanus in epistola quam ad Summum Pontificem misit, respondet litteris tum a Iohanne de Plano Carpini allatis tum Laurentio demandatis.[6] In subsequenti tamen articulo,[7] idem auctor suam retractavit primam hypothesim et ad sententiam communem accessit: [8] quia, revera, hoc tempore multae litterae identicae committebantur pluribus legatis.[9] Haec ultima hypothesis eo verior apparere debuit, quia praesentia Laurentii de Portugallia in Europa ante annum 1256 non significatur.

---

[1] BF I, 354-55.

[2] Ap. *Revue de l'Orient Chrétien*, 1922-23, 6-9; 1924-25, 270-71.

[3] *Biblioteca*, II, 319-24. [4] BF I, 353.

[5] *Revue de l'Orient Chrétien*, 1922-23, 7-9.

[6] Ibid., 8-9. [7] Ibid., 1924-25, 270-71.

[8] Golubovich, *Biblioteca*, II, 319-24; Pullé, *Historia Mongalorum*, 7; Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 22; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 7; Aufhauser, *Christentum und Buddhismus*, 106; Thomas, *Histoire de la Mission de Pékin*, 51, ubi Iohannes de Plano Carpini una cum Laurentio profectus dicitur (!); Charpentier, *Franciskanermunken*, 107; Herbst, *Der Bericht*, XIII; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 123-24; Schmidlin, *Katholische Missionsgeschichte*, 186, n. 3.

[9] Golubovich, *Biblioteca*, II, 322; Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, II, 270.

Digitized by Google

De facto, litterae, quae per spatium plurium annorum, nempe ab anno 1246 ad annum 1256, transmissae dicuntur ad quemdam Fr. Laurentium, legatum in Oriente et paenitentiarium apostolicum, datae non erant — uti quidam putaverunt — ad Fr. Laurentium de Orte, O. F. M., qui non erat nisi capellanus et familiarius Papae,[1] sed ad Fr. Laurentium de Portugallia, qui erat unus ex raris paenitentiariis apostolicis.[2] Hoc pacto concludi potest Fr. Laurentium de Portugallia nunquam ad populos Tartaros gressum fecisse, quod etiam dici debet de Andrea de Longjumeau, O. P., anno 1245, de quo infra plura, et de Dominico de Aragonia, O. F. M.:[3] tres enim isti in Orientem missi sunt, quin specialem apud Tartaros missionem habuerint.

Circa Iohannem de Plano Carpini solidiora argumenta habemus. Etenim ex itineris sui relatione, quam infra edimus, et ex multis testimoniis contemporaneis, scimus eum Lugduno profectum esse die 16 aprilis 1245,[4] ut Mongoliam peteret una cum Fr. Stephano ab Hungaria, qui in itinere aegrotavit,[5] et Fr. Benedicto de Polonia.[6] Iohannes, qui probabiliter secum ferebat tum litteras Fr. Laurentio de Portugallia destinatas tum proprias,[7] ad aulam magni Chani pervenit et post quatuor menses apud imperialem curiam

---

[1] Golubovich, *Biblioteca*, I, 215-16 ; II, 350-55 ; Salimbene, *Cronica*, ed. Holder-Egger, 446 ; Oliger, *I Penitenzieri Francescani*, 28.

[2] Göller, *Die päpstliche Pönitentiarie*, I, 129 ; López, *Los Obispos*, 429-38 ; Oliger, *I Penitenzieri Francescani*, 17-19.

[3] Golubovich, *Biblioteca*, I, 190 ; II, 324-25 ; Tisserant, *La légation en Orient du franciscain Dominique d'Aragon* (1245-1247).

[4] Cf. infra, relat. Fr. Benedicti Poloni, 135, n. 1.

[5] Cf. infra, relat. Iohannis de Plano Carpini, 111, n. 18 ; 128, n. 49 ; et relat. Benedicti Poloni, 135, n. 2, et not. 6.

[6] Cf. relat. Benedicti Poloni, 135, n. 2. Pro illis et aliis legatis Innocentius IV preces speciales praescripsit recitandas capitulo generali Ordinis Cisterciensium : « Pro Praedicatoribus et fratribus Minoribus quos misit D. Papa ad partes remotissimas pro negotio fidei, scribens pro ipsis capitulo generali, dicantur semel VII psalmi a singulis monachis et septies Pater Noster a singulis conversis per Ordinem universum ». Cf. Martène-Durand, *Thesaurus novus anecdotorum*, IV, col. 1385, n. 12.

[7] Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, I, 8-9.

Digitized by Google

in Europam reversus est[1] cum litteris a Kuyuk datis.[2] Ex hisce litteris scimus missionem Iohannis de Plano Carpini duplicem fuisse, religiosam nempe et diplomaticam. Ex relatione tamen ipsius Iohannis scimus eum insuper habuisse missionem secretam. In hac enim relatione exponitur ipsum missum fuisse ad organizationem militarem Mongolorum ex vicino inspiciendam, ut ex hac notitia Papa et principes europaei novae invasionis periculum evadere potuissent.[3]

Etsi scopum religiosum et diplomaticum suae missionis non attigerit, non dubitandum quin aliam partem missionis suae assecutus sit ob longam suam commorationem apud Mongolos, ob suam perspicacitatem in rebus observandis et praesertim ob christianos quos in viciniis Karakorum invenit quique ei referebant quidquid in votis habebat. Limites laboris nostri excedit examinare, utrum principes, quibus primo loco relatio destinata erat, hisce militaribus indiciis usi sint.

Fr. Ascelinus, O. P.,[4] minus felix fuit Iohanne de Plano Carpini in sua missione apud Tartaros. Fere eodem tempore ac suus collega Iohannes profectus est Lugduno[5] versus Accon; post multas tractationes cum pluribus Soldanis Aegypti et Syriae,[6] demum iter prosequi potuit circa finem anni 1246,[7] et mense maio 1247 pervenit ad campum Baiju seu Baicu situm « in territorio sitiens castri ».[8]

---

[1] Pervenit 22 iulii, rediit 13 novembr., cf. relat. Iohannis de Plano Carpini, 116, n. 28; 126, n. 45.

[2] Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, I, ubi documentum originale, ope artis photographicae, datur; cf. in fine relationis Benedicti Poloni.

[3] Cf. Prol., 27-28, n. 2.

[4] Istud nomen variis modis scriptum apud auctores invenitur; Ascelinus seu Azelinus verum est nomen, cf. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, II, 283.

[5] Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 124; Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, II, 270-71.

[6] Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 79.

[7] Ibid., 125.

[8] Ibid., not. 54. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, II, 301-302, circa situm huius « territorii sitiens castri » scribit: « Les vraisemblances me paraissent être pourqu'on le doive chercher à l'entrée de Tzagé-Tzor, canton d'Haband, c. a. d. à l'endroit où Sembat Orbélian trouva en 1251

Digitized by Google

Huius missionis relatio, quam Simon de Sancto Quintino, unus ex missionis membris, confecit et quam Vincentius Bellovacensis quibusdam introductis mutationibus in suum *Speculum Historiale* assumpsit, ad suppositionem nos ducit Ascelinum easdem instructiones recepisse quam Iohannes de Plano Carpini, cuius proinde litterae ut exemplar omnibus huius temporis legatis accommodabantur.[1] Verum Ascelinus videtur indole minus flexibili quam Iohannes de Plano Carpini fuisse praeditus. Revera, post breve tempus, ob eius agendi modum insolitum missio periclitabatur ruina totali. Contra usum communem legatorum donaria non afferens, Ascelinus renuit stare praescriptis aceremonialis Mongolorum, id est, genuflectere coram Baiju, pagano, etsi socii eum exhortati sint ut faceret;[2] id praestitisset, aiebat, si Baiju ad christianismum sese convertisset.[3] Inconsiderate quoque egit, cum Summum Pontificem super omnes Mongolos exaltaret.

In tantum haec audientia iram Mongolorum excitavit, ut legatum occidere vellent. Solum interventus uxorum Baiju et cuiusdam ministri Ascelini sociorumque eius vitam salvam conservavit.[4] Post plures hebdomadas, per quas fratres Praedicatores omnimodis privationibus vexabantur, in Europam regressi sunt secum ferentes Baiju responsum arrogantia plenum, eodem nempe spiritu conceptum ac illud quod Kuyuk ad Innocentium transmittere iussit.

Ascelinus itaque post absentiam trium annorum et septem mensium Lugdunum ad Summum Pontificem reversus est.[5]

---

le camp de Baiju quand il se rendit à Karakorum pour la première fois. Le canton de Haband était à cheval sur la province de Siounie et sur celle d'Artsakh, cette dernière occupant l'angle nord-ouest dans le triangle Kur - Araxe - Lac Gokča ; ceci mettrait le camp de Baiju en 1251 et sans doute aussi le campement d'été de Sitiens ou Sisian de 1247 et 1251 dans les montagnes juste a l'est du lac Gokča.

[1] Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, II, 270 ; Golubovich, *Biblioteca*, II, 322.

[2] *Speculum Historiale*, cap. XXXI, 42.

[3] Ibid., cap. XXXI, 43.

[4] Ibid., 44.

[5] Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 128 ; circa vitam Fr. Ascelini, cf. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, II, 262-83.

Digitized by Google

Usque ad illud tempus legationes apud Mongolos inceptione Innocentii IV instituebantur; sed mox mira coincidentia Ludovicus IX, Rex Franciae, eas in se suscepit, ita quidem ut cogitaret de foedere cum Mongolis ineundo ad inimicos Terrae Sanctae debellandos. Et revera, Ludovicus IX, qui, ut quidam putant, contra arbitratum Innocentii IV anno 1248 ad cruciatam profectus erat,[1] secum duxit Fr. Andream de Longjumeau, O. P.,[2] cui interpretis munus commiserat. Dum iam in insula Cypri versabatur, duo legati christiani advenerunt, David nempe et Marcus, a Mongolis missi. Fr. Andreas qui duobus annis ante in Magnam Armeniam missus fuerat, legatum David agnovit, quippe qui in suo itinere sibi obviam venerat. Duo christiani litteras Regi tradiderunt quas ipse Fr. Andreae vertendas commisit.

Hae porro litterae non ab ipso magno Chano Mongolorum originem habebant sed ab eius familiario Eljigidäi seu Äljigidäi,[3] anno 1247 in Transcaucasiam misso. Hic nempe Eljigidäi Regi Franciae intentionem aperiebat e servitute liberandi omnes Mongolorum subditos christianos. Hisce litteris addebant legati nonnulla mandata verbis expressa non parum apta ad Ludovicum IX in partes proprias attrahendum. Exponebant namque eorum ducem et ipsum magnum Chanum esse christianos atque Eljigidäi expugnationem civitatis Bagdad praeparare; unde etiam Regi proponebant actionem communem contra Aegyptum.[4]

Post multas titubationes hi sermones a Ludovico IX et ab eius aulicis acceptati sunt; confirmabantur ceteroquin modo extraordinario rumoribus a nestorianis ubique sparsis et litteris Sinibaldi, Armeniae comestabilis, ex Samarkand conscriptis.[5]

---

[1] Cf. infra, 5, not. 10.

[2] Cf. Rastoul, *André de Longjumeau*; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 128-38.

[3] Pelliot. *Les Mongols et la Papauté*, II, 312.

[4] Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 132.

[5] D'Achery, *Spicilegium*, 626-27; *Speculum Historiale*, cap. XXXI, 92.

Digitized by Google

Quamobrem Ludovicus IX consilium inivit ut legatis responderet. Remisit igitur duos christianos mongolicos una cum Andrea, duobus religiosis eiusdem Ordinis, Iohanne nempe a Carcassona et Guillelmo, duobus clericis atque duobus militibus cursoriis. Hi omnes Nicosia profecti sunt sub fine mensis ianuarii 1249. Huius solemnis legationis rarae tantum conservatae sunt notitiae, quas Fr. Guillelmus de Rubruc, O. F. M., ad nos transmisit. Mense autem martio 1251 Caesaream regressi sunt apud S. Ludovicum, quem Fr. Andreas certiorem reddidit de rumoribus secundum quos spargebatur plures apud Mongolos vivere christianos. Missio Fr. Andreae — sicut illa Fr. Ascelini [1] — eventum secundum non habuit, unde S. Ludovicum, uti dicit Joinville, poenituit eum illuc mandasse.

Post illam gravem repulsam Andreae sociorumque eius periodus solemnium legationum clausa fuisse videtur. Notitia exsistentiae christianorum sub ditione Mongolorum, per Andream quidem confirmata, Papam et Regem Franciae suspensos tenebat. Nihil proinde tentatum fuit, ut christianis, si qui essent, succursus afferretur; nec adventus pseudo-legati, nomine Iohannis, missi — ut putabatur — a Sartach ad Summum Pontificem, ut ei conversionem sui domini nuntiaret, novam legationem suscitare potuit.

Ne amplius Sanctae Sedis honor periclitaretur aut in discrimen adduceretur corona Franciae, expectandae remanebant circumstantiae favorabiliores. Huiusmodi fausta circumstantia inveniebatur in proposito Guillelmi de Rubruc eiusque socii, qui statuerant proficisci, ut missionarios agerent, in regionem Sartach, de qua tot circumferebantur rumores.

Alibi ostendemus Guillelmum de Rubruc non fuisse — ut pluries dicebatur et adhucdum dicitur — legatum Ludo-

[1] Ita de missione dicitur, non vero de relationis redactione. Matrod, *Le Voyage de Fr. Guillaume*, 10-11, dicit : « C'était l'échec complet de la politique traditionnelle de l'Eglise » ; Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, II, 331 : « La mission d'Ascelin était bien finie. Elle avait échoué en apparence sans lendemain ».

Digitized by Google

vici IX, sed tamquam simplicem missionarium iter suscepisse.[1] Hoc tamen non excludit, quin Rex Franciae ei adstiterit incitamentis et donis eumque precatus sit ut sibi scriberet.

Guillelmus de Rubruc, qui Regem Franciae comitatus erat in Terram Sanctam, inde Constantinopolim profectus est; petiit campum Sartach, situm ad fluvium Tanais, ubi ministerium apostolicum exercere sperabat. Sartach eum ire iussit ad patrem suum Batu, qui sua vice ad Mangu, magnum Chanum, eum remisit. Cum ibi commoratus esset per plures menses, per quos adiumentum praestare conatus est illis omnibus qui eum advocabant, regressum in Europam suscipere debuit. Post duos autem annos in Terram Sanctam reversus est.

Quidam asserere ausi sunt iter Guillelmi scopum non attigisse suum atque nihil aliud fuisse quam repulsam. Hoc quidem sine oppositione admitti valet si Minorita ille consideratur tamquam Ludovici IX legatus, qui, inopportuno zelo ductus, statim, prout refert Hayton II, Rex Armeniae, magno Chano poenas inferni minatus est;[2] verum, si consideratur tamquam missionarius — et revera id fuit — dici nequit labores eius fuisse vanos. Certum est Sartach, quem christianum esse dictitabant, apostolatum in regnum suum ei denegasse, immo nec eum recipere voluisse; nihilominus hoc remanet, quod Guillelmus, ubicumque iverit, bonum semen Evangelii in terram misit, sex personas aqua baptismali lustravit,[3] sacramenta die paschatis administravit,[4] necnon unum ex praecipuis sacerdotibus nestorianis convertere potuit.[5]

---

[1] Cf. infra Prolegomena ad relationem Fr. Guillelmi, 153-58.

[2] *An. Franc.*, I, 416-17; Golubovich, *Biblioteca*, I, 233; Oliger, *Liber exemplorum*, 215. Ista narratiuncula relationi quam ipse Fr. Guillelmus scripsit, minime convenit; praeterea ubi narratio dicit « Cum enim missus a domino rege Francie cum litteris suis ante illum magnum regem Thartarorum venisset », omnino a veritate dissidet, quia Ludovicus IX nullo modo Fr. Guillelmo litteras pro magno Chano commisit.

[3] Cf. infra, 312, n. 20.

[4] Ibid., 281-82, nn. 12-14.

[5] Ibid., 283-85, nn. 2-6.

Digitized by Google

Etiam si negligitur relatio a Fr. Guillelmo conscripta, quam quidem ut opus perfectissimum celebrare cogimur, adhuc eum salutare tenemur ut praecursorem magni illius viri apostolici Iohannis de Monte Corvino, qui tam gloriose seriem missionariorum in Sinis inauguravit.

Attentionem convertere nolumus in itinerantes laicos omnes qui magnum Chanum Mongolorum adierunt, hoc enim pacto nimis egrederemur fines praesentis introductionis nostrae. Praetermittere tamen non possumus expositionem circumstantiarum quae imperium Sinense occidentalibus revelarunt eiusque evangelizationem provocare potuerunt. Primas notitias circa hoc mysteriosum regnum indoli forti et audaci familiae Polo Venetiarum debemus. Maffeus et Nicolaus Polo, fratres, qui commercii causa per Constantinopolim et Persidem Chanos seu duces Kiptchak adierant, ob bellum inter Chanum Kiptchak et Hulagu, Chanum Persidis, exortum impediebantur quominus in patriam reverterentur. Deflectentes itaque ad septentrionem, flumen Rha (Volga) traiecerunt prope Saratow et demum ad civitatem Bukhara pervenerunt; ibi consistere debuerunt, viam ulterius progredi non valentes. Quadam autem die, quidam ibi advenerunt legati ab Hulagu in Sinas missi, qui fratribus Polo suaserunt ut iter cum eis instituerent. Propositum libenter acceperunt, et post iter plurium mensium ad aulam Kubilai pervenerunt. Magnus Chanus benigne eos excepit, et plura quaesivit de regionibus occidentis, de moribus populorum Europae et praesertim de religione atque de persona Summi Pontificis. Eorum responsa miratus, pluries eos ad aulam revocavit eosque demum precatus est ut Summum Pontificem eius nomine adirent supplicarentque ut centum viros doctos mitteret, qui populum mongolicum religionem catholicam docere valerent.

Venetiani itaque una cum barone Gacaya, qui inter principales aulicos enumerabatur, iter aggressi sunt. Post tres annos, scilicet anno 1269, pervenerunt Acre, ubi eis nuntiatum est Clementem IV ante annum obiisse. Consilium secuti Theobaldi, in hisce regionibus legati et postea Papae sub nomine Gregorii X, Venetias profecti sunt, cum intentione

Digitized by Google

ibi expectandi electionem novi Pontificis. Cum tamen vacatio Sedis Apostolicae diutius perduraret, ad Theobaldum reversi, iter Sinarum arripuerunt. Vix illis profectis, Theobaldus nuntium accepit elevationis suae ad Summum Pontificatum. Statim fratres Polo revocavit, commisit eis litteras ad Chanum, eisque adiunxit duos socios ex ordine Praedicatorum qui Acris morabantur, Nicolaum de Nicosia et Guillelmum Tripolitanum.[1] Per Armeniam iter fecerunt. Ast, cum Soldanus Aegypti hanc regionem infestaret, duo Praedicatores progredi ausi non sunt. Fratres vero Polo, secum ducentes Marcum, Nicolai filium, quindecim annos natum, statuerunt iter prosequi, et tandem salvi et incolumes ad aulam Kubilai pervenerunt, qui eos magno cum gaudio excepit.[2]

Circa 1276-1277 Abaka, Persidis Chanus (1265-1282), duos fratres Vassali ad Curiam romanam misit. Nicolaus III huic legationi respondit, demittendo quinque fratres Minores, qui expleto mandato suo in Perside, iter usque ad Khanbaliq tenerent. Erant autem sequentes : Gerardus de Prato, Antonius de Parma, Iohannes de S. Agata, Andreas de Florentia et Mathaeus de Aretio.[3] Duas epistolas Summus Pontifex eis tradidit, priorem tradendam Abaka, quem Nicolaus III hortatur ut ad fidem se convertat eumque simul rogans ut legatis praebeat media adeundi magnum Chanum,[4] alteram transmittendam ad Kubilai, quem fratres Vassali iam baptizatum dixerant, ut ei de conversione gratuletur.[5] Certum autem videtur dictos quinque Minores nunquam ad aulam Kubilai pervenisse.[6]

---

[1] Sostegno, *Le Missioni dei Servi di Maria*, 30-31, absque ullo argumento dicit Servos de Maria fuisse cum fratribus Polo.

[2] Pauthier, *Le livre de Marco Polo*, I, 5-22 ; Yule, *The Book*, I, 2-26.

[3] Marcellin. da Civezza, *Storia Universale*, II, 235-52 ; Rémusat, *Mémoires de l'Académie*, VII, 351 ; Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 34-35 ; Golubovich, *Biblioteca*, II, 426-28 ; BF III, 289-91.

[4] BF III, 291-93.

[5] BF III, 293-95.

[6] Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 35 ; Rémusat erronee scribit hos fratres Khanbaliq perventos.

Digitized by Google

In Archivo Vaticano quaedam asservantur litterae ab Argun anno 1285 Papae scriptae, in quibus sermo est de adventu cuiusdam christiani nestoriani Ngaisie a Kubilai missi.[1]

Plura tamen secundum minutas circumstantias descripta de imperio Sinensi debentur Mar Çauma anno 1287 ab Argun ad Summum Pontificem misso. Hic filius erat Visitatoris ecclesiastici nestorianae ecclesiae Khanbalicensis. Cum iuvenis vitam eremiticam in viciniis huius civitatis duceret, quadam die ad eum venit Marcus, sub nomine Yabalaha III cognitus, qui ei suasit ut secum Loca sacra visitaret. Simul atque Babyloniam attigerunt Marcus electus est metropolita regionis Cathay et Mar Çauma assumptus est Visitator generalis. Ut talis autem Mar Çauma tamquam legatus a Chano Persidis missus est ad Nicolaum IV et ad Reges Franciae et Angliae.

Primus ad Sinas tamquam legatus apostolicus et missionarius proficiscitur Iohannes de Monte Corvino. Antequam autem a Nicolao IV ad Kubilai mitteretur, Iohannes iam per plures annos missionarium egerat in Armenia et in Perside.[2] Anno 1289 Haiton II eum elegit, quem ut suum legatum ad Summum Pontificem destinaret.[3] Nicolaus IV, non satis habens ad solum Regem Armeniae scribere, litteras quoque misit ad Patriarchas Iacobitarum et Georgianorum, ad Reges Georgiae, Persidis et aliarum regionum,[4] verbo, ad omnes principes quorum territorium transire debebat Iohannes de Monte Corvino ut ad magnum Chanum perveniret.[5]

Necessarium non ducimus ad minutissima usque referre circumstantias difficilioris et longioris huius itineris; remit-

---

[1] Pelliot, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*, 640; Grousset, *Histoire de l'Asie*, III, 82-83. Variae epistolae principum Mongolorum in Persia novissimis temporibus in Archivo Vaticano inventae sunt, quarum quatuor ad nostram rem pertinent 1268-1291. Ast quamvis inventae pluribus abhinc annis tamen publici iuris nondum factae sunt, cf. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 4-5.

[2] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 8-9.

[3] Ibid., 10. [4] BF IV, 85-90.

[5] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 12-24.

Digitized by Google

tentes ad monographiam a nobis elucubratam, sufficiat hic notasse Iohannem post iter per mare Indicum et Sinense, una cum Lucalongo, mercatore italo qui Tauride ei se adiunxerat, appulisse in quemdam Sinarum portum, cuius tamen nomen ignoratur, dehinc probabiliter recta via petiisse Khanbaliq, residentiam ordinariam magni Chani. Litteris Summi Pontificis Timur, successori Kubilai datis, Iohannes de Monte Corvino annuntiare incepit religionem catholicam, cuius dogmata et praecepta ex officio sustinere tenebatur; ast in vanum: nam, ut ipse narrat, magnus Chanus « nimis inveteratus est in ydolatria ».[1]

Certum nihilominus est, quod iam ab initio suae commorationis in Khanbaliq (1294) Iohannes de Monte Corvino semen catholicae religionis spargere non omisit. Verba eius persuadentia plures conversiones obtinuerunt; de exstruendo oratorio cogitare debuit: quod tamen nestoriani omni quo potuerunt modo prohibuere.[2]

Fama adventus legati apostolici et rumor conversionum quas operatus erat, Georgio, principi Tenduc, nestoriano, mox innotuit.[3] Probabiliter Iohannem ad aulam suam accersivit eiusque verbis persuasus ad catholicismum se convertit. Haec conversio accidit currente primo anno commorationis Iohannis de Monte Corvino in Sinis. Fuit autem vere singularis: nam princeps postulavit, ut Ordines Minores ei conferrentur; unde quoties Iohannes per regionem Tenduc transibat, vel princeps Georgius Khanbaliq commorabatur, toties princeps sacris vestibus indutus Missae sacrificio inserviebat; proselytismo deinde ductus maiorem partem subditorum suorum ad fidem catholicam adduxit. Immo « eccle-

---

[1] Epist II, 346, n. 1.

[2] Jacquet, *Le livre du Grant Caan*, 69-70.

[3] Georgius e tribu Ongutorum erat oriundus, cf. Pelliot, *Chrétiens d'Asie et d'Extrême-Orient*, 633-34; Yule-Cordier, *Cathay*, III, 15, n. 1; 47-50; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 378. Situs regionis Tenduc a cl. Pelliot, l. c., sic limitatur: « c'est en gros la vallée des Kouei-houa-tch'eng avec une certaine extension le long de la rive septentrionale de la boucle du fleuve jaune »; cf. Moule, A. C., *Documents relating to the mission of the Minor Friars*, 1914, 548-49, n. 1.

Digitized by Google

siam pulchram secundum regiam magnificentiam construxit ad honorem Dei nostri, Sancte Trinitatis et domini Pape et nomine meo vocans eam ecclesiam romanam ».[1]

Post tales successus, Iohannes sperare poterat fidem quam citius in hisce regionibus propagaturam iri ; sed nestoriani consilium inierant eum perdendi. Quapropter rumores falsos et calumniosos de Iohanne dissiminaverunt et nascentem missionem catholicam denigrarunt. « Nestoriani per se et per alios pecunia corruptos, persecutiones michi gravissimas intulerunt, asserentes quod non essem missus a domino Papa sed essem explorator, magus et dementator hominum. Et facto aliquo intervallo temporis, produxerunt alios falsos testes dicentes quod alius nuntius fuerat missus, deferens Imperatori maximum thesaurum et quod ego illum occiderim in Yndia et abstulerim que portabat. Et duravit hec machynatio circiter quinque annis, ita quod sepe ad iudicium fui tractus cum ignominia mortis. Tandem per quorumdam confessionem, Deo disponente, Imperator cognovit meam innocentiam et malitiam emulorum, et ipsos cum uxoribus et liberis exilio relegavit ».[2]

Confusis adversariis, Iohannes de Monte Corvino tempus opportunum iudicavit generaliori propagatione suum extendere apostolatum ; in civitate Khanbaliq ecclesiam exstruxit cui adiunxit campanile cum tribus campanis ; eam perfecit annis 1298-1299.

Anno 1296, Georgius de Tenduc filium habuit quem Iohannem vocavit in honorem missionarii qui eum ad vitam catholicam genuerat ; sed eheu ! duos post annos Georgius, qui nomen meretur apostoli Tenduc, mortuus est ; haec mors post se traxit ruinam christianitatis Tenduc, nam fratres principis Georgii, omnes nestoriani, neophytos ad apostasiam coegerunt.[3]

Probabiliter ad collaboratorum inopiam supplendam, Iohannes de Monte Corvino incepit opus « Oblatorum medii aevi religiosi ». Nonnullos emerat pueros quorum aetas va-

[1] Epist. II, 348, n. 4.
[2] Epist. II, 347, n. 1.
[3] Epist. II, 348-49, n. 4.

Digitized by Google

riabat inter 7 et 11 annos, eorumque numerus paulatim usque ad 40 crevit; hos omnes, utpote paganos et omnino ignaros legis moralis, doctrinis informavit baptizavitque.[1]

Insuper eos docuit linguam latinam, caerimonias et rubricas divini officii; propter eos, supra functiones missionarii artem amanuensis in se sumpsit. Anno 1305, transcriptionem duorum exemplarium completorum breviarii absolvit, una cum triginta copiis psalterii et hymnorum.[2] Inde a principio suae commorationis, Iohannes de Monte Corvino studuit linguae officiali regionis; in hac lingua praedicabat necnon psalterium et Novum Testamentum ad usum fidelium transtulit.[3]

Anno 1303, quidam chirurgus lombardus, concivis Iohannis, Khanbaliq venit, qui tot calumnias in Curiam romanam, Ordinem franciscalem et totum occidentem sparsit, ut Iohannes de Monte Corvino anxius factus, confratres suos in Gazzaria rogavit, ut de vero statu rerum certiorem eum facerent, quia decem abhinc annis nullam de occidente audierat notitiam.[4] Et ecce adventus Fr. Arnoldi de Germania, provinciae Minoriticae Coloniensis vota Iohannis complevit.[5]

---

[1] Epist. II, 347, n. 3. [2] Ibid.

[3] Epist. II, 350, n. 9. [4] Epist. II, 349-50, n. 7.

[5] Epist. II, 347, n. 2. Circa istum Fr. Arnoldum non paucae hypotheses factae sunt. Secundum Domenichelli, *Sopra la Vita ed i Viaggi del B. Odorico*, 22; 24, Fr. Arnoldus simul cum Fr. Iohanne de Monte Corvino ad Sinas itinerabat; secundum Voelling, *Johannes de Monte Corvino*, 286, Fr. Arnoldus an. 1308 Khanbaliq pervenit; iuxta Schlager, *Beiträge zur Geschichte*, 189, et Groeteken, *Zur mittelalterlichen Missionsgeschichte*, 63, Fr. Arnoldus paulo post eius adventum in Khanbaliq, moritur. — Duae primae inductiones falsae sunt, quia iis quae de Fr. Arnoldo sciuntur contradicunt; ultima vero hypothesis omni probabilitate caret, eo quod Fr. Iohannes de Monte Corvino in tertia epistola mortem plurium puerorum commemorans, de Fr. Arnoldi decessu ne verbum quidem facit. — In chronicis Fr. Iohannis Vitodurani (ed. Eccard, col. 1895-97; Wyss., 208-10) relatio invenitur cuiusdam Fr. Minoris « oriundi de partibus inferioris Alemaniae ». Kunstmann, *Die Missionen in Indien und China*, XLIII, 677; Schlager, *Beiträge*, 189; Groeteken, *Zur mittelalterlichen Missionsgeschichte*, 63, dicunt hanc relationem esse Fr. Arnoldi. Sed immerito, cum enim in hac relatione nihil aliud inve-

Digitized by Google

Post duodecim annos apostolatus, Iohannes de Monte Corvino sic compendiose describit statum christianitatis in Khanbaliq: « Unam ecclesiam edificavi in civitate Cambaliech, ubi est precipua residentia Regis, quam ante sex annos complevi, ubi etiam feci campanile et ibi tres campanas posui. Battizavi etiam ibidem ut existimo usque hodie, circa sex millia personarum ».[1]

Duobus annis post adventum Patris Arnoldi, sentiens quod vires suae exhauriebantur et quod senectus ingravescebat, non tam ob numerum annorum (natus erat 58 annos), sed potius ob labores, privationes et tribulationes quotidianas quas perpessus erat,[2] ne mors sua opus destrueret cui totam vitam devoverat, confratribus in Gazzaria scripsit ut litteras, quas eis mittebat, Summo Pontifici, Cardinalibus et Superioribus Ordinis communicarent.[3]

Has commisit litteras amico qui ab aula Kiptchak ad magnum Chanum in Cathay advenerat. Post annum, Iohannes nuntium recepit quod litterae ad locum pervenerant et quod nuntius iter prosecutus erat usque Tauridem; litterarum autem contentum cito in occidentem venit.[4]

Litterae porro non parvam admirationem apud Ordines Mendicantes provocaverunt; etenim, cum iam abhinc 12 annis nihil de Iohanne de Monte Corvino scirent, eum mortuum credebant. Statim, plures Dominicani callentes linguas latinam, graecam et uigur, profecti sunt versus Khanbaliq, secum ferentes libros, calices et vestimenta sacra;[5] etiam Franciscani quidam iter arripuerunt.[6] Sed cum viam breviorem per Tartariam sequi vellent, impediti sunt quin

---

nitur quam quod in epistola Fr. Iohannis de Monte Corvino legitur, multum verisimile est quod auctor chronicorum epistolam Fr. Iohannis de Monte Corvino summarie referens, erronee Fr. Arnoldo tribuit quod Fr. Iohanni debebatur.

[1] Epist. II, 347, n. 2.
[2] Epist. II, 350, n. 9.
[3] Epist. II, 350, n. 8.
[4] Epist. III, 351, n. 1.
[5] Chronica Fr. Elemosinae, ap. Golubovich, *Biblioteca*, III, 90.
[6] Epist. III, 355, n. 9.

Digitized by Google

progrederentur ob bellum in hisce regionibus saeviens; hinc in Gazzaria remanere debuerunt.[1]

Circa initium anni 1306, sciens Iohannes missionarios profectos esse, statim alias scripsit litteras die 13 februarii, in quibus nonnulla exponit de eis quae durante ultimo anno acciderant: « Sex picturas feci fieri veteris et novi Testamenti ad doctrinam rudium, et scripta sunt licteris latinis, tursicis et persicis, ut omnes lingue legere valeant ».[2]

Inceperat etiam constructionem novi conventus distantis duobus milliariis a prima sua residentia, adspectantis quidem ingressum superbi palatii imperialis. Hunc locum elegerat quia ei videbatur aptissimus in tota civitate, immo in toto territorio magni Chani. Lucalongus, qui cum ipso iter fecerat, propter amorem Dei terrenum ei dederat. Ab anno 1304 aedificare incepit et labores prosecutus est donis benefactorum adiutus. Mense autem octobre 1305, terminavit conventum et aedes adiacentes, quas muro circumdederat, necnon oratorium 200 personarum capax. Alterius ecclesiae constructionem, quam propter hiemem ad finem ducere non potuit, cum iam omnia essent parata, cum gratia Dei durante aestate anni 1306 perficere sperabat.[3]

Pueros quos adoptaverat, quorum tamen plures ultimo anno e vita discesserant, Iohannes de Monte Corvino in duas partes diviserat; utraque pars officium divinum recitabat, etiam absente missionario; ipse namque S. Missam celebrare debebat per unam hebdomadam in prima ecclesia quam exstruxerat, per alteram vero in novo oratorio.[4]

---

[1] Chronica Fr. Elemosinae, ap. Golubovich, *Biblioteca*, III, 90.

[2] Epist. III, 352, n. 1.

[3] Epist. III, 352-53, n. 2; cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 56, n. 1. A. C. Moule, *Documents relating to the Mission of the Minor Friars*, 553, n. 2, novam hypothesim addit dicens: « All building in Peking is stopped by the severe frost, which does not break until about the end of February. The fact that Quinquagesima fell on 5 March in 1307 precludes the simple solution of the difficulties which would be obtained by supposing that John dated his letters in the old style, saying 1305, 1306 where we should say 1306, 1307 ».

[4] Epist. III, 353, n. 4.

Digitized by Google

Numerum baptizatorum a festo omnium Sanctorum anni 1305 ad 13 februarii 1306 quatuor centenis auctum viderat.[1]

In hisce litteris suis Iohannes de Monte Corvino non dicit, uti fecerat in prioribus, cui eas committit; eas autem dirigebat ad superiores et religiosos Franciscanos et Dominicanos qui in Perside morabantur. Videbatur porro quod non citius sicut priores ad destinarios pervenerint. B. Thomas de Tolentino[2] conversioni nestorianorum adlaborans Tauride eas recepit et personaliter eas in Europam deferre curavit. In Italiam appulsus, recta via ad Curiam romanam contendit quae tunc Pictaviis residebat, Cardinalem Iohannem de Muro, ex-Ministrum generalem fratrum Minorum[3] adivit eique notitias omnes ex missione Khanbaliq communicavit. Cardinalis Iohannes sua vice omnia Summo Pontifici et Cardinalibus congregatis retulit; attamen Collegium Sacrum Purpuratorum ex ore ipsius Thomae de Tolentino nuntiata audire voluit. Adunatis itaque in consistorio, uti refert Fr. Elemosina,[4] Thomas pulchra oratione narravit mirabilia quae Deus operatus erat per Iohannem de Monte Corvino simulque enixe postulavit a Summo Pontifice et Cardinalibus ut continuationi et ulteriori progressui talis operis divini providere vellent. Eminentissimi auditores, summe mirantes narrata Fr. Thomae, consilium iniverunt efficacioribus mediis missioni Sinensi succurrendum.

Clemens V ergo mandavit Gonzalvo, Ministro generali fratrum Minorum[5] ut, audito consilio sui definitorii 7 Minores eligeret bonos et virtute probatos, experientia edoctos et in Sacris Scripturis versatos, quos ex auctoritate pontificia in Episcopos consecratos et amplissimis privilegiis mu-

---

[1] Epist. III, 355, n. 9.

[2] Cf. relationem B. Odorici, 425, n. 2, not. 1.

[3] Minister Generalis 1296-1304; an. 1302 creatus fuit Cardinalis; obiit Avenione 1312, cf. *Anal. Franc.*, III, 432 ss.

[4] Ap. Golubovich, *Biblioteca*, III, 93-94.

[5] *Anal. Francisc.*, III, 454-58; Pou y Marti, *Fr. Gonzalo de Balboa, primer General Español de la Orden*; Callebaut, *Le B. Jean Duns Scot étudiant à Paris.*

Digitized by Google

nitos, in Tartariam mitteret.[1] Ipsi sua vice Iohannem de Monte Corvino consecrare deberent, cum titulo Archiepiscopi et Patriarchae totius Orientis.[2]

Electi autem fuere sequentes: Andreas de Perusia, Gerardus Albuini, Nicolaus de Banzia, Ulricus de Seyfridsdorf, Peregrinus de Castello,[3] Guillelmus de Villanova [4] quibus aggregatus est Andreucci de Assisio; [5] tres Cardinales, quos Summus Pontifex designaverat, eos consecrarunt.[6]

Hi omnes Episcopi, multis comitantibus Franciscanis, spiritu Dei motis, benedictione Clementis V accepta, profecti sunt ubique praedicantes et fructus uberrimos salutis metentes.[7]

Porro navi iter instituerunt, sicut Iohannes de Monte Corvino fecerat; [8] sed proh dolor! in Indiis, ubi socius Iohannis succumberat, tres Episcopi morte absumpti sunt, scilicet Nicolaus de Banzia, Ulricus de Seyfridsdorf et Andreucci de Perusia,[9] cum pluribus missionariis quorum nomina nobis ignota remanent.[10] Residui iter prosequentes Khanbaliq pervenerunt circa 1309-1313 [11] et Iohannem de Monte Corvino sacrarunt Episcopum.[12]

---

[1] BF V, 35-37.

[2] BF V, 37-38; Golubovich, *Biblioteca*, III, 93-94.

[3] Golubovich, *Biblioteca*, III, 106-107, ubi de unoquoque Episcopo notitiae quaedam inveniuntur.

[4] Guillelmus cum sociis istis non est profectus, quia an. 1308 Summus Pontifex eum ad eundum movet, cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 108; 122-23; Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 72, n. 1.

[5] Golubovich, *Biblioteca*, III, 107.

[6] BF V, 38.

[7] Chronica Fr. Elemosinae, ap. Golubovich, *Biblioteca*, III, 95.

[8] Cf. Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 12-20.

[9] Golubovich, *Biblioteca*, III, 107; cf. infra Epistolam Fr. Andreae de Perusia, 377, n. 7.

[10] Cf. ibid.

[11] Epistola Fr. Andreae sicut in MS quo Wadding utebatur habet quod Fratres pervenerunt Khanbaliq an. 1318, *Ann.* ad an. 1326, n. 2. In MSS vero Parisiensi, Assisiensi et Chigiano (Romae) legitur annus 1318. Nec ista lectio veritati quadrat nec prima. Nam Iohannes de Monte Corvino in II Epistola, n. 6, scribit de via maris, quam Fra-

[12] Cf. *pag. sequentem*

Digitized by Google

Usque ad illud tempus, si excipiantur patriarchatus Constantinopolitanus, Ierosolimitanus et Antiochenus, hierarchia ecclesiastica in Oriente non exsistebat; per institutionem vero Iohannis de Monte Corvino in Archiepiscopum Khanbalicensem, immensa illa regio sub eius ponebatur iurisdictione, uti attestatur Bulla pontificalis.[1] Hoc perduravit usque ad annum 1318; tunc enim Iohannes XXII partem huius territorii commisit Dominicanis novum instituendo Archiepiscopum in Sultanieh.[2] Franciscanis remanebat totum territorium Sinense, Kiptchak et partem Asiae Minoris,[3] id est Archidioecesis Khanbalicensis et dioeceses Zaitun, Almaligh, Kaffa, Sarai, Tana et Kumuk.[4]

Post suam consecrationem, Iohannes de Monte Corvino missionarios suos ad plures districtus destinavit; in Khan-

---

tres secuti sunt: « posset contingere quod in biennio vix perficerent viam illam ». Ast bulla pontificia, qua 6 Episcopi nominantur, data fuit 23 iulii 1307. Impossibile ergo videtur Fratres iam an. 1308 Khanbaliq pervenisse. Annus vero 1318 excluditur factis infra narratis.

[1-2] Iohannes de Monte Corvino ab unico ex sex Episcopis consecrari potest, cf. BF V, 39; Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 36, n. 5; ipse etiam potestatem recipit, vi facultatis delegatae, alios consecrandi, BF V, 38 n. 1, pariterque numerum Episcoporum ampliare potest, si hoc ipsi necessarium videtur. Hoc ultimum privilegium in MS Chigiano invenitur: « Clemens Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio fratri Iohanni etc. Quod si plures quam dictos sex Episcopos ad tam pium et salubre opus necessarios fore cognoveris, tu alias personas vita, scientia et etate ydoneas, ubi et quando expedierit vice nostra et nomine ipsos Episcopos consecres, ordines et preficias in pastores, eis curam animarum et solicitudinem commissi sibi populi plenarie commictendo, ac ipsis, praeter eos qui de mandato nostro iam consecrati sunt, consecrationis munus impendas ascitis duobus vel tribus Episcopis iuxta consuetum et necessarium in hac parte, ac omnia alia et singula facias que in his fuerint oportuna. Sic te in omnibus habiturus quod post diem retributionis premium, nostram et dicte Sedis gratiam uberius consequi merearis. Amen.

De authenticitate istius epistolae, necnon illius Fr. Peregrini, cf. infra in Prolegomenis ad epistolam Fr. Peregrini, 359-64.

[1] BF V, 37-38.

[2] Golubovich, *Biblioteca*, III, 197-204.

[3] Cf. ibid.

[4] Cf. ibid., 205; Tangl, *Die päpstlichen Kanzleiordnungen*, 30

Digitized by Google

baliq retinuit plures patres et duos Episcopos Peregrinum nempe et Andream ;[1] aliquos misit Hang-tcheou ad novam fundandam missionem ;[2] alios addixit Yang-tcheou[3] ac tandem Episcopum Gerardum cum quibusdam sociis Tsiouen-tcheou petere jussit. In hac ultima civitate, abundantia mercium et opulentia notissima, ditissima quaedam matrona Armena degebat, quae pergrandem et magnificam cathedralem ecclesiam erexit et reditibus dotavit.[4]

Anno 1311, Summus Pontifex tres alios Episcopos ut suffraganeos Iohannis de Monte Corvino delegavit : Prior, Petrus de Florentia, in epistola Peregrini dicitur commorari Khanbaliq ;[5] duo alii, nominati die 19 februarii 1311, erant Fr. Thomas, cuius patria ignoratur, et Fr. Hieronymus de Catalaunia, celeberrimus Episcopus de Caffa.[6]

Iam ante annum 1318, Gerardus, primus Episcopus Tsiouen-tcheou, e vivis sublatus est.[7] Iohannes de Monte Corvino, Andream de Perusia in eius successionem praeponere voluit ; hic tamen ob rationes nobis ignotas, maluit

---

[1] Cf. Epistolam Fr. Andreae, infra, 373-74, n. 1.

[2] Pro civitatis momento, cf. Cordier, *Les Voyages en Asie au XIVe siècle du B. Odoric*, 299-305 ; Yule-Cordier, *The Book*, II, 185-218 ; Iidem, *Cathay*, II, 192-99, n. 2 ; Pauthier, *Le Livre de Marco Polo*, II, 491-518.

[3] Cf. Cordier, *Les Voyages en Asie au XIVe siècle du B. Odoric*, 263-68 ; Yule-Cordier, *The Book*, II, 234-45 ; Iidem, *Cathay*, II, 183-85 ; Pauthier, *Le Livre de Marco Polo*, II, 527-34.

[4] Cf. epist. Fr. Andreae, 374-6, n. 3 ; Fr. Peregrini, 367-8, n. 6. Marcellinus de Vicetia, *Storia Universale*, III, 623 ; Golubovich, *Biblioteca*, III, 421, agentes de epistolis a Summo Pontifice Fr. Nicolao, successori Fr. Iohannis de Monte Corvino traditis, BF V, 556-60 ; 567, arguunt ex inscriptione unius earumdem : *Magnifico viro Socho de Chigiota Regi Corum* in hoc casu loqui de Corea actuali. Solutio haec quamvis possibilis, tamen verisimilis non est, eo quod Rex istius nominis in hoc regno circa hoc tempus penitus ignoratur, et nomen Cori aut Corea tunc nondum in usu erat. Nomen enim antiquum Coreae Ko Kou rey - Kao Kiu li, apud scriptores mediae aetatis sub vocabulo Kaoli invenitur, non vero Cori.

[5] Cf. infra, 367, n. 5.

[6] BF V, 74 et n. 7 ; López, *Fr. Jerónimo de Cataluña* ; Golubovich, *Studi Francescani*, 1915, 209 ss. ; *Biblioteca*, III, 38-39 ; 122-23 ; 210-11 ; Pou y Marti, *Fr. Jerónimo de Cataluña, obispo de Cafa*.

[7] Cf. epistolam Fr. Peregrini, 368, n. 6 ; Fr. Andreae, 375, n. 3.

Digitized by Google

remanere in Khanbaliq ;[1] quapropter Fr. Peregrinus ad hanc sedem designatus est.

Primas notitias de illa missione franciscana inde ab anno 1306 nobis exhibent litterae Peregrini anno 1318 conscriptae.[2] Quin minutias describat, refert constructionem tertiae ecclesiae cura Armenorum inceptam esse in Khanbaliq. Armenis ceteroquin Iohannes de Monte Corvino totum suum tempus devovere statuit ; quapropter administrationem duarum aliarum ecclesiarum coadiutoribus reliquit. Numerus Alanorum ad fidem conversorum maxima cum celeritate crescit.

In Tsiouen-tcheou propagatio fidei magnos facit progressus, etsi numerus fratrum exiguus sit ; revera praeter Episcopum tres tantum patres adsunt : Iohannes Grimaldi, Emmanuel de Monticulo et Ventura de Sarezana ; hic ultimus erat negotiator, qui, exemplis fratrum aedificatus, commercio valedixerat Ordinemque Minorum in Sinis erat ingressus. Quantum hi missionarii impense laborant, intelligimus animosa exclamatione ipsius Episcopi : « Utinam tales haberemus centum nobiscum ! »[3] Praedicant in mesquitis ad saracenos et infideles ; sed dolendum quod aetas provectior impediat quominus linguam populi addiscant, nam certum est tunc, dicit Episcopus, multos infideles conversuros iri, tam multi sunt pagani qui veniunt et audiunt verbum Dei quod eis praedicatur per duos interpretes : « Quod si linguas eorum haberemus, mirabilia Dei apparerent ».[4] Quapropter Peregrinus auxiliares petit : « Nulla alia re indigemus quantum fratribus quos desideramus ».[5]

Aliquibus annis postquam constitutus erat Episcopus in Tsiouen-tcheou, Peregrinus mortuus est.[6] Interea, Andreas de Perusia illam civitatem adiverat [7] et munificentia Chani,

---

[1] Cf. epistolam Fr. Andreae, 375, n. 3.
[2] Cf. infra, 365-8.
[3] Cf. epist. Fr. Peregrini, 367, n. 6.
[4] Cf. ibid., 366, n. 3.
[5] Cf. ibid., 368, n. 6.
[6] Cf. epist. Fr. Andreae, 375, n. 3.
[7] Cf. ibid.

Digitized by Google

pulchram ibi exstruxit ecclesiam necnon conventum continentem 20 cellulas pro fratribus et quatuor cameras pro praelatis.[1] Post obitum Peregrini, Iohannes de Monte Corvino per decretum ecclesiam Tsiouen-tcheou Andreae commisit.[2]

Litterae quas Andreas de Perusia anno 1326 superiori conventus Perusiae scripsit, quaedam pauca exhibent de modo propagandi fidem in Tsiouen-tcheou, de quo idem Fr. Peregrinus loquebatur in litteris anni 1318 : « Nos predicare possumus libere et secure; sed de iudeis et sarracenis nemo convertitur; de ydolatris battizzantur quam plurimi, sed battizati non recte incedunt per viam christianitatis ».[3]

Frustra quaeruntur minutae descriptiones operae missionariae suorum confratrum in relatione Odorici de Portu Naonis, qui in Sinis circa annos 1322-1326 itinerabat. Hic enim spiritu dotatus perspicaci et prompto, praesertim notavit res extraordinarias quas vidit et audivit. Hinc apostolatus missionariorum, utpote factum commune pro viatore franciscano, nonnisi obiter tangitur in descriptione civitatum quas visitat vel solemnitatum quibus adsistit ;[4] sic

[1] Cf. ibid.

[2] Cf. ibid.

[3] Cf. ibid., 376, n. 5.

[4] En descriptionem quam cl. Cordier de B. Odorico facit, *Les voyages en Asie*, LIII : « Ce devait être un fort brave homme que ce frère Odoric; un de ces bons moines comme on en rencontrait sur les grandes routes au moyen âge ; on leur indiquait leur chemin, on leur donnait quelques provisions, ils recevaient la bénédiction du Pape, et ils se mettaient en route. Ils n'avaient pas la science mais ils avaient la foi. Et ils allaient de couvent en couvent, même en Asie. Lorsque quelques dangers les menaçaient, une bonne prière et même un bon miracle les tirait d'embarras. Arrivés à destination, beaucoup de zèle, beaucoup de conversions, beaucoup de modestie, somme toute, beaucoup de bien fait, puis souvent comme dans le cas présent une relation intéressante, pleine de faits curieux, méritant de la part des commentateurs l'attention la plus sérieuse. Ce qui a surtout préservé de l'oubli la mémoire d'Odoric, ce n'est pas sa foi qui était surabondante, ce n'était pas la science qui était plus que médiocre, c'était cette bonhomie, disons même le mot, cette naïvité avec laquelle il note les incidents de son voyage ».

Digitized by Google

ne verbum quidem refert de conventibus sui Ordinis in Khanbaliq, etsi in hac civitate per tres annos apud suos confratres commoratus sit.

Cum in Tsiouen-tcheou pervenerit, adnotavit exsistentiam duorum conventuum fratrum Minorum, quin tamen descriptionem addat: « Veni ad quamdam nobilem terram nomine Zayton, in qua nos fratres Minores habemus duo loca, ad que portavi ossa nostrorum fratrum Minorum qui passi fuerunt martirium pro fide Christi ».[1] Si ei non obviam venisset nobilis vir ex Hang-tcheou, qui eum in monasterium buddhisticum introduxit et quem incidenter a fratribus Minoribus conversum dicit, nec hodie sciremus quod Franciscani ibi commorati sunt.[2] Idem Odoricus solus est auctor usque nunc cognitus qui exsistentiam conventus franciscani in Yang-tcheou commemorat.[3] Verum, descriptiones aulae magni Chani perlustrantes atque ex illis quaedam colligentes minuta vividiora, clarius perspicimus quantum Franciscanorum auctoritas apud gentem illam valebat. Omnibus nempe festis officialibus Franciscani interesse debebant: « Nos fratres Minores in hac curia sua habemus locum deputatum, et nos sic semper opportet ire et dare sibi benedictionem nostram ».[4] Conversos Khanbaliq quod attinet, hanc opinionem descriptio Odorici producit, eos praecipue inter officiales aulae regiae haberi.[5]

Paulo postquam Khanbaliq discessit Odoricus de Portu Naonis, ut, rediens in Europam, numerosos ibi missionarios vitae apostolicae conscriberet,[6] anno 1328 Iohannes de Monte

---

[1] Cf. infra, rel. Fr. Odorici, 460, n. 1.

[2] Cf. ibid., 465, n. 5.

[3] Pelliot, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*, 638.

[4] Cf. relationem Fr. Odorici, 474, n. 8.

[5] Cf. ibid.

[6] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 43, n. 1. Solutiones ortae circa quaestionem an B. Odoricus regionem Tibet adivit, annon, paucis verbis hic exponere libet. Cl. von Richthofen, *China*, I, 617; Cordier, *Les Voyages*, c. 45; Rockhill, *Diary of a Journey*, IX; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 251-52, affirmative respondent. Waddell, *Lhasa and its Mysteries*, 425; Landon, *Lhasa*, I, 4, de veritate facti dubitant. Cl. Laufer, *Was Odoric of Pordenone ever in Tibet*, postquam omnia

Digitized by Google

Corvino annum agens octogesimum primum, animam Deo reddidit ;[1] amorem sibi et venerationem tum paganorum tum christianorum conciliaverat.[2]

Nuntium mortis huius magni missionarii audiens Summus Pontifex, in eius locum suffecit Fr. Nicolaum,[3] cuius tamen patriam ignoramus. In fine anni 1334 per Armeniam et Tartariam profectus, nondum in Khanbaliq pervenerat, quando legatio a Chano in Europam missa hanc urbem reliquit ; nec videtur probabile, eum unquam in possessionem suae sedis venisse.[4]

Anno 1336, magnus Chanus Toghan Timur ad Summum Pontificem misit legationem plurium virorum, quorum vere principalior erat Andreas « Francus ».[5] Hic namque

---

quae in capitulo XXXIII relationis B. Odorici accurato examini subiecit, hoc factum negat. Attamen, secundum eumdem auctorem, non est cur veracitatem B. Odorici in dubium vocaremus, nam dubitare non licet quod revera B. Odoricus ad provinciam Tibet pervenit, quamvis eamdem ingressus non fuerit neque transierit. Et quia fines huius regionis adhuc hodiedum a viatoribus valde male determinantur, ideo mirandum non est quod B. Odoricus putavit se fines illius provinciae transgressum fuisse. Ex dictis patet quod de visitatione urbis Lhassa sermo esse non potest. Cf. relationem B. Odorici, 484-86, cum notulis.

[1] Hoc ex epistola Alanorum ad Summum Pontificem an. 1336 scripta constat : « Longo tempore fuimus informati.... per legatum vestrum Iohannem.... qui tamen mortuus est ante octo annos ». Wadding. *Ann. Min.*, ad ann. 1338, nn. 1-2 ; Raynaldi, *Ann. eccles.*, ann. 1338, n. 74 ; Moule, A. C., *The Minor Friars*, 31 ; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 250-51.

[2] Iohannes de Cora scribit, Jacquet, *Le livre de l'estat du Grant Caan*, 69 : « A son obsèque et à son sépulture vinrent très grand multitude de gens crestiens et de paiens et desoiroient ces paiens leur robes de deuil, ainsi que leur guise est. Et ces gens crestiens et paiens pristrent en grant dévotion des draps de l'arcevesque et le tinrent à grant révérence et pour relique. Là fu il enseveli moult honnourablement à la guise des fiables crestiens. Encore visete on le lieu de sa sépulture à grant dévocion ».

[3] BF V, 555 ; 567.

[4] Sic sentiunt Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 75 ; Pelliot, *Les Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*, 642 ; Moule, A. C., *The Minor Friars in China*, 19, n. 2 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, III, 236 ; e contra Golubovich Fr. Nicolaum in civitatem Khanbaliq pervenisse putat, *Biblioteca*, III, 423-24.

[5] Cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 255.

Digitized by Google

deferebat sequentes litteras magni Chani : « Nos mittimus nuntium nostrum Andream Francum cum quindecim sociis ad Papam, Dominum christianorum in Franchiam ultra septem maria, ubi sol occidit, ad aperiendam viam nunciis saepe mittendis per nos ad Papam et per Papam ad nos, et ad rogandum ipsum Papam, ut mittat nobis suam benedictionem et in orationibus sanctis semper memoriam faciat de nobis. Et quod Alanos servitores nostros, filios suos christianos, habeat recommendatos. Item quod adducant nobis ab occasu solis equos et alia mirabilia. Scripta in Cambalec in anno Rati mense sexto, tertia die lunationis ».[1]

Alias litteras ad Summum Pontificem deferre fecerunt christiani Alani ex Khanbaliq. Harum litterarum, salute ad Papam dicta eiusque precibus imploratis, tenor hic erat : « Hoc autem Sanctitati Vestrae sit notum, quod longo tempore fuimus informati in fide catholica, et salubriter gubernati, et consolati plurimum per legatum vestrum fratrem Iohannem, valentem, sanctum, et sufficientem virum, qui tamen mortuus est ante octo annos, in quibus fuimus sine gubernatore, et sine spirituali consolatione, licet audierimus quod providistis de alio legato, ille tamen nondum venit. Quare supplicamus sapientiae vestrae, quod mittatis nobis bonum, sufficientem ac sapientem legatum, qui curam habeat de animabus nostris, et quod cito veniat ; supplicamus sapientiae vestrae, quod domino nostro Imperatori respondeatis gratiose, ita quod aperiatur via, sicut et ipse petit, expedita et apta nunciis saepe mittendis a vobis ad ipsum, et ab ipso ad vos, et ad conferendam inter vos et ipsum amicitiam, quia si hoc feceritis magnum bonum subsequetur pro salute animarum et pro exaltatione fidei christianae, quia favor eius in imperio suo facere potest innumera bona, et indignatio eius innumera mala, et ideo recommendatis nos sibi, filios vestros, et fratres, et fideles alios, qui sunt in imperio eius ».[2]

---

[1] Ibid., 250 ; Moule, A. C., *The Minor Friars in China*, 30.

[2] Golubovich, *Biblioteca*, IV, 250-51 ; Moule, A. C., *The Minor Friars in China*, 31.

Digitized by Google

Nuntios mongolicos magna cum pompa Avenione Benedictus XII excepit; quibus etiam Papa promisit quod solemnem legationem ad Toghan Timur mitteret. Mense iunio 1338,[1] legati mongolici Parisium petierunt, secum ferentes epistolam Papae ad Philippum VI, in qua exponebatur tum receptio nuntiorum, tum responsum quod Papa ad magnum Chanum deferre intendebat.[2] Parisium relinquentes, nuntii venerunt in Italiam navemque Genuae ascenderunt ut Neapolim adirent ubi legatio pontificia exspectabat.

Haec sane legatio est solemnior inter omnes legationes quarum historia missionum in media aetate memoriam reliquit. Iohannes de Marignolli, Nicolaus Bonet,[3] Nicolaus de Molano, Gregorius de Hungaria [4] una cum 50 ferme religiosis,[5] maris iter fecerunt, in Crimeam applicuerunt et per Kiptchak transierunt usque ad sedem commorationis Usbek cui epistolam Summi Pontificis tradiderunt.[6] Huius filio primogenito, protectori fratrum Minorum in hac parte laborantium, Benedictus XII alias litteras tradere iusserat.[7] Fr. Eliae vero Hungaro, amico intimo principis, Papa scribit: « Volumus autem, quod prefato primogenito, cui nos etiam scribimus, explicare pro parte nostra procures, quod nos et sedem praedictam circa illa, quae pro salute et honore ipsius secundum Deum et decentiam nostram facere poterimus, propitios reperiet et benignos, tuque nobis super his et aliis, quae de partibus illis occurrerint, scribere poteris confidenter ».[8]

Inde autem comitatus legatorum petiit sedem capitalem regni Chani Chagatai; legati enim tradere tenebantur epis-

---

[1] Golubovich, *Biblioteca*, IV, 251.

[2] Ibid., 254.

[3] Martin de Barcelone, *Nicolas Bonet* (1343) *Tourangeau*, 638-57. Cum suis sociis non est profectus.

[4] BF VI, 62-63.

[5] Iohannes Vitoduranus, *Chronica*, ed. Eccard, col. 1852; ed Wyss, 152-53 dicit 50; Hermannus, *Flores Temporum*, dicit 100; cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 146; III, 423.

[6] BF VI, 64.

[7] BF VI, 64-65.

[8] BF VI, 65.

Digitized by Google

tolam in qua Summus Pontifex laudabat principem ob largam hospitalitatem quam dederat Fr. Nicolao, Archiepiscopo qui ibi transierat.[1] Sed proh dolor! princeps ille, Chansi Chanus nominatus, excesserat e vita; unde, rebellione ex parte saracenorum excitata, plures missionarii franciscani perierunt, scilicet, Ricardus de Burgundia, Episcopus,[2] Franciscus de Alexandria, Raymundus de Provincia, Paschalis de Victoria,[3] fratres laici Laurentius de Alexandria et Petrus de Provincia, ecclesiae constructor,[4] demum tertiarius quidam Iohannes, interpres Archiepiscopi Khanbalicensis, quibus adiungi debet negotiator ex Mutina, nomine Gilottus.[5]

Rebellio iam fracta erat, cum Fr. Iohannes de Marignolli intravit Almaligh. Unde, quia quieta omnia ab agitatione erant, missio reorganizari potuit, uti ipse Iohannes refert: «Fecimus ecclesiam, emimus aream, fecimus fontes, cantavimus missas et baptisavimus plures, libere et publice predicantes».[6] Certum autem videtur, Fr. Iohannem Marignolli quosdam fratres Almaligh reliquisse, qui ab ipso et sociis eius tam feliciter inceptum opus continuare valerent.[7]

Versus finem anni 1341, comitatus iterum viam capescens Khanbaliq petiit.[8] Cum ibi pervenerit, ubi primum cognovit magnus Chanus de muneribus et equis[9] quae secum ferebant legati «gavisus est gaudio magno valde»[10] et nuntiis receptionem solemnissimam praeparavit. Hanc

---

[1] BF VI, 64.

[2] Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 85, n. 1.

[3] Cf. epistolam ipsius Fr. Paschalis, 501-506.

[4] Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 85, n. 2.

[5] Cf. ibid.

[6] Cf. relationem Fr. Iohannis de Marignolli, *De Creatione*, 527, n. 5.

[7] Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 86. Secundum cl. Grousset insurrectio an. 1343 omnes missionarios morti tradidit, *Histoire de l'Asie*, III, 93, n. 1.

[8] Golubovich, *Biblioteca*, IV, 300; cf. relationem Fr. Iohannis de Marignolli, cap. *De Creatione*, 528, n. 6.

[9] In suis litteris magnus Chanus equos rogaverat, cf. supra, LXXXIII.

[10] Cf. relationem Fr. Iohannis de Marignolli, cap. *De Creatione*, 528, n. 6.

Digitized by Google

quidem enarrat Iohannes de Marignolli in sua relatione: « Ego autem solempniter indutus, cum cruce pulcherrima que me precedebat cum luminaribus et incenso, cantando *Credo in unum Deum* intravimus coram illo Kaam, in glorioso palacio residente; et cantu finito, largam dedi recipienti humiliter benediccionem ».[1]

Per tres annos legati pontificii maximis honoribus a Chano cumulati sunt: « Sic missi fuimus ad imperialem aulam nobis honorabiliter preparatam, assignatis duobus principibus qui nobis in omnibus necessitatibus habundantissime ministrabant in cibis et potibus et usque ad papirum pro laternis, deputatis servitoribus et ministris de curia; et sic per annos quasi quatuor servierunt infinitis semper honoribus ».[2]

Quamquam Iohannes de Marignolli parum de suo ministerio apostolico narret, incidenter tamen dicit quod disputationes frequentes cum iudaeis et fautoribus aliarum sectarum habebantur ex quibus magni hauriebantur fructus salutis.[3] Religio catholica in Cathay, etiam post mortem Iohannis de Monte Corvino, in dies crevit, nam videtur quod omnes Alani — erant circiter 30.000 — sese ad catholicismum converterunt, uti textus Iohannis de Marignolli insinuare videtur: « Summi etiam principes sui imperii tocius plus quam triginta millia qui vocantur Alani et totum gubernant imperium orientis sunt christiani, re vel nomine, et dicunt se sclavos Pape ».[4]

Apud Iohannem de Marignolli invenimus etiam primam mentionem ecclesiae cathedralis Khanbalicensis et palatii archiepiscopalis prope palatium imperiale;[5] hinc videtur Iohannem de Monte Corvino ampliasse constructionem priorem. Praeter cathedralem commemorat Iohannes de Marignolli « alias ecclesias plures et campanas »;[6] unde tunc

[1] Cf. ibid., 529, n. 7.
[2] Cf. ibid.
[3] Cf. ibid., 529, n. 8.
[4] Cf. ibid., 526, n. 3.
[5] Cf. ibid., 529, n. 8.
[6] Cf. ibid.

Digitized by Google

temporis saltem quatuor erant ecclesiae, dum Peregrinus anno 1318 tres tantum citat.[1]

Ex Cathay decedens navemque ascendens in portu Tsiouen-tcheou, introspicere sinit Iohannes in progressum quem etiam in hac civitate religio catholica fecerat. Revera B. Odoricus de Portu Naonis, circa 1322-1323 per hanc civitatem transiens duas tantum ecclesias catholicas invenit,[2] dum anno 1346 vel 1347, Marignolli tres enumerat « pulcherrimas, optimas et ditissimas.... habent etiam campanas optimas et pulcherrimas.... in medio sarracenorum sitas ».[3]

Post iter plurium annorum, anno 1352, Iohannes de Marignolli Avenionem pervenit:[4] « Cum litteris magni Chanis.... et muneribus.... Qui cum ad dominum Papam Innocentium Avinionem venisset, fuit bene ab ipso receptus et auditus. Facta vero relatione suae legationis dominus Papa scripsit capitulo generali proximo Assisii celebrando (1 iunii 1354) ut ordinarent fratres idoneos ad mittendum, de quibus ipse aliquos Episcopos ordinaret ».[5]

Tamen, addunt Chronica XXIV Generalium, « tepescentibus hinc inde qui negotium debebant promovere, ulterius modicum est processum ».[6]

Anno 1362, quidam Iacobus, quem Chronica XXIV Generalium vocant Episcopum de Zaiton cum ad Sinas iter faceret, martyrium passus est in Turkestan, per manus sarracenorum;[7] duos alios fratres nestoriani necaverunt.[8]

Urbanus V anno 1369 novum facit conamen in favorem missionis sinensis. Cosmas, Episcopus de Sarai,[9] elevatur ad

---

[1] Cf. infra epist. Fr. Peregrini, 366, n. 2.

[2] Cf. relationem B. Odorici, 460, n. 1.

[3] *De Monte Seyllano*, 536, n. 3.

[4] Cf. Proleg. ad relationem Fr. de Marignolli, 518.

[5] *Anal. Franc.*, III, 548.

[6] Ibid.

[7] Ibid., 559.

[8] Ibid. Immerito cl. Sostegno dicit Fr. Ambrosium Iohannis de Verona an. 1397, 12 april. sedem episcopalem occupasse, *Le Missioni dei Servi di Maria*, 56-57; cf. Altaner, *Hat der Servitenorden im Mittelalter Mission getrieben*, 106-107.

[9] Eubel, *Hierarchia catholica*, 457, n. 3.

Digitized by Google

sedem Khanbalicensem, sed die 1 martii 1370 revocatur nominatio ; [1] nihilominus post paucos dies Guillelmus de Prato, magister S. Theologiae,[2] Archiepiscopus creatur Khanbalicensis.[3] Summus Pontifex Guillelmo permisit ut eligeret duodecim fratres Minores qui eum comitarentur ; [4] si fidem praestamus testimonio Chronicae XXIV Generalium, sexaginta religiosos invenit Guillelmus, qui praesto essent ad missiones cum ipso amplectandas.[5] Urbanus V dedit eis epistolas commendatitias ad varios conventus custodiasque Ordinis [6] et bullas ad Reges mongolicos atque amplissimas concessit eis facultates,[7] quarum praecipua et vere extraordinaria erat illa Guillelmo data nominandi Vicarium vicariae Cathay.[8]

Nescitur tamen utrum ille comitatus 60 missionariorum profectus sit ; si profectus est,[9] certe nunquam in Sinas pervenit et disparuit quin ullam post se reliquerit memoriam.[10]

Hoc porro conamen fuit ultimum in media aetate adhibitum ad subveniendum missioni Cathay, quae ceteroquin tunc temporis probabiliter exstincta iacebat. Prope ruinam Ecclesia catholica in Sinis venerat, quamquam missionarii heroicos facerent conatus ad illam conservandam. Ruinae autem causae sunt tum internae, tum externae.

Omnibus sane notum est, quot mala currente saec. XIV provocaverunt divisiones et difficultates in sinu Ordinis franciscani ; [11] addatur insuper pestem nigram plus quam

---

[1] BF VI, 435-36.

[2] *Anal. Francisc.*, III, 572, n. 4 ; Golubovich, *Biblioteca*, V, 149-54.

[3] BF VI, 436.

[4] Ibid., 438-39, n. 1.

[5] *Anal. Francisc.*, III, 572.

[6] BF VI, 439, n. 1 ; Golubovich, *Biblioteca*, V, 152-53.

[7] Ibid. ; Golubovich, ibid., 153-54.

[8] Ibid. ; Golubovich, ibid., 151-52.

[9] Ibid. ; Golubovich, ibid., 154.

[10] Golubovich hos Fratres missionem sibi assignatam petivisse putat, quia scriptor Chronicorum XXIV Generalium circa an. 1374 in Gallia, Fr. Guillelmi patria, scribens, eos profectos dicit, *Anal. Francisc.*, III, 572 ; *Biblioteca*, V, 151.

[11] Holzapfel, *Historia Ordinis*, 45-70.

Digitized by Google

duas partes Franciscanorum Europae succidisse.[1] Nec praeteriri debent gravamina quae cum ipsis missionibus continentia sunt: longiora nimirum itinera et ingentes distantiae quae missionariorum sedem a centro Ordinis separabant. Subiungenda demum absentia totalis securitatis per vias publicas ob continue crescentem dominationem musulmannorum in Asia; unde nonnisi cum summo periculo et praeter exspectationem boni exitus iter in missiones suscipi poterat. Praeter haec occurrit notandum quod, anno 1368, dynastia sinica Ming dominari incepit, quod perniciem trahebat elementorum non-sinensium. Inde religio catholica, cum praesertim apud incolas non-sinenses suos enumeraret sequaces, paulatim evanescere debuit.[2]

Post circa 250 annos, novi missionarii, terram illam ingressi pauca vestigia prioris missionis invenerunt. Attamen praeter relationes quas hic publicamus, quaedam reliquiae supersunt:

1° Fr. Guillelmus de Rubruc qui festa paschalia anni 1254 in Karakorum transegit, a fidelibus ibi morantibus rogatus est ut apud eos festa celebraret sicque eis occasionem daret suas obligationes adimplendi. Quare aurifex « Magister Willelmus fecit nobis fieri ferrum ad faciendum hostias.... et quamdam pixidem argenteam ad recondendum Corpus Christi ».[3]

Paucis abhinc annis, cl. Monnier in templo Erdeni Tso (Karakorum) ferrum pro hostiis conficiendis invenit quod crucem latinam prae se fert, et etiam pyxidem argenteam.

2° P. Couplet, S. J., quamdam Bibliam in Sinis invenit quae nunc asservatur Florentiae in Bibliotheca Laurentiana.[4]

---

[1] *Anal. Francisc.*, III, 544.

[2] Anno 1391 Rex Iohannes I Arragonensis ad se vocat quemdam fratrem Minorem, reducem de regione Iohannis Presbyteri. Quaenam sit illa regio determinatu difficile est, cf. infra Appendicem *b*). Rubió y Lluch, *Documents*, I, 365; Golubovich, *Biblioteca*, V, 281-82.

[3] Cf. relationem Fr. Guillelmi, 281-82, n. 13.

[4] Biscioni, Bibliothecae Mediceo-Laurentianae, 121, caps. I, Plut. III. Hunc codicem attente examinavi, sed quamdam notulam a missionariis additam frustra quaesivi.

Digitized by Google

3° Tandem tempore P. Antonii a S. Maria (in Sinis missionarii 1633-1669) varia inventa fuerunt antiquae missionis vestigia, quorum descriptio, secundum eumdem auctorem, hic sequitur: « In provincia Fo kien ad ripam maris in quodam monticulo prope Fo uin cheu ingressus quoddam vetustum templum fui, quod antiquum valde esse videbatur et ex tribus statuis supra altare maius simul collatis una earum supra manus palmam (simili modo ut imago Salvatoris solet sculpi aut depingi) unam pulcram crucem supra veluti parvulum globum erectam tenebat, quam abstuli detulique mecum; in collaterali vero altari a dextris maioris desculptura reelevata supra tabulam, quedam alia femine imago erat cum mantello supra caput expanso super brachia eius et subtus a dextris et sinistris plures figurule veluti puellarum manibus complosis, faciebus et occulis ellatis ad faciem, quasi matris misericordie, illius femine expandentis suum palium super eas, simili modo ut imago matris misericordie B. M. V. Marie solet depingi. Et una ex predictis figurulis in una manu aliam crucem deauratam parvulam perfecte confectam habebat. Que omnia satis clara indicia sunt antique christianitatis in Sina.

In civitate Chuin cheu provincie Fo kien ab uno patre, fuit visus unus lapis duorum cubitorum in cuius superfacie erat gravata sanctissime crucis imago.[1]

In ecclesia fratrum Minorum civitatis Zin cheu provincie Xang tung due imagines, altera Salvatoris, altera B.V. Marie, licet antique satis tamen pulcre in eodem linteo depicte quas Fr. Bernardus ab Incarnatione mihi retulit Fr. Didacum a S. Rosa accepisse a quodam bonzio dicente ab antiquo esse in suo templo, nescire tamen omnino a quo tempore, unde, quonam modo, etc. ».[2]

Aliae tres imagines S. Crucis ab A. C. Moule enumerantur.[3]

---

[1] Eadem forsan S. Crucis imago de qua loquitur J. Ferrando, *Historia de los PP. Dominicos en las Islas Filipinas*, II, 317.

[2] Antonius a S. Maria, O. F. M., *Relatio Sinae Sectarum*. MS in Archivio S. C. Propagandae Fidei, Scriptura Originales, an. 1732-1734; asservatur etiam in Archivio Provinciae S. Gregorii Magni, Pastrana in Hispania.

[3] *The Failure of early christian Missions to China*, 400.

Digitized by Google

5. — Appendices.

A) Methodus apostolatus Missionariorum saec. XIII et XIV in Sinis.

Non obstante multiplici inquisitione ultimis temporibus facta in missiones franciscanas sinenses medii aevi, nullus est scriptor qui opportunitatem viderit aut animum senserit inspiciendi apertis oculis problema sat arduum de methodo qua missionarii in evangelizandis infidelibus usi sunt.[1]

Concludere quis inde posset, non absque fundamento, methodum aptam et continuatam aut totaliter defecisse aut saltem per saeculum nullo effectu fuisse manifestatam.

Ad huiusmodi conclusionem, deturbantem quidem, pervenit D.nus Altaner in opere probe confecto quod missiones Dominicanorum medii aevi complectitur. En eius verba :[2] « Si itinera ad Tartaros, quae cum indescriptibilibus molestiis et privationibus cuiusque generis instituta fuerant, successu privata manserunt, hoc explicandum non tantum quia Tartari propter indifferentiam et incuriositatem in materia religionis difficilius aditum aperiebant veritati christianae atque ex modis agendi parum benevolis labores missionariorum vanos quasi faciebant, sed etiam quia methodus apostolatus missionariorum catholicorum valore carebat. Sine cohaesione seu systemate, missionarii nunc in hac regione laborabant atque paulo post in regione alia. Absentia ligaminis constantis et coordinati cum ipso Ordine, a quo incommensurabilibus distantiis separabantur, effectus calamitosos habere debebat. Magis in missione apud Tartaros quam in quacumque alia regione animadvertitur missionarios omne et totum exspectare a conversione Regum et principum, spem foventes quod ex tali felici eventu christianismus mox triumphum obtineret. Propositum stabile et minutus labor singulis diebus fructuose secundum determinatam rationem

[1] Excipitur cl. A.C. Moule, *The Failure*. Notitia huius scripti nuperrime ad nos pervenit, quando haec paragraphus iam excusa erat.

[2] *Die Dominikanermissionen*, 234.

Digitized by Google

ductus, potuissent ad effectus firmos ferre; ast haec, istis temporibus ut explorata media nondum habebantur ».

Satis otii non habemus ut missiones Dominicanorum ad intimum usque penetrare valeamus istarumque assertionum ius per nosmetipsos videamus. Ast D.nus Altaner, etsi minutissime cognitas habeat missiones Dominicanorum, erronee — ut videtur — missionariorum dominicanorum et franciscanorum conamina conclusione unica comprehendit. Hoc quidem sentimus, deceptionem praeclari historiographi per se quidem non probare exsistentiam methodi apostolatus apud Franciscanos; ast, quamvis id cum animo nostro pugnaret, errorem adnotavimus, ut possibile evadat examinare facta obiective, prout nempe a documentis subministrantur. Inde a principio pronuntiare intendimus investigationem nostram, prout complectitur missiones franciscanas medii aevi in Cathay et in Turkestan orientali, nobis praebuisse conclusionem toto diametro oppositam illi D.ni Altaner. Ceteroquin, prout documenta in promptu sunt exsistentiam verae methodi apud Franciscanos demonstrare conabimur.

Dolendum summe exiguum tantum numerum documentorum, res missionarias franciscanas referentium sub forma litterarum seu relationum, ad nos usque pervenisse. Multa, sine dubio, documenta per decursum viarum deperdita sunt aut perierunt in devastationibus quas passi sunt conventus Asiae, ad quos praecise missionarii in genere et in specie Iohannes de Monte Corvino primis annis apostolatus sui litteras transmittere tenebantur.

In capitulo speciali praesentis introductionis, facta retulimus prout per periodum commorationis missionariorum in Cathay convolutantur; ut porro ex factis istis methodum apostolatus colligere valeamus, philosophiam historiae huius periodi paulisper instituamus oportet.[1]

---

[1] In isto paragrapho sermo non erit de relationibus Fr. Iohannis de Plano Carpini, qui ut legatus pontificius profectus est sociique eius Fr. Benedicti Poloni, neque de itinerario Fr. Guillelmi de Rubruc, qui etsi missionarius, tamen suo ministerio apostolico fungi non poterat; nihilominus in laudatis scriptis plura invenimus et exscribimus nostram thesim confirmantia.

Digitized by Google

Die autem ipso quo Iohannes de Monte Corvino Khanbaliq ingressus est atque rationem concepit permanendi in Cathay, sequentem quaestionem non potuit non obiicere menti suae: Quomodo ad Evangelium diffundendum adlaborare potero?

Conversiones ipsae, quas paulo post adventum suum operatus erat, problema explanaverunt secundum sensum stabilitatis, hoc scilicet modo quod Iohannes de Monte Corvino sedem fixit Khanbaliq, ubi statim omnia adhibuit conamina ut oratorium construeret ad neoconversos coadunandos. Hoc adeo verum est, quod post paucos annos, morte intercedente principis Georgii et intrante defectione a religione catholica apud numerosiores huius subditos, Iohannes lamentatur se a residentia sua Khanbalicensi discedere non posse ut viam in Tenduc suscipiat et apostatas reducat.[1] Igitur actionem apostolicam suam in unum locum contraxerat; ast, advenientibus primis missionariis ad eum adiuvandum legatis, an. 1313, modum agendi suum mutare potuit.

Per commorationem 19 annorum in capitali Cathay [2] nullam ex optimis illis occasionibus amisit, ut, apte quidem, quodcumque utile indicium adnotaret de regno, de eius partibus, deque eius commercio sive interno sive externo; unde numerosiores invenit exteros, in specie non paucos Europaeos animadvertit ad principales portus in terram Cathay egredi, depositum mercium ibi servantes; alios vero vidit magnas capessentes vias per Tartariam terram Cathay petere; atque alios mercatores ibi construere officinas et mensas ubi communicationis viae intercidunt.

Hinc iam intendere potest ut missionarios omnes suae potestati commissos per immensum imperium Cathay hierarchizet. S. Paulum secutus, ad capitalia centra eos dirigit: ad portus namque principales, ad ampliores illas vias quae portas regni ingrediuntur, ad frequentiores civitates. A centris namque per diversos radios circumferri potuit catholica religio in civitatibus minoribus, ruri et usque ad ultimum

[1] Cf. infra, 348-49, n. 4.

[2] De anno 1294 usque ad an. 1313.

Digitized by Google

imperii limitem. De facto, capitalia centra petunt itinerantes frequentes, qui, apud suos reversi, prima nuntia circa novam religionem audita facilius spargunt.[1] Talis ceteroquin erat apostolatus methodus, qua in Armenia et in Persia utebantur Franciscani; hos utique activitate plenos admirari potuerat Iohannes de Monte Corvino cum per istas regiones iter suum sumpserat atque in istis per quoddam tempus fuerat commoratus.[2]

Itaque missionarios suos diducens secundum quinque capitalia centra, eos ponit Khanbaliq, Yang-tcheou, Hang-tcheou, Tsiouen-tcheou et Almaligh quae compitum erat viarum in Turkestan orientali.[3] Sibi assumit apostolatum prout concipiebatur apud monachos occidentis et usus iam ferebat apud Franciscanos in Persia et in Armenia, atque fortibus institutionibus, firmis scilicet et permanentibus, ecclesiam sinicam stabilire cupiens, fratres suos in centra praecitata mittit ad conventus in eis fundandos. Ordo franciscanus ex parte sua rationem a fundatore harum missionum conceptam approbatione firmabit, obligationem in se suscipiens mittendi tales fratres qui velint ac possint numerum requisitum conventuum implere. Hocque pacto, vicaria Cathay formata, Sinae iuridice ingrediuntur constitutionem Ordinis, sicut ad Ordinem iam pertinebant vicaria aquilonis atque vicaria orientalis, quae conventus florentes complectebantur non paucos.[4]

Nihilominus possibile non est exacte determinare erectionem iuridicam vicariae Cathay. Certo certius constituta est ante 1334-1335; siquidem hoc anno Fr. Paschalis de Victoria, cum iter versus Almaligh dirigeret, huius vicariae moderatorem obvium habuit: «applicuimus Graeciam.... et ibi

---

[1] Van Tichelen, *De Missieprinciepen van St. Paulus*, 97-111.

[2] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 12-18.

[3] Perdifficile est determinare numerum locorum seu conventuum. Tabulae generales Provinciarum et Vicariarum inter se non quadrant. Ita an. 1334 in Vicaria « Ambalech vel Cathay » quatuor loca notantur, an. 1385 novem et demum an. 1385-1390 tres. cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 252; 255; 258.

[4] Cf. ibid., 245-258.

Digitized by Google

invenimus P. Vicarium de Cathay in vicaria orientali ».[1] Hoc pacto erectam in Sinis videmus hierarchiam ecclesiasticam constitutam sedibus episcopalibus Khanbaliq, Almaligh et Tsiouen-tcheou sub dependentia Archiepiscopi Khanbaliq,[2] invenimus ulterius introductam organizationem franciscanam cum pluribus conventibus sub iurisdictione superioris vicarialis, qui ipse sub immediata dependentia Ministri Generalis Ordinis franciscani subditos suos regit.

Post hasce paucas animadversiones circa organizationem hierarchicam et regularem missionis franciscanae in Sinis, ad minuta describenda descendamus necesse est ; et primo quidem examinare convenit, utrum qualitatibus ad apostolatum necessariis ornati essent missionarii? Extra dubium ponendum venit, vitam sanctitate eminentem maximi ponderis fuisse summaeque auctoritatis illis hominibus, qui ad hoc advenerant ut severioris moralitatis praecepta proponerent atque exponerent religionem supra caduca huius terrae bona elevatam. Primi porro Sinarum apostoli nunquam erubescentiae fuerunt Ecclesiae.

Factum est non spernendum nos, iure quidem, considerare missionarios tamquam delectam partem institutionis religiosae. Cum modo definitivo regulam suam conficeret Seraphicus Franciscus, speciali capitulo normas praescripsit illis qui partes peterent infidelium : ornari debebant mentis et cordis dotibus, quarum soli Superiores iudices constiueban-

---

[1] Cf. infra, 502, n. 1 ; an. 1320, vicaria Cathay non est adhuc constituta, quia hoc anno invenimus tabulam generalem dicentem: « Vicaria Tartarie orientalis habet loca 15, exceptis locis Indie et Cathaie quorum numerum Vicarius ignorat », cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 250; anno 1334 altera tabula generalis vicariam Cathay commemorat, cf. ibid., 252, et sic deinceps; anno 1370 Fr. Guillelmus mittitur in Cathaya cum facultatibus satis extensis, i. a. « necnon Vicarium generalem eiusdem ministri in vicaria Cathai, si forsan in ea huiusmodi generalis Vicarius non esset, qui illam habeat potestatem, quam per predictum Ministrum concedi huiusmodi generalibus Vicariis consuevit, constituendi quotiens fuerit opportunum, tribuentes plenam facultatem », cf. BF V, 439.

[2] Circa iurisdictionem Archiepiscopi Khanbaliq, cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 197-207.

Digitized by Google

tur.[1] Aliud factum non minus ponderosum adnotari debet: in altera nempe medietate saeculi XIII et saeculi XIV apud observatores Regulae potius quam apud alios missionarii deligebantur. Nil inde mirum, si in missionariorum litteris et relationibus paginas legimus quae altissimam asceticam monasticam sapiunt. Sufficiat quaedam breviatim colligere ut assertionem nostram illustremus ; nam id omne referre, quo eam comprobare possemus, ad scopum in praesenti introductione attingendum non ducit.

Quod ad vitam attinet externam, missionarii franciscani nunquam habitum poenitentiae, habitum scilicet proprium Ordinis, deposuerunt.[2] Negari non debet Iohannem de Plano Carpini occasione festivitatum coronationis Imperatoris Kuyuk, cum caeremoniis assistere tenebatur, supra habitum monasticum sericam induisse vestem ; ast, edictum erat, ne quis absque habitu caeremoniali coram Imperatore sisteret. Ceteroquin Iohannes de Plano Carpini legatus pontificius erat, atque nemo hoc in laude sua non ponet, quod in citata occasione moribus aulicis se accommodaverit.[3] Nihilominus, ista excepta circumstantia, omnes legati et missionarii franciscani habitum Ordinis conservarunt. Verum hic quoque Fr. Iohannes de Marignolli loquitur de habitu quem indigenae modo proprio consuerant, quia nempe novum habitum in locum veteris induere debuerat.[4] Franciscani insuper nudis pedibus incedere pergebant, sicut in Europa facere consueverant ; quod testatur Guillelmus de Rubruc : « Stetimus ibi [ante Baatu] nudis pedibus, in habitu nostro, discoopertis capitibus ».[5]

Si vitam interiorem inspicimus, admittere cogimur Iohannem de Monte Corvino fuisse ardentem imitatorem S. Francisci, rigidum atque austerum pro semetipso.[6] Frater Pere-

---

[1] Cap. XII, *De euntibus inter sarracenos et alios infideles*, cf. *Opuscula Sancti Patris Francisci*, 73-74 ; Boehmer, *Analekten zur Geschichte*, 35.

[2] Cf. itinerarium Fr. Guillelmi de Rubruc, 213-4, n. 5 ; 245, n. 4.

[3] Cf. infra, 139, n. 9 ; 213-4, n. 5.

[4] Cf. infra, 540, n. 2.

[5] Cf. infra, 213, n. 5 ; 245, n. 4 ; 247, n. 11, cf. 373-4, n. 1.

[6] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 8.

Digitized by Google

grinus, Episcopus Tsiouen-tcheou, de eo testatur: « Vita eius exterior bona et dura et aspera ».[1] Idem Episcopus, quasi tabellam impellentem quidem appenderet, vitam confratrum suorum in Khanbaliq describit: « In spiritualibus vero credo quod nunquam tantum habuerint. Irruit enim et venit Spiritus Sanctus in istos duos Episcopos [Fr. Andream et Fr. Petrum] et in tantum orationibus insistunt et sanctis meditationibus, et Spiritus Dei qui eos visitat et consolatur et fovet in tantum quod omnium videntur esse obliti, die ac nocte in sanctis vigiliis Domino assistentes »[2]. Mentionem faciens de suis confratribus in Tsiouen-tcheou commorantibus Fr. Peregrinus iterum testatur. « Ibi cum tribus fratribus devotis pacifice et tranquille Deo vacare possum. Et ipsi servi Dei.... qui in omni virtute bene fortificati, Deus honoratur per eos. Utinam tales haberemus centum nobiscum »![3]

Si ex una parte exemplum vitae purae, austerae et compositae, ex integro nempe conformis doctrinae annuntiatae, non potuit non exercere influxum in paganos et schismaticos inter quos missionarii vocatione divina apostolatum exercebant, ex altera parte privationes cuiusque generis et incommoda sine numero quae causa missionis patiebantur, effectu salutari carere non poterant.

Possibile non est, nisi indefinito modo praesentem materiam protrahamus, omnia referre facta, indigentiam nempe extremam et itineris miserias omnes, quae initia huius missionis depingunt. Sufficiat in memoriam revocare molestias, importuna atque incommoda omnia quae intus et foris, Iohannes de Monte Corvino, vera victima effectus, quinque prioribus annis suae missionis ex parte nestorianorum perpessus est, calumnias narrare atque opprobria, quibus cum apostolum ardentem ageret, ad animas lucrandas libenti animo se exposuit.[4] Unum revera potuisset istis omnibus

[1] Cf. infra, 365, 2.
[2] Ibid., 367, n. 5.
[3] Ibid., n. 6.
[4] Cf. infra, 346-47, n. 1.

Digitized by Google

opponere verbum, et, cum legatus apostolicus esset, potuisset, missione finita, ad locum reverti unde venerat; quod quidem ante ipsum fecerunt Iohannes de Plano Carpini et postea Marignolli. Ast in Cathay perseveravit, hacque sua constantia ex luctis sive apertis sive clandestinis in se directis victor exivit. Martyres deinde quare non recoleremus, qui, cum Cathay pergebant, Tana occisi sunt? [1] Atque ad animum revocemus oportet casus mortis, privationes et opprobria quae primi missionarii ad Iohannem de Monte Corvino proficiscentes experti sunt! Fr. Andreas scribit: « Noveritis me.... post multos labores et langores, inedias, variaque incomoda, atque pericula in terra pariter et in mari, ubi fuimus rebus omnibus et etiam tunicis et habitibus spoliati, demum.... ad Cambaliensem civitatem.... pervenisse ».[2] Itinerarium Fr. Guillelmi de Rubruc [3] et litterae quas scripsit Fr. Paschalis de Victoria [4] recte dicuntur hymnus, qui dolores cantat a missionariis ad animas lucrandas patienter et fortiter toleratos.

Concludamus. Sive Franciscanos consideremus sub dignitate legati pontificii — ut fuerunt Iohannes de Plano Carpini et Fr. Iohannes de Marignolli — sive tamquam missionarios eos habeamus, videmus eos unico principio dirigere actus suos omnes: abnegatione totali propriae personae, voluntaria et virili patientia in privationibus suprahumanis ferendis, in devorandis doloribus immensis se produnt ad gloriam Dei procurandam et salutem operandam animarum. Tale erat eorum vitae genus, talis eorum apostolatus quod plurimum valere potuerunt apud schismaticos ad veritatem conversos, qui unum ex missionariis sanctum proclamare coacti sunt; [5] unde historia tota narrat pietatem et cultum quibus erga primum missionarium Iohannem de Monte Corvino christiani afficiebantur.[6]

---

[1] Cf. relationem Fr. Odorici, 424-33.
[2] Cf. epistolam Fr. Andreae, 373-74, n. 1.
[3] Cf. infra, 164-332.
[4] Ibid., 501-506.
[5] Cf. epistolam Alanorum, BF VI, 58-59; Wadd., 1338, n. 3.
[6] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 44-45.

Digitized by Google

Reprehenduntur quidem missionarii, quod longiora itinera susceperint atque Missiones petierint in extremo oriente, quin loquerentur linguas ad talia opera necessarias, in specie linguam arabicam, persicam et tartaricam.[1]

Reprehensio fundata videtur pro prima caterva Franciscanorum, qui, cum urgenti invitationi Summi Pontificis facerent satis, sine mora ad terras infidelium profecti sunt. Nam et ipsi Missionarii litteris suis rem aperte fatentur.[2] Ast penes eos culpa invenitur? Non ignotae sunt circumstantiae adversae in quibus, caterva constituta, missionarii iter susceperunt ut adiutorii essent Iohanni de Monte Corvino scribenti dierum vitae suae rationem esse proximam[3] atque deperditas iri conversiones factas nisi subsidium forte et promptum adveniat.

Verum, potestne iure haec reprehensio in omnes hos missionarios reici? Qui paulisper perpendit ex una parte absentiam fere totalem communicationum extremum orientem inter et Europam, et ex altera parte considerat genesim linguae uiguricae omnesque mutationes quas sub Chingis subiit,[4] facilius futilem obiectionem inveniet. Iam allegatus Altaner observat quod ipse Fr. Guillelmus per longum suum iter ad aulam magni Chani defectum cognitionis linguarum animadvertebat.[5] Hoc quidem verum est; ast neminem latet, scopum Fr. Guillelmi non fuisse regiones incultas Asiae usque Karakorum percurrere, ut de facto facere debuit, sed saluti animarum apud Sartach adlaborare. Quaestio inde oritur utrum Fr. Guillelmus, antequam proficisceretur, locum in quo Sartach versabatur geographice determinare potuerit, et iterum utrum sciverit quanam lingua regionis incolae utebantur. Quidquid sit, extra dubium videtur Fr. Guillelmum credidisse linguam arabicam, quam cognoscebat, ei fore auxilio; in parva namque bibliotheca, quam secum

---

[1] Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 235-36.
[2] Cf. infra, 366, n. 3.
[3] Ibid., 350, n. 9.
[4] Golubovich, *Biblioteca*, III, 14-28.
[5] *Die Dominikanermissionen*, 236; Thauren, *Die Akkommodation*, 129.

Digitized by Google

ferebat, liber arabicus reperiebatur.[1] Aliunde methodus medioaevalis ab illa, quam hodie theoretici methodi missionariae extollunt, diversa erat; lingua tartarica in ipsa regione addiscebatur, ut constat ex multis exemplis quae infra citabimus.

Positio Iohannis de Monte Corvino maioris adhuc momenti est, nec dubitamus quin hunc inter primos philologos medii aevi adnumerare possimus. Etenim praeter linguas ab omnibus doctis tunc temporis cognitas, linguam callebat armenam — sicut ceteroquin Odoricus de Portu Naonis eiusque socius hanc intelligebant linguam, cum rector navis a Tana usque ad Columbum in hac eos alloqueretur [2] — Iohannes namque in hisce regionibus ut missionarius vixerat, ab Haiton II ut legatus regius ad Summum Pontificem missus fuerat [3] atque postea Khanbaliq Armenorum curam assumpserat.[4] Cognoscebat ulterius linguam persicam, nam bis conversioni incolarum Persidis adlaboravit; [5] uiguricam tandem intelligebat linguam; ea enim tum in colloquiis tum in sermonibus utebatur eamque scribebat, ut eius opera testantur.[6]

Paschalis de Victoria dicit quod antequam Almaligh profectus est « linguam terrae illius volui addiscere et per Dei gratiam didici linguam camanicam et litteram viguricam ».[7] Inter missionarios qui Almaligh commorabantur plures certe linguam uiguricam cognoscebant; de interpretibus sane nil audimus et P. Francisco de Alexandria educatio filii Chani commissa erat.[8] Quod ipsis persuasum fuerit cognitionem linguae necessariam esse, patet tam ex querelis Episcoporum, qui ob aetatem provectam, eam addiscere iam non poterant,[9] quam ex petitione missionariorum

[1] Cf. infra, 316, n. 13.
[2] Cf. relationem Fr. Odorici, 437, n. 23.
[3] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 10.
[4] Cf. epist. Fr. Peregrini, 366, n. 2.
[5] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 9; 15-18.
[6] Cf. epist. Fr. Iohannis, 350, n. 9.
[7] Cf. epistolam Fr. Paschalis, 503, n. 2.
[8] Cf. infra, 510. [9] Ibid., 366, n. 3.

Digitized by Google

vicariatus Aquilonis ad Ministrum Generalem Ordinis, ut impetrarent fratres qui quam citius ad eos se reciperent « de Anglicis, Hungaris et Teutonicis precipue, qui levius linguam scient ».[1] Qui linguam vel linguas callebant per seipsos, qui vero linguam gentis non loquebantur per interpretes bonum nuntium divulgabant.

Nemini ignotum est missionarios medioaevales ob rationes haud difficiles intellectu prius adivisse magnates ; magnatibus enim ad novam religionem conversis, ceterorum conversionem citius superventuram sperabant, cum influxus moralis et pecuniarium adiumentum magnorum nunquam sine effectu maneant. Sic videmus Iohannem de Monte Corvino ad ipsum magnum Chanum prima adhortationis verba fecisse.[2] Etsi anno 1305 fateatur Chanum nimis paganismo addictum esse,[3] nullum tamen relinquit tentamen quo eum religioni catholicae lucrari possit. Tentamina habuisse successum asserere prohibemur. Verum, non videntur carere speciali significatione verba magni missionarii, quod nempe sua secunda residentia est « coram hostio domini Chanis, et inter curiam et locum nostrum via sola est, distans per iactum lapidis a porta domini Chanis.... » ; [4] et : « Dominus Chaam in camera sua potest audire voces nostras » ; atque subiungit : « et hoc mirabile factum longe lateque divulgatum est inter gentes, et pro magno erit sicut disponet et adimplebit divina clementia ».[5]

Verum itaque est Iohannem de Monte Corvino nullum convertere potuisse Chanum Cathay ; nihilominus ita eorum benevolentiam captavit [6] ut, una cum suis confratribus, in munificentiis, quas magnus Chanus aliis religionibus faciebat, partem haberet [7] et in comitatu Imperatoris multos adeptos numeraret.[8]

---

[1] Epistol. an. 1320, ap. AFH XVII, 1924, 67 ; XVI, 1923, 109.
[2] Cf. infra, 346, n. 1.
[3] Cf. ibid. [4] Ibid., 352, n. 2.
[5] Ibid., 353, n. 3. [6] Ibid., 353, n. 5.
[7] Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 40, not. 3.
[8] Cf. relat. Fr. Odorici, 494, n. 5 ; 474, n. 8.

Digitized by Google

Alius summi momenti eventus historiae missionum in Cathay adnotari debet, conversio nempe principis nestoriani Georgii, quem Iohannes de Monte Corvino, primo anno suae commorationis in Khanbaliq religioni catholicae lucratus est.[1] Motus autem religiosus, a Rege inceptus, in suo proprio regno tali mensura propagabatur, ut post quatuor annos, magna pars nestorianorum catholicismo conversa esset. Hoc tamen deplorandum, quod mortuo principe anno 1298, eius fratres, qui nestoriani erant, conversos ad apostasiam compulerint.[2]

Si ad missionem Almaligh transeamus, idem videmus produci phoenomenon. Revera « Imperator.... fratres Minores in tantum diligebat, ut Fr. Franciscum de Alexandria, qui ipsum a cancro et fistula miraculose curaverat, patrem suum vocaret, et sibi proprium filium tradidisset ad nutriendum et postea baptizandum ».[3]

Hoc tamen non ita intelligatur, ac si missionarii actionem religiosam apud plebem omitterent ; immo contrarium dicendum est. Sic Guillelmus de Rubruc nullam circumstantiam negligebat, ut infideles doceret quibus ducibus utebatur ; [4] nullam occasionem apostolatum suum exercendi amittebat,[5] nec abnuebat disputationibus interesse theologicis.[6] Quod ultimum, eheu ! causa vel praetextus fuit eius reditus in terram unde venerat.[7] Nihilominus in audientia valedictoria quam magnus Chanus ei concedit, hunc enixe rogat ut ad imperii regionem reverti possit ad apostolatum exercendum inter pauperes Teutonicos christianos, qui in Bolak residebant.[8]

Iohannes de Monte Corvino videtur conversioni Alanorum,[9] Armenorum[10] felici cum exitu adlaborasse, quin tamen

---

[1] Cf. infra, 348, n. 4.
[2] Ibid. [3] Ibid., 511.
[4] Ibid., 192, nn. 1-2 ; 193, n. 1 ; 196, n. 6 et passim.
[5] Ibid., 193, nn. 1-2 ; 305, n. 1 ; 312, n. 20.
[6] Ibid., 291-97. [7] Ibid., 297-98.
[8] Ibid., 299-300, n. 6.
[9] Cf. epist. Fr. Peregrini, 366, n. 2. [10] Ibid.

Digitized by Google

circumstantes ethnicos negligeret ; [1] documenta, pro dolor ! dirimere non sinunt utrum hi pagani essent Mongoli an Sinenses, an forsan ex utroque genere mixti.

Quod Tsiouen-tcheou attinet, non sine fundamento difficultas solvitur in favorem partis sinensis. Fr. Peregrinus namque refert : [2] « Circa infideles vero libere possumus predicare.... ydolatris vero similiter in magnis civitatibus eorum per duos medios interpretes. Multi congregantur et valde mirantur et diligenter inquirunt de istis ». Et Fr. Andreas post octavum circiter annum de eadem urbe scribit : [3] « Et nos predicare possumus libere et secure ; sed de iudeis et sarracenis nemo convertitur ; de ydolatris battizzantur quam plurimi ».

Si ad civitatem Almaligh redeamus, numerus christianorum, qui metu mortis a fide defecerunt, non exiguus apparet.[4] Marignolli, qui ibi post annum a martyrio fratrum Minorum elapsum transibat, nobis narrat : [5] « Fecimus ecclesiam..., baptizavimus plures, libere et publice predicantes, non obstante quod anno precedenti solempne martirium passi sunt ibidem pro Christo Episcopus et sex alii fratres Minores ».

Semel atque iterum dictitarunt quidam conversos ex regione Cathay fere exclusive ex incolis non-indigenis et schismaticis assumptos esse. Liceat nobis aliam sequi opinionem. Verum est quod in Khanbaliq multi fideles ex schismaticis venerunt, nempe Alanis, Armenis, Nestorianis ; sed in supputando numero conversionum tacere non debemus de methodo qua Franciscani in sacramento baptismi administrando utebantur. Revera, ut expresse et non sine quadam admiratione observat Guillelmus de Rubruc, nestoriani rebaptizabant catholicos qui ab ipsis sacramenta petebant.[6] Guillelmus vero hunc modum agendi non servabat pro nestorianis

[1] Cf. infra, ubi sermo est de baptismo.
[2] Cf. epistolam Fr. Peregrini, 366, n. 3.
[3] Cf. infra, 376, n. 5.
[4] Ibid., 510-11.
[5] Ibid., 527, n. 5.
[6] Itinerarium, 280, n. 10.

Digitized by Google

ad catholicismum conversis, ut constat ex historia archidiaconi nestoriani quem ad mortem praeparaverat.[1] Porro methodus Guillelmi de Rubruc repraesentat praxim et doctrinam communem huius temporis. Si ergo audimus de baptizatis quos Iohannes de Monte Corvino recenset, nempe de 6000 usque ad annum 1305 [2] et de 400 a festo omnium Sanctorum 1305 usque ad dominicam quinquagesimae 1306,[3] possumus concludere magnum illum missionarium sermonem facere de solis paganis.[4]

Pergratum foret cognoscere methodum quam missionarii in administrando sacramento baptismi sequebantur: num scilicet praeparationem exigebant et quamdiu haec durabat. Nullam porro notitiam directam ex scriptis missionariorum haurire potuimus, qua possibile foret positis quaestionibus praebere responsum. Demiratur quidem Fr. Andreas de Perusia quod « battizati non recte incedunt per viam christianitatis »; [5] verum ad praeparationem alludere nequeunt talia verba, cum, brevi aliud non sint quam consignatio rei lugendae, quae etiam hodie post accuratam praeparationem accidere potest. Quoddam vero indicium indirectum invenitur in narratione martyrii Franciscanorum in Almaligh, ubi dicitur: [6] « quod Imperator Fr. Francisco de Alexandria proprium filium tradidisset ad nutriendum et postea baptizandum »; hic certe de praeparatione accurata sermo fit.

---

[1] Ibid., 283-85, nn. 2-6.

[2] Ibid., 347, n. 2.

[3] Ibid., 355, n. 9.

[4] Hoc factum confirmatur ex epistolis infra edendis. Etenim quando de conversione schismaticorum agitur, nullibi de baptismatis sacramento sermo est, ut patet ex historia principis Georgii (infra, 348, n. 4): « Primo anno quo huc ego veni michi adhesid et ad veritatem vere fidei catholice per me conversus, minores ordines suscepit ». Fr. Peregrinus de Castello hanc praxim suo silentio confirmat (infra, 366, n. 2): « Alie nationes christianorum.... ipsum Fr. Iohannem secute sunt, precipue Armeni.... Item.... Alani.... ipsi et familie eorum ad Fr. Iohannem recurrunt ». Ast ubi de paganorum conversione agitur, Fr. Iohannes de Monte Corvino distincte loquitur de baptismatis sacramento (infra, 347, n. 3): « Emi successive XL pueros, filios paganorum.... et battizavi eos ».

[5] Cf. infra, 376, n. 5. [6] Ibid., 510.

Digitized by Google

Eodem modo declarandum putamus narratum a Iohanne de Marignolli, quod nempe quemdam Brahmanum, qui ad eum venerat, per tres menses instruxit et tunc tantum baptizavit.[1]

In hac eadem materia nonnihil dicendum remanet de mediis a missionariis adhibitis, ut in se et in religionem quam repraesentabant animos attentos facerent. Et primo quidem Franciscani multum utuntur campanis. In sua secunda epistola, Iohannes de Monte Corvino nobis narrat quod ecclesiam construxit una cum campanili in quo tres collocatae erant campanae,[2] quas singulis horis sonat.[3] Circiter quadraginta annis postea scribit Iohannes de Marignolli : « habent enim.... ecclesiam cathedralem.... et alias ecclesias plures in civitate et campanas ».[4] In Tsiouen-tcheou eodem Iohanne de Marignolli teste, Franciscani « habent tres ecclesias optimas et ditissimas.... habent etiam campanas optimas et pulcherrimas ».[5]

Iohannes de Monte Corvino attentos nos reddit ad factum quod ipse non parum utile pro actione missionaria reputat : [6] « Sex picturas feci fieri veteris et novi Testamenti ad doctrinam rudium et scripta sunt licteris latinis, tursicis et persicis ut omnes lingue legere valeant ».

Praecipuum tamen medium, cuius momentum Iohannes de Monte Corvino et eius socii perspexerant et quo large usi sunt est sacra liturgia. Officium divinum, ait D. Nève,[7] schola est orationis. Collegialiter celebratum, ac si recitantes unam constituant familiam, influxum socialem exercet cuius vis practica profunda est ; attrahit populos quos spectaculum caerimoniarum liturgicarum movet atque devincit melodiis simplicibus et commoventibus cantus gregoriani. Officium divinum desiderium orandi excitat simulque nutrit et perficit.

[1] Ibid., 547, n. 2.
[2] Ibid., 347, n. 2.
[3] Ibid., 348, n. 3.
[4] Ibid., 529, n. 8.
[5] Ibid., 536, n. 3.
[6] Ibid., 352, n. 1.
[7] *De la Fondation de Monastères en terre de Mission*, 40.

Digitized by Google

Lingua officialis Ecclesiae est latina, etsi ob specialia motiva quaedam ecclesiae particulares ea non utantur. Lingua latina respondet ritui latino Romae et per totam fere Europam adhibito. Ceterae linguae usurpatae pro cultu divino in ecclesiis subditis iurisdictioni Summi Pontificis plus minusve illae sunt qua utuntur in regionibus in quibus ecclesiae eriguntur.

Khanbaliq autem Iohannes de Monte Corvino pro servitio altaris lingua latina usus est; hac lingua perfecit educationem religiosam puerorum quos adoptaverat, hac etiam officium divinum celebrare fecit. Ubi vero agitur de Georgio, principe Tenduc, non addubitat mutare linguam, conservando nihilominus ritum latinum, ut ipse dicit: [1] « In ecclesia sua [Georgii] celebrabatur missa secundum ritum latinum in lictera et lingua illa, tam verba canonis quam prefationis ». Non tantum Missam, sed et novum Testamentum et Psalterium in linguam regionis verterat, et nisi princeps Georgius praemature e vivis ereptus esset, etiam eius intentione totum officium divinum vertisset, ita ut populus Tenduc illud in toto regno cantare potuisset.[2] Graves certe adfuerunt rationes pro introductione illius linguae in officiis celebrandis; eas Iohannes de Monte Corvino non praebet, sed putamus eas invenire posse in quodam verbo itinerarii Fr. Guillelmi de Rubruc, quo dicitur: [3] « Nestoriani nichil sciunt ibi. Dicunt enim servitium suum et habent libros sacros in siriano, quam linguam ignorant ». Si presbyteri nestoriani nesciebant quae cantabant, multo minus fideles et speciatim princeps Georgius. Hinc nil mirandum quod quidam affirmant hanc largam accomodationem a Iohanne de Monte Corvino introductam, in conversione nestorianorum Tenduc non parvam habuisse partem.

Placeat et aliud factum accomodationis in re liturgica referre, quod in civitate cosmopolita Khanbaliq accidit; usque modo silentio illud praeterierunt, quamvis testetur

[1] Cf. infra, 350, n. 9.
[2] Ibid.
[3] Ibid., 238, n. 12.

Digitized by Google

pro sic dictis ideis largis primi apostoli Cathay. Peregrinus de Castello, suffraganeus Iohannis de Monte Corvino in Tsiouen-tcheou, scribit anno 1318 : [1] « Alie nationes christianorum, qui odiunt nestorianos scismaticos, ipsum Fr. Iohannem secute sunt et precipue Armeni, qui sibi nunc notabilem construunt ecclesiam et dare illi intendunt. Unde et ipse continue est apud eos, relicta ecclesia latinorum aliis fratribus ». Cui propositioni unum hunc sensum dare licet : Iohannes de Monte Corvino tunc reliquit ecclesiam ubi ritum latinum servabant, ut se totum curae consecraret Armenorum qui in ecclesia quam construebant, proprium ritum, armenum nempe, sequi intendebant ; ceteroquin hic ritus Iohanni de Monte Corvino optime notus erat ex annis quos initio apostolatus sui in Armenia transegit.

Remanent citandi quidam actus accomodationis missionariorum catholicorum Cathay, ut benedictio Chano impertita, incensatio Imperatoris necnon praesentatio panis et fructuum.[2] Missionarii in hoc usus sequebantur presbyterorum nestorianorum ; haec enim isti peragebant in suo commercio cum aulicis, qui tales honores grati accipiebant.

Antequam huic capiti finem imponamus quaedam intendimus addere de educatione puerorum quos Iohannes de Monte Corvino ad se adunaverat. Iohannes solus est missionarius extremi-orientis qui de hisce pueris loquitur et quidem sequentibus verbis : [3] « Emi successive XL pueros, filios paganorum etatis infra VII et XI annorum, qui nullam cognoscebant legem, et battizavi eos, et informavi eos licteris latinis et ritu nostro, et scripsi pro eis psalteria cum ymnariis XXX et duo breviaria, ex quibus XI pueri iam sciunt officium nostrum. Et tenent chorum et ebdomadas sicut in conventu, sive sim presens sive non. Et plures ex eis scribunt psalteria et alia opportuna ». In epistola anni 1306, Iohannes de Monte Corvino scribit : [4] « Tertium est quod

---

[1] Ibid., 366, n. 2.

[2] Ibid., 262, n. 28 ; 263, n. 30 ; 279, n. 9 ; 288, n. 7 ; 493-94, nn. 2-5 ; 529, n. 7.

[3] Ibid., 347, n. 3. [4] Ibid., 352, n. 1.

Digitized by Google

ex pueris quos emi et batizavi aliqui migraverunt ad Dominum »; et in eadem epistola, 353, n. 4, habet: « Et pueros divisi et posui partem in prima [ecclesia] et partem in secunda constitui, et faciunt officium per seipsos. Sed ego sicut cappellanus per ebdomadas celebro in utraque, quia pueri non sunt sacerdotes ».

Historiam horum puerorum audientes, facilius putamus nos in mundo monastico occidentali medii aevi versari. Revera quaestio puerorum oblatorum per totum medium aevum maximum habuit momentum pro delectu cleri regularis. Prima lineamenta instructionis quae ibi tradebantur miro modo cum iis quae Iohannes de Monte Corvino dabat coincidunt; etenim, sicut in occidente legere edocebantur in psalmis, ita primus missionarius Cathay non videtur aliam methodum secutus.[1] Tali accepta scientia elementari pueri officium chorale iam inde ab anno 1305 persolvere poterant, etiam absente missionario.[2] Ipse Imperator de hoc gaudebat, nam « delectabatur multum in cantu eorum »[3] et « in camera sua potest audire voces nostras ».[4] Ad scientiam et praxim amanuensis, etsi pauci tantum in medio aevo ad illas pertingebant, plures pueri instituti erant: « Scribunt psalteria et alia opportuna ».[5] Verum delectus horum puerorum fit secundum modum in occidente incognitum, sicque, ut patet, reducimur in mediam terram missionum: pueros namque emit. Phaenomeni emptionis puerorum assistimus etiam in aliis missionibus franciscanis.[6] Sic in epistola quam missionarii provinciae franciscanae Aquilonis, in capitulo adunati, mittebant ad Sacrum Collegium Cardinalium et ad capitulum generale Ordinis, legitur:[7] « De elemosinis datis pueros emimus venales sexus utriusque, et in fide ac literis

---

[1] Kilger, L., *Zur Geschichte des Missionsschulwesens*, ap. *Zeitschrift für Missionswissenschaft*, 1923, 201-202.

[2] Cf. infra, 348, n. 3.

[3] Ibid.

[4] Ibid., 353, n. 3.

[5] Ibid., 348, n. 3.

[6] In Kiptchak, cf. AFH XVII, 1924, 67.

[7] AFH XVI, 1923, 109; cf. BTS II, 153.

Digitized by Google

leniter instruimus, et masculos clericos facimus, quorum aliqui sunt modo fratres et optimi conversores, utpote linguam scientes ».

Sed inter has duas missiones, Kiptchak scilicet et Cathay, haec adest differentia quod Iohannes de Monte Corvino non tantum pueris parvam instructionem (leniter) tradit, sed eos doctrinam docet prout fiebat in monasteriis, conventibus et scholis episcopalibus.[1] Hanc accuratiorem educationem suadebant necessitates nascentis ecclesiae Khanbalicensis ; nam inde ab adventu suo, anno 1294, usque ad annum 1303, Iohannes de Monte Corvino omnino solus fuit.[2] Timebat, et non sine fundamento, ne missio, nisi ei auxiliaretur, periret, nam:[3] « Ego iam senui et canus factus sum potius laboribus et tribulationibus quam etate » ; inter pueros ergo adinveniri debent qui opus continuent, sed « pueri non sunt sacerdotes ».[4] Hinc, iuxta nostram humilem opinionem Iohannes de Monte Corvino ad sacerdotium eos conducere volebat. Numquid ad sacerdotium illos conduxit ? Pauca quae prostant documenta de hac re silent. Quod mirum non est, cum ad ultimos usque dies prorsus ignoraretur factum emptionis puerorum in Kiptchak. Quidquid sit, conatus Iohannis de Monte Corvino in Cathay remanebit sicut pharum in historia missionum superioris medii aevi.

B) De « Presbytero Iohanne ».[5]

Iam abhinc quinquaginta annis, Orientalistae assidue in identificando Presbytero Iohanne versantur ; huius enim

---

[1] Kilger, *Zur Geschichte des Missionsschulwesens*, 201-202.

[2] Cf. infra, 347, n. 2.

[3] Ibid., 350, n. 9.

[4] Ibid., 353, n. 4.

[5] D'Avezac, *Eclaircissements historiques sur le Prêtre Jean*, 547-64 ; Oppert, G., *Der Presbyter Johannes in Sage und Geschichte* ; Huc, *Histoire du Christianisme en Chine*, I, 116-34 ; Zarncke, *Der Priester Johannes* ; Beazley, *The Texts and Versions*, 278-80 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 132-37 ; Howorth, *The Kirais and Prester John* ; Barthold-Stübe, *Zur Geschichte des Christentums im Mittel-Asien*, 55-58 ; Hallberg, J.,

Digitized by Google

Regis christiani idea, qui, ut putabant saeculis XII, XIII et XIV, unam eamdemque defendebat causam ac Crucigeri, in omnibus fere scriptis viatorum, tum in Armenia, tum in Sinis, tum in Aethiopia invenitur. Omnes illae regiones sub nomine « Indiarum » veniebant ; hisce namque saeculis, Indiae limites imperfecte dumtaxat cognoscebantur, ita ut comprehenderet totam fere Asiam et partem septentrionalem Africae. Utique viatores hanc « Indiam » dividere solebant in tres partes, primam Indiam nempe, alteram et tertiam ; aliae etiam denominationes occurrunt ; sed quid auctores talibus locutionibus significare velint, nonnisi ex attenta lectione, et quidem approximative tantum, determinari potest.

Saeculo XII, auctores unanimiter Presbyterum Iohannem vocant Regem christianum Indiarum ; excipitur tamen Otto Frisingensis qui dicit : [1] « Johannes quidam ultra Persidem et Armeniam in extremo oriente habitans Rex et sacerdos, cum gente sua christianus.... sed nestorianus ».

Saeculo sequenti, cum Chingis Chanus totam subiugabat Asiam, fama persistens eum e stirpe Presbyteri Iohannis ortum dicebat ; sed vix in Europa cognitis atrocitatibus Chingis et exercitus eius, haec legenda alia supplantatur, qua Presbyter Iohannes principibus a Chingis Chano subiectis adnumerabatur.

In hac praecise periodo, plerique legati et missionarii franciscani extremum orientem petunt ; in suis scriptis suam opinionem de Presbytero Iohanne adnotare non omittunt. Praesens nostra elucubratio contributum quod Franciscani pro hac quaestione attulerunt, ostendere intendit.

Sequentia habet Iohannes de Plano Carpini, pag. 59, n. 12 : « Alium etiam filium misit [Chingis] cum exercitu contra Indos ; qui minorem Indiam devicit. Hii autem nigri sunt sarraceni, qui Ethiopes nominantur. Hic autem exer-

---

L'Extrême-Orient dans la Littérature, 281-85 ; Cordier, H., *Histoire générale de la Chine*, II. 372-78 ; Kirtland Wright, J., *The geographical Lore of the Time of the Crusades*, 114 ; 283-86 ; Martinescu, C., *Le Prêtre Jean. Son Pays. Explication de son Nom.*

[1] MGH SS XX, 266.

Digitized by Google

citus contra christianos, qui sunt in India maiori, ad pugnam processit. Hoc audiens Rex terre illius, qui vulgo Iohannes Presbyter appellatur, venit contra eos exercitu congregato.... Et tunc super Tartaros iecerunt sagittas, ex quibus multi homines vulnerati fuerunt et interfecti et sic cum confusione eos de suis finibus eiecerunt, nec unquam audivimus quod ultra ad ipsos redierint ». Ergo pro Iohanne de Plano Carpini, Presbyter Iohannes identificatur cum Soldano Jalaluddin ex Kharezm, qui saltem per breve tempus de Tartaris victoriam reportavit.

Fr. Guillelmus de Rubruc confusionem magnam in quaestione provocavit uti sequentes citationes eius itinerarii patefaciunt, pag. 205-208, nn. 1-4 ; pag. 233, n. 1 ; pag. 240, n. 5.

« Tempore quo Franci ceperunt Anthiochiam, tenebat monarchiam in illis lateribus aquilonis quidam qui vocabatur Coircham.... Iste Coir erat Caracatai.... Isti Caracathai erant in quibusdam alpibus per quas transivi. Et in quadam planicie inter illas alpes erat quidam nestorinus, pastor potens et dominus super populum qui dicebatur Naiman, qui erant christiani nestorini. Mortuo Coirchan elevavit se ille nestorinus in Regem et vocabant eum nestoriani Regem Iohannem.... Huic Iohanni erat frater quidam, potens pastor similiter, nomine Unc ; et ipse erat ultra alpes ipsorum Caracatai distans a fratre suo spacio trium ebdomadarum, et erat dominus cuiusdam villule que dicitur Caracarum, populum habens sub se qui dicebantur Crit et Merkit, qui erant christiani nestorini. Sed ipse dominus eorum, dimisso cultu Christi, sectabatur idola.... Rex Iohannes mortuus fuit sine herede, et ditatus est frater eius Unc, et faciebat se vocari Chan, et mittebantur armenta et greges eius usque ad terminos Moal. Tunc temporis erat Chingis, faber quidam in populo Moal, et furabatur de animalibus Uncchan quod poterat, in tantum quod conquesti sunt pastores Unc domino suo. Tunc congregavit exercitum et equitavit in terram Moal querens ipsum Chingis, et ille fugit.... ».

Pag. 233, n. 1 : « Et ipsa Caracarum est quasi in territorio eorum [Iugurum], et tota terra Regis sive Presbiteri Iohannis et Unc fratris eius est circa terras eorum.... ».

Digitized by Google

Pag. 420, n. 5 : « Post hoc intravimus planiciem illam in qua erat curia Keuchan, que solebat esse terra Naiman qui erant proprii homines ipsius Presbiteri Iohannis ».

In illis textibus, plura habentur quae critice sustineri nequeunt ; revera, certum est Naimanos non fuisse christianos ; insuper Kuchluk, princeps Naimanorum, qui regionem Gurchan expugnavit, nullum habuit fratrem nominis Unc vel Wang ; Unc enim erat dux Keraitarum, qui erant nestoriani. Testimonium proinde Guillelmi nonnisi confusionem auget circa Presbyterum Iohannem.

Iohannes de Monte Corvino (1305) nobis viam omnino diversam indicat, 2ª epist., 348, n. 4 : « Quidam Rex illius regionis de septa nestorianorum christianorum, qui erat de genere illius magni Regis qui dictus fuit Presbiter Iohannes de Yndia, primo anno quo huc ego veni mihi adhesid.... ».

Iuxta hoc testimonium, genealogia Presbyteri Iohannis quaerenda est in familia principis Georgii ; hic vero est ex familia Ongut, qui erant christiani nestoriani. Secundum P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie*, 630-31, quidam horum Ongut versus Lin-t'ao ad meridiem provinciae Kansu transmigraverunt ; a populo Kin capti, sub initio saeculi XII in Mandchuriam meridionalem relegati sunt ; hi erant christiani. Cum vero ope cuiusdam imaginis visionem a T'ai-tsong ex populo Kin habitam, interpretati sint, libertate donati sunt et ad septentrionem Fluvii Flavi collocati. In principio saeculi XIII, praecipua eorum familia ducem habebat Ma-King-siang, ex baptismo nominatum Särgis. Tempore belli inter Chingis-Chanum et Naimanos, princeps Ongut erat Alaquch-tegin-quli, cuius duo fuerunt filii, Buyan Chiban et Po-yao-ho ; ultimus uxorem accepit Alagaï begi, filiam Chingis Chani, ex qua tres filios habuit : 1° Kün-buqa, cuius uxor fuit principissa Yelmich, filia Kuyuk ; 2° Aï-buqa, qui uxorem duxit principissam Yurek, filiam Kubilai ; ex hoc matrimonio nati sunt principes K'u-li-ki-sseu (Georgius), Asengaïmïch, Albadaï et Djuhanan (Iohannes) ; 3° Tcholig-buqa, patrem Houo-sseu-tan. Princeps Georgius successive duxit principissam Qutadmïch, filiam Tchen-kin et principissam Ngai-ya-mi-che.

Digitized by Google

B. Odoricus de Portu Naonis sicut Iohannes de Monte Corvino Presbyterum Iohannem in hac regione invenit, sed loquitur de distantia 50 dierum, dum Iohannes putat tantummodo esse 20.

Pag. 483, n. 1 : « De isto Catayo recedens et veniens versus ponentem seu occidentem, L dietis transeundo per multas civitates et terras veni versus terram Prestiçane, de quo non est centesima pars eius quod quasi pro certo dicitur de ipso ».

Confusio adhuc perdurat apud scriptores posteriores de quibus hic non loquimur, usquedum in scriptis Iohannis de Marignolli ad veram solutionem adducamur.

Capitulum de Paradiso, 532, n. 1 : « In cuius medio [paradisi] oritur fons.... Fons autem ille derivatur de monte et cadit in lacum.... et intrat sub alia aqua spissa et post egreditur ex alia parte et dividitur in quatuor flumina que transeunt per Seyllanum ; et hec nomina eorum : Gyon qui circuit terram Ethiopie, ubi sunt modo homines nigri, que dicitur terra Presbiteri Iohannis, et iste putatur esse Nylus qui descendit in Egiptum per interrupcionem factam in loco qui dicitur Abasty, ubi sunt christiani S. Mathei Apostoli ».

Explicitius adhuc loquitur Franciscanus Anonymus Hispanus qui in suo *Libro del Conosçimiento*, pp. 62-63, sequentia habet : « En este Reynado de amenuan entra un braço del Rio eufrates el qual Rio nasçe de las altas sierras del polo antarico do diz que es el paraiso terrenal y en este Rio eufrates fazen se tres braços el un brazo entra por medio del Reino de amenuan y los otros braços çircunrrodean todo el Reyno que va en ancho en algunos lugares dos jornadas asi es el Rio grande y dende travese el dicho Rio y andove muy grand camino por su Ribera que es mucho poblada y llegue a una grand çibdat que dizen graçiona que es-cabeça del ynperio de abdeselib que quiere dezir siervo de la cruz y este abdeselib es defendedor de la iglesia de nubia y de etiopia y este defiende al preste juan que es patriarca de nubia y de etiopia y señorea muy grandes tierras y muchas çibdades de cristianos pero que son negros como la pez y quemanse confuego en señal de cruz en rreconosçimiento de bautismo.... ».

Digitized by Google

Hisce constat quod Iohannes de Marignolli, et Franciscanus Anonymus Hispanus Presbyterum Iohannem collocant in regione ubi primo eius praesentia adnotata est ; sicque locus ei assignatur Aethiopia. Haec conclusio confirmatur tum ex relationibus quae inter Reges Aethiopiae et Europam habebantur, tum ex philologia historica ; etenim in lingua Gheez, veteri aethiopica, et in lingua amharica, vocabulum usurpatum ad designandum Regem, Maiestatem est Zān, Žān vel Gān ; aliunde certum est principes Aethiopiae praeter potestatem politicam etiam religiosam habuisse ; ita ut Imperator potestate absoluta in omnibus gauderet. Forma « Presbyter Iohannes » proinde exacte correspondet attributis principum Aethiopiae, saltem in quadam periodo historiae.

Viatoribus et scriptoribus franciscanis ergo grati esse debemus quod, etsi post plures dubitationes, nobis viam ostenderunt qua haec persona historica tandem indentificetur.

C) *De divisione Indiarum.*

Ideae quas scriptores mediae aetatis de Indiis sibi efformaverunt, limitesque quas iisdem regionibus posuerunt, valde ambiguae sunt. Inter scriptores franciscales qui, in hoc opere, de ista re egerunt, alii sunt qui unicam tantum terram Indiarum admittunt, alii vero duas regiones distinguunt, demum unus invenitur auctor qui Indias in tres partes dividit. Disponendo ipsorum dicta secundum ordinem quem indicavi, difficultates illis sententiis inhaerentes magis apparentes evadunt quam verae. Excerptis tamen ex opere infra edito praecedit sententia Fr. Rogerii Bacon, qui merito ut mediae aetatis investigator maximus habetur.[1]

« Supra vero Indum fluvium versus orientem est tota India usque ad mare Scythicum, quod est ab aquilone, et montes Himanus, Hemodus, et multi qui sunt partes Caucasi ; et extenditur usque ad mare Eoum, quod est orien-

[1] Bridges. *The Opus mains*, I, 352.

Digitized by Google

tale et usque ad mare Indicum meridianum, in quod cadit Indus fluvius, ut dicit Plinius, quia iam evanuit mare Rubrum. Unde India habet Indum fluvium ab occidente et regna Persarum et Medorum; et habet mare Scythicum, montes Caucasum et Taurum a septentrione et Scytharum regna et Indicum mare a meridie et Eoum ab oriente ».

Iohannes de Monte Corvino variis in locis non distinguit inter varias partes illius vastissimae regionis et generatim dicit India. Sic 345, n. 1 : « Recessi de Thaurisio.... et intravi in Yndiam.... et fui in contrada Yndie » ; ibid. 347, n. 1 : « [Nestoriani dicebant] quod ego illum [Fr. Nicolaum de Pistorio] occiderim in Yndia ». Deinde loquens de Rege Georgio, eum dicit 348, n. 4 : « de genere illius magni Regis qui dictus fuit Presbiter Iohannes de Yndia ». Demum in ultima sua epistola 354, n. 7, dicit : « De Yndia maiorem partem ego vidi et quesivi de aliis partibus Yndie ». Fr. Andreas dicit 376, n. 6 : « Quatuor nostri fratres martirizati fuerunt in Yndia a sarracenis ». Fr. Odoricus de Portu Naonis, quamvis pluries Indiam in varias partes dividat, in sequentibus tamen locis nullam distinctionem proponit, 422, n. 2 : « Hinc ergo recedens [Caldea] veni in Indiam, que est infra terram » ; ibid., n. 3 : « Ex hac India recedens et transiens per multas contratas, ad mare occeanum ego veni » ; 442, n. 1 : « Similiter in regno isto est unum ydolum mirabile valde quod omnes contrate Indie multum reverentur » ; 457, n. 6 : « De hac insula [Dandin].... dicunt, quod hec India bene viginti quatuor millia insularum continet sub se » ; ibid., n. 7 : « Ipsi Indie facio finem ».

Fr. Iohannes de Marignolli, quamvis alibi bene distinguat, prima vice absque ullo adiuncto dicit, 530, n. 11 : « Per mare Indicum pervenimus ad nobilissimam civitatem Indie, nomine Columbum.

Maior pars scriptorum, quorum narrationes infra recensentur, totam Indiam in duas partes dividunt, nempe maiorem et minorem Indiam seu superiorem et inferiorem.

Iohannes de Plano Carpini dicit 59, n. 12 : « Alium etiam filium misit cum exercitu contra Indos, qui minorem Indiam devicit. Hii autem nigri sunt sarraceni, qui Ethiopes

Digitized by Google

nominantur » ; ibid. : « Hic autem exercitus contra christianos, qui sunt in India maiori, ad pugnam processit. Hoc audiens Rex terre illius, qui vulgo Iohannes Presbiter appellatur.... ». Manzi a Fr. Iohanne de Marignolli India maxima vocatur, 536, n. 2 : « Preceptum fuit Kaam quod veniremus per Manzi, que olim maxima India vocabatur ».

India superior invenitur apud Fr. Iohannem de Monte Corvino 341, n. 5 : « Della chondissione della terra d'India superiore » ; 345, n. 16 : « Iscritta fu questa lettera in Mabar cittade della provincia di Sitia dell'India di sopra ». Fr. Odoricus de Portu Naonis 418, n. 1 : « De ista civitate [Casan] recedens.... ivi versus Indiam superiorem » ; ibid., 436, n. 22 : « Ipsa [ossa martirum] in Indiam superiorem ad unum locum Minorum fratrum [Zaitun].... deferrebam » ; ibid., 457, n. 7 : « Hic ipsi Indie facio finem et nichil de ea aliud dicere volo, sed solum intendo dicere de India superiore » ; ibid., 457, n. 1 : « Ad illam nobilem provinciam Mançi ego veni. Quam provinciam vocamus Indiam superiorem ». Anon. Hispanus 569, n. 7 : « Esta Sçim no es de la que de suso fablamos porque la otra Sçim es en India la alta y confina con el mar oriental el qual confina con el imperio de Catayo » ; ibid., 572, n. 14.

Inferioris Indiae nomen invenitur apud Fr. Andream de Perusia 377, n. 7 : « [Episcopi tres] mortui fuerunt in ingressu Yndie inferioris, in terra quadam caldissima » ; Fr. Iohannes de Marignolli 537, n. 4 : « Ascendentes iunkos de inferiori India que Minubar vocatur » ; Anon. Hispanus 572, n. 14 : « E deste reyno de Sçim sale el grand monte Cancasum que traviesa des del mar oriental fasta el mar de India la baxa ».

Fr. Iohannes de Marignolli Indiam in tres partes dividit sequenti modo 543-44, nn. 2-4 : « Arfaxat.... genuit Sela vel Sale, a quo Yndia populata est et divisa in tria regna. Quorum primum vocatur Manzi.... ubi usque hodie est.... Cynkalan, id est magna Yndia, nam Kalan est magnum, ad differentiam secunde Yndie que dicitur Mymbar, ubi est Cynkali id est parvum, parva Yndia. Secundum Yndie

Digitized by Google

regnum vocatur Mynibar.... ibi est civitas Columbi.... Tertia provincia Yndie vocatur Maabar, ubi est ecclesia sancti Thome ».

6. — De ratione huius editionis.

Cum volumen quod hodie in lucem prodit primus sit alicuius collectionis, nonnulla praemittere de methodo in edenda collectione adhibita, utilitate non carebit.

Collectio haec concipitur ut florilegium documentorum quae respiciunt labores apostolicos Franciscanorum in Sinis, cuius primum volumen constituit quasi introductionem. Hoc volumen ob suam materiam et ob tempus circa quod versatur quodammodo extra leges vagatur quas in praesenti annuntiata collectione nobis praefigimus.

Series nostra edetur iuxta methodum usurpatam in edendis textibus. Inutiliter ergo quaeretur in ea synthesis laborum apostolicorum vel expositio discussionum generalium ; et hoc quidem tum ob rationes quas lector vel parum versatus in historia missionum sinensium facilius intelliget, tum quia tempus pro synthesi generali obiectiva tunc tantum adveniet quando alia Instituta religiosa, quae filios suos in Sinas miserunt, archivorum suorum thesauros publici iuris facient vel armarii, quod thesauros recondit, investigantibus historiographis portas aperient largius.

Omnia documenta — epistolae, relationes etc. — edentur in lingua originali, in extenso si operae pretium est, compendiose, si parum vel nihil conferunt ad historiam missionum. Distribuentur chronologice sub nomine eorum auctorum ; ipsi auctores ponentur iuxta adventum suum in Sinas eorumque brevis notitia bio-bibliographica semper praecedet. Unicuique documento praemittetur breve compendium.

Quod ad praesens volumen attinet, continet omnia quae ex medio aevo conservata sunt, tam relationes quam epistolae missionariorum franciscanorum in Sinis ; immo habetur et excerptum cuiusdam geographiae Sinarum, quam aliqui putant conscriptam a viatore franciscano saeculi XIV.

Digitized by Google

Quoad modum edendi hoc volumen, illum seligimus qui maiorem commoditatem lectori et editori conferre valet. Quapropter capita numero progressivo romano signavimus, varias pericopas vero cuiusque capitis numero progressivo arabico.

Titulos relationum servavimus prout inveniuntur in MSS. Attamen, exceptis relationibus Iohannis de Plano Carpini et Guillelmi de Rubruc, titulus novus praefigi debuit vel ob defectum tituli, ut accidit in litteris, vel quia titulus ineptus erat ut praemitteretur; titulos autem capitulorum quos in MSS. non invenimus inter uncos quadratos [ ] posuimus.

Pro editione textus quantum fieri potuit, secuti sumus manuscriptum quod pro basi assumpsimus, quin tamen serviliter transcriberemus lectiones erroneas. In quo casu recursum habuimus ad alia MSS., imo quando omnium MSS. deficiens vel erronea inventa fuit lectio, nos ipsi genuinam lectionem proponere nisi sumus; si quid autem, ad textum recte conficiendum, addere necesse fuit, illud uncis quadratis [ ] inclusimus. Semper tamen accurate notavimus lectiones variantes alicuius momenti quae in MSS. occurrunt.

Interpunctionem modernam introduximus; similiter nomina personarum ut puta Chanus (=Khanus), Rex, Imperator, Papa, Episcopus, Ecclesia (universalis), etc., cum littera maiuscula scripsimus.

Difficultas specialis erat in ortographia nominum civitatum sinensium; hinc, praeterquam in documentis, inter multos modos modernos seligimus modum scribendi quo utuntur in Gallia.

Digitized by Google

I.

Fr. IOHANNES DE PLANO CARPINI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Biographia.

Iohannes de Plano Carpini in Perusino districtu [1] saec. XIII ad finem vergente [2] natus est. Circa infantiam et iuventutem eius nihil omnino scitur, quamvis non desint auctores qui affirmant Fr. Iohannem ante ingressum in Ordinem fratrum Minorum fuisse militem. [3] In capitulo generali an. 1221 Assisii celebrato, quando S. Franciscus fratrum missionem iterum in Germaniam misit, [4] Fr. Iohannes prima vice nobis manifestatur. [5] Una cum socio Barnaba in illam regionem a praesule Caesario Spirensi praemittitur, et fratrum adventum Herbipoli, Moguntiae,

[1] Salimbene, *Cronica*, ap. MGH SS XXXII, 210. Fatini, *Un precursore di Marco Polo*, ap. *Rivista d'Italia*, 1915, 661-70, frustra Fr. Iohannem in loco « Pian Castagnaio » districtus Sanensis natum esse monstrare conatur. Pagus ubi lumen vidit Fr. Iohannes vulgo Piano di Carpine dicebatur. Latine accuratius Planum Carpinis dicitur, sed sicut MSS ita et ego Planum Carpini scribo, cf. *Anal Francisc.*, III, 266, n. 4.

[2] d'Avezac, *Recueil*, 467 ; Fr. Viator, ap. *Etudes Franciscaines*, V, 1901, 506, absque argumentis nativitatis annum 1182 ponunt.

[3] Matrod, *Notes sur le voyage*, ibid., XXVII, 62.

[4] Circa annum primae missionis in Germaniam auctores disputant. Qui pro 1217 tenent sunt : Ehrle, ap. *Zeitschrift für katholische Theologie*, XI, 1887, 727 ; *Anal. Franc.*, II, XXVI-XXXVI ; Holzapfel, *Manuale Historiae Ordinis fratrum Minorum*, 7 (*Geschichte*, 7-8) ; Golubovich, *Biblioteca*, II, 217-19, nota ; Callebaut, *Les Provinciaux de la Province de France*, ap. AFH X, 290. Qui vero pro 1219 sunt : K. Mueller, *Die Anfaenge*, 57-62 ; Boehmer, *Chronica fratris Iordani*, LXXI-LXXX ; Goetz, *Die Quellen zur Geschichte des H. Franz*, 128, n. 1 ; Felder, *Geschichte der wissenschaftlichen Studien*, 159.

[5] *Anal. Franc.*, I, 8, n. 19 ; ed. Boehmer, *Chronica*, 21.

Digitized by Google

Vormatiae, Spireae, Argentinae et Coloniae praeparat.[1] In capitulo provinciali Spirensi 8 septembr. 1222 facto, Fr. Iohannes Saxoniae Custos eligitur,[2] unde Hildesiam transiens ab Episcopo, ut Dei verbum, clero civitatis convocato, praedicaret rogatus est; quod et cum magno animarum fructu fecit. Exinde Episcopus illi et fratribus facultatem praedicandi et confessiones audiendi praebuit.[3] Anno sequenti in variis civitatibus, nempe Hildesiae, Brunopolis, Goslariae, Magdeburgi, Halberstadii conventus fundavit.[4] In capitulo provinciali an. 1224 Herbipoli celebrato, a custodiatu Saxoniae absolutus, Coloniam petit.[5] Post quatuor vero annos Teutoniae Minister provincialis nominatur,[6] et an. 1230 pro capitulo generali ad Italiam iter faciens, Metensem conventum fundat.[7] Assisii autem, dum ei Teutonicae provinciae gubernium aufertur, Ordinis cura in Hispania imponitur.[8] Istius provincialatus triennio elapso, iterum tamquam Saxoniae Provincialis Germaniam petit, quod munus usque 1239 retinet.[9] Hoc tempore praecipue Ordinem in Bohemia, Ungaria et Polonia dilatavit.

De hoc viro sententiam Fr. Iordani de Iano, Fr. Iohannem depingentem, transcribere lubet:[10] « Hic vero quia vir corpulentus erat, asino vehebatur, et homines tunc temporis propter Ordinis novitatem et equitis humilitatem maiori devocione ad asinum suum — exemplo Christi asinantis potius quam equi-

[1] Ibid., 9, n. 23; Boehmer, 27-28.

[2] Ibid., 11, n. 33; Boehmer, 33.

[3] Ibid., 12, n. 35; Boehmer, 34.

[4] Ibid., 12, n. 36; Boehmer, 35.

[5] Ibid., 12, n. 37; Boehmer, 35.

[6] Ibid., 16, n. 54; Boehmer, 47-48.

[7] Golubovich, *Biblioteca*, II, 224, n. 1; Bihl, *De Fr. Iohanne de Plano Carpinis, conventus Metensis fundatore an. 1230*, ap. AFH XVIII, 1925, 287-91.

[8] *Anal. Franc.*, I, 17, n. 57; ed. Boehmer, 49.

[9] Ibid., 18, n. 61; Boehmer, 54; 58, n. 68. De hoc provincialatu scriptum Fr. Iohannis conservatur cum sigillo quod effigiem S. Iohannis Baptistae prae se fert ac legendam: *sigillum Fratrum Minorum tocius Provincie Saxonie*, cf. Lemmens, *Die Provinzialminister der alte sächsischen Provinz*, ap. *Beitraege zur Geschichte der Sächsischen Franziskanerprovinz*, 2, n. 4.

[10] *Anal. Franc.*, I, 17, n. 55; ed. Boehmer, 48-49.

Digitized by Google

tantis — movebantur quam nunc propter assiduum fratrum usum ad personas Ministrorum. Hic Ordinis sui dilatator maximus fuit. Minister enim factus, in Bohemiam, [1] in Ungariam, [2] in Poloniam, [3] in Daciam [4] et Norwegiam [5] fratres misit. Domum quoque Methensem recepit et Ordinem in Lothoringia [6] plantavit. Hic Ordinis sui strenuus defensor fuit. Nam coram Episcopis et principibus pro Ordine suo constanter et personaliter stetit. Hic omnes fratres suos velud mater filios et gallina pullos suos cum pace et caritate et omni consolacione fovebat et regebat ».

Ab anno 1239 usque ad an. 1245 vestigia Fr. Iohannis nullibi inveniuntur; [7] isto anno vero ab Innocentio IV tamquam legatus ad Tartaros assumitur, in cuius munere Fr. Iohannes per 16 menses curas impendit.[8] Quo absoluto benigne a Summo Pontifice excipitur et per tres menses retinetur. [9] Deinde legationem apud Ludovicum IX Galliae Regem suscipit ut eum a proposito statim Terram Sanctam petendi avertat. [10] Demum

---

[1] Circa huius missionis principia, cf. Greiderer, *Germania Franciscana*, I, 551-53; AFH VI, 1913, 702-704; Pullé, *Historia Mongalorum*, 28.

[2] Iam antea in Ungariam fratres profecti sunt, sc. an. 1217 aut 1219, cf. supra; *Anal. Franc.*, I, 2, n. 3; 5, n. 6; Boehmer, 3-4; 6-7; cf. Karácsonyi Jānos, *Szt. Ferencz Rendjének Tōrténete Magyarorszàgon 1711-1 g*, vol. I, cap. I.

[3] An. 1237, cf. Boehmer, *Chronica*, 48, not. 3.

[4] An. 1242, cf. ibid. [5] An. 1233, cf. ibid.

[6] An. 1230, cf. supra; Pullé, *Historia Mongalorum*, 27, textum latinum vertit: «instituì l'ordine in Lotaringia.... ed agrandì notevolmente il convento di Metz ».

[7] Eubel, *Geschichte der Oberdeutschen Minoritenprovinz*, 206, n. 61; Pullé, *Historia Mongalorum*, 29, Fr. Iohannem Coloniam petivisse, et tamquam Ministrum Provinciam rexisse dicunt, sed minus recte, cf. Ministrorum Provinciae Coloniensis seriem ap. P. Schlager, *Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz*, 150. Insuper Pullé, *Historia Mongalorum*, 29, Fr. Iohannem Curiam pontificiam adeuntem circa 1243 dicit tamquam poenitentiarium. Quae omnia gratis affirmantur, quia de accessu ad curiam circa 1243 nullibi est sermo; titulus poenitentiarii tantum 1248 in Bullario nomini Fr. Iohannis apponitur.

[8] Cf. relationem infra Prol. n. 3.

[9] Salimbene, *Cronica*, 210.

[10] De huius legationis indole nihil certum scitur; tamen ex his quae hoc tempore de ista missione dicebantur, conclusio laudata deduci

Digitized by Google

Archiepiscopus Antibarensis factus,[1] sedem suam an. 1248 inter difficultates undequaque surgentes occupat. Nam Fr. Iohannes O. P. ex parte capituli Antibarensis electus, instante Archiepiscopo Ragusino, a sede sibi destinata elongatur;[2] qui a Fr. Iohanne de Plano Carpini substituitur.[3] Sed statim contentio inter istum et Archiepiscopum Ragusinum circa utriusque iurisdictionem oritur.[4] Ragusinus praesul ecclesiam Antibarensem sibi subiectam declarat, dum Iohannes de Plano Carpini et clerus ipsi hanc iurisdictionem denegant.[5] Ast lis de die in diem effervescit et clerus et populus contentionis participes fiunt, ita quod quidam violentas manus in Fr. Iohannem de Plano Carpini iniiciant. Iste vero paulo post dimissus, fascinoris culpam in clerum et populum Ragusinos coniicit.[6] Difficultates in Curia romana tractabantur,[7] quando Fr. Iohannes de Plano Carpini e vivis 1 aug. 1252 sublatus est.[8]

---

potest. Cf. Salimbene, *Cronica*, 211; E. Berger, *Saint Louis et Innocent IV*, 172-73; 321; Fatini, *Un precursore di Marco Polo*, 694-95.

[1] An ante vel post legationem apud Ludovicum IX Archiepiscopus factus sit, non constat, Farlati, *Illirici Sacri*, VII, 36; Fatini, *Un precursore di Marco Polo*, 695, n. 2.

[2] Farlati, *Illyrici sacri*, VIII, 36-37.

[3] Eubel, *Hierarchia catholica*, I, 92.

[4] Anno episcopatus primo, Summus Pontifex per epistolam Fr. Iohanni praecipit ut dissidentem Episcopum Arbaniae (Albania septentrionalis) benigne in Ecclesiae sinum recipiat, BF I, 550. Circa relationes schismaticos Albanenses inter et Ecclesiam romanam, cf. Altaner, *Die Dominikanermissionem*, 157-60.

[5] Archiepiscopus Ragusinus ad suam iurisdictionem in ecclesia Antibarensi vindicandam, documentum quoddam in medio tulit de cuius authenticitate ullo modo, etiam hodiedum, non constat, L. de Thallóczy, *Acta et diplomata res Albaniae mediae aetatis illustrantia*, 16-17; Smičiklas, *Codex diplomaticus regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae*, t. IV, 361; Kukuljević, *Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae*, nn. 527, 553, 574; Farlati, *Illyrici sacri*, VI, 430.

[6] de Thallóczy, *Acta et diplomata*, 62; Farlati, *Illyrici sacri*, VI, 103; VII, 39.

[7] de Thallóczy, *Acta et diplomata*, 63-68; Smičiklas, *Codex diplomaticus*, IV, 487-504; Kukuljević, *Regesta documentorum*, 630-33; Farlati, *Illyrici sacri*, VI, 104; VII, 40-41.

[8] Ultimum documentum de Fr. Iohanne de Plano Carpini ut vivo loquens 29 iulii datum fuit, Smičiklas, *Codex diplomaticus*, IV, 503-

Digitized by Google

De Relatione.

Fr. Iohannes praeter relationem de qua hic sermo erit, alia opera scripsisse non videtur. Quia vero de relationis genere in introductione generali iam egimus, ideo de eiusdem continentia hic pauca addenda sunt.

Capitula de terra et climate (I), de incolis et eorum usibus (II), de religione et superstitionibus eorum (III), de moribus necnon vitae genere (IV), Fr. Iohannes introductionis instar absolvit. In quatuor vero capitulis subsequentibus totum argumenti pondus ponit, ostendens nempe quomodo Mongolorum regnum per bella successiva creverit et per virtutem et laborem assiduum ipsorum ducum, imperium immensum evaserit (V). Deinde Fr. Iohannes hunc victoriosum exercitum usque ad minima, scilicet quoad organizationem et arma considerat, quibusnam astutiis duces contra adversarios utuntur, quonam modo captivi ab eis tractantur; demum de modo eorum castra et civitates oppugnandi et de perfidia facta erga eos qui se eisdem reddunt loquitur (VI). Obiectioni quam occidentales hiis rationibus facere possent, nempe iisdem exercitibus et crudelitatibus per pacis tractatum resistendo, Fr. Iohannes apodictice respondet dicendo Mongolos per pacis tractatum vexationibus non desistere, ex eo quod cum adversariis pacem non faciunt nisi prius eos vincant. Hisce dictis, Fr. Iohannes minutatim omnia crudelitatum genera quae victis subire faciunt ostendit, ita ut omnis pacem faciendi cum eis velleitas sublata sit (VII). Itaque si ex una parte cum eis pacem concludere impossibile evadit, et ex altera parte Mongolorum intentio occidentem invadendi sole clarius patet, principes occidentales sese ad bellum accingere coguntur. Sed victoriam ex tanto et tali adversario referre impossible est, nisi ei omnium ducum unitis viribus

---

504; Farlati, *Illyrici sacri*, VI, 104; VII, 40-41; anno 1253, 12 april. novus titularis ad Antibarensem mittitur ecclesiam per obitum Iohannis de Plano Carpini vacantem, BF I, 653-54; *Hierarchia catholica*, I, 92. *Martyrologium Franciscanum* Fr. Iohannis obitum die 1 aug. commemorat, 343.

Digitized by Google

resistant. Ast haec nondum sufficiunt, nam specialibus armis utantur necesse est, insuper inimicorum astutias diligenter praecavere debent, necnon modum quo captivos in acie tractent sciant oportet (VIII).

Cum hoc capitulo « Ystoria Mongalorum » quam in itinere, verisimiliter in Russia scripsit, desinit.[1] Procul dubio huius Tractatus lectio apud occidentales influxum non spernendum habuit, ex eo quod isti in narrationis veracitatem dubitationem iniicierunt, et periculi gravitatem negare, ideoque ipsius legationis fines principales destruere coeperunt. Fr. Iohannes vero accusationem hanc expellere et ista praecavere volens, secundam redactionem redigit in qua praeter quaedam personalia, capitulum addit pertractans de personis quibuscum hoc tempore conversatus est quasque ut veracitatis testes enumerat, et itineris stationes describit.[2]

Quod iter paucis describere iuvabit. Die 16 aprilis 1245, Fr. Iohannes de Plano Carpini cum socio Fr. Stephano Bohemo Lugdunum relinquit et Bohemiam petit. Cuius regionis Rex, Wenceslaus IV, Fr. Iohannis amicus, epistolas commendaticias, ut per Poloniam Russiamque Mongolorum imperium attingere possint, donat. Vratislaviae tertius socius, Fr. Benedictus Polonus ut interpres legationi adiungitur. Per Cracoviam Volhyniamque Chioviam petunt, quam 3 febrarii 1246 relinquunt. Chaniev pervenientes Fr. Stephanus infirmatur et ultra progredi non potest. Paucos post dies Corenzae castra, in ripa Borystenis (Dnieper) sinistra, attingunt. Dux vero iste legationem ad Batu, exercituum praefectum citra Rham (Volga) mittit, ubi 4 aprilis

[1] Golubovich, *Biblioteca*, I, 214-15.

[2] De auctore et authenticitate « Ystoriae Mongalorum » disserere superfluum videtur quippe quis ne minimum quidem dubium circa haec auctor synchronus subsistere sinit quem lubens refero. *Cronica Fr. Salimbene*, ed. Holder-Egger, 207 : « Item frater Iohannes scripsit unum magnum librum de factis Tattarorum et aliis mirabilibus mundi, secundum quod oculis suis vidit ; et faciebat illum librum legi, ut pluries audivi et vidi, quotiens facta Tattarorum gravabatur referre ; et ubi mirabantur vel non intelligebant legentes, ipse exponebat et disserebat de singulis » ; 213 : « Et ecce frater Iohannes de Plano Carpi redibat a rege [Ludovico] .... et habebat librum quem de Tattaris fecerat ».

Digitized by Google

perveniunt. Batu autem post quatuor dies, ad magnum Chanum legationem in die paschatis dimittit. Die 22 iulii ad castrum ipsius Sira orda perveniunt et magni Chani coronationi 24 augusti assistunt. Post acceptam responsionem Chani, 13 novembris 1246 recessus iter arripiunt usque Batu, quem 3 maii 1247 attingunt; inde Chioviam petunt ubi ecclesiarum dissidentium unionem cum romana Ecclesia componunt. Deinde per Germaniam, Belgium, Campaniam usque Lugdunum prosequuntur, ubi mense novembris 1247 perveniunt.

Fontes.

Praeter S. Isidori Hispalensis testimonium quod una vice invocat,[1] Fr. Iohannes aliis fontibus scriptis usum fuisse non videtur; sed tanto magis ad testimonia oralia recurrit quanto minus scripta prae manu habet.

Pluries lectorem ad fidem suis dictis adhibendam invitat ex eo quod omnia quae in relatione continentur vera sunt, quia aut ipse vidit aut a personis fide dignis audivit.[2]

Inter eos qui scitu necessaria ad viam sequendam Fr. Iohannem docent, dux Wenceslaus et Wasilico primum locum tenent;[3] inter eos vero qui eum de rebus militaribus et curialibus informant, primo loco Cosmas magni Chani aurifaber adnumerandus est[4] sicut et clerici Rutheni, Hungari[5] et alii qui in curia Imperatoris remanentes iam abhinc multis annis apud Tartaros commorabantur.[6]

Saepissime tamen, praesertim quando de fabulis quae inter Tartaros et alios populos florescunt, sermo est, veracitas earum in genere attestatur sequenti modo: ut nobis dicebatur; ut pro certo dicebatur, etc.[7]

---

[1] Cap. V, n. 33.
[2] Cap. I, nn. 3-4; cap. VIII, n. 15; cap. IX, n. 52.
[3] Cap. IX, n. 2; n. 5.
[4] Cap. IX, nn. 38-39.
[5] Cap. V, n. 13; n. 33; cap. IX, n. 39.
[6] Cap. VIII, n. 14; cap. IX, n. 31; n. 38; n. 43.
[7] Cap. V, n. 16; nn. 30-31; cap. IX, n. 20.

Digitized by Google

Valor Relationis.

Ad relationis valorem Fr. Iohannis de Plano Carpini computandum, comparationem litterariam inter scripta istius et Fr. Guillelmi de Rubruc et aliorum instituere, aequum certe non esset, eo quod duo genera litteraria sunt omnino diversa et Fr. Iohannis scopus non erat itineris et periculorum relationem texere. Itineris enim narratio, quae in ultimo relationis capitulo apparet, potius appendix ad historiae veracitatem contra quosdam detractores probandam [1] quam tractatus integra pars evadit. Etenim Summi Pontificis mandatum non ad huiusmodi narrationem extendebatur, sed «ut cuncta perscrutaremur et videremus omnia diligenter», [2] quia «timebant ne per [Tartaros] in proximo Ecclesie Dei periculum immineret». [3] Ad huius invasionis periculum melius praecavendum, Fr. Iohannes omnia quae viderat et a personis fide dignis audierat per modum syntheseos sive tractatus ante non praeparati occidentis oculos posuit.

Hic tractatus seu haec historia, ut Fr. Iohannes dicit, non pro usu communi sed pro illis quorum speciatim Europae salus intererat scriptus est, pro principibus nempe et ducibus antea inter se discordantibus, qui propter ea Tartarorum invasiones in suorum regiones irruentium sustinere debuerunt. Quam ob causam omnia quae synthetice et munitatim hac in relatione notantur ad illum scopum, scilicet ut concorditer principes contra communem inimicum arma sumant et bellum gerant, tendunt. Iam vero relationis scopus primarius evanuit, quia Tartari post 1241 impetus in occidentem non refecerunt, nihilo setius tractatus maximum valorem usque hodie conservavit. Nam pro Tartarorum historia Fr. Iohannes optime et abundantissime de eorum terra, indole et fatis agit. Ante ipsum enim, praeter paucos chronistas multa horribilia de eis narrantes, fere nihil de eis

[1] Hoc enim ex variis textibus secundae redactionis patet, v. g., in Prol. Fr. Iohannes scribit: «Sed si aliqua scribimus propter noticiam legentium que in vestris partibus nesciuntur, non debetis propter hoc nos appellare mendaces.... Immo est valde crudele ut homo propter bonum quod facit ab aliis infametur».

[2] Cf. Prol. n. 3. [3] Cf. ibid., n. 2.

Digitized by Google

noscebatur ;[1] post vero Fr. Iohannem, nullus occidentis auctor invenitur qui tot et tanta nova de eis scripsit. Recte quidem Galsang Gombojew notat [2] quod si hodiedum similis tractatus de Tartarorum vita religione usibus et bello faciendo scribendus esset, Fr. Iohannis relationem ob valorem testium, per tantum tempus inter Tartaros viventium, quorum dicta cum aliis fontibus probari possunt, superare difficile esset. Sane Fr. Iohannes in tractatu varias narratiunculas inserendo v. g. de hominibus cum faciebus caninis et aliis huiusmodi, paulisper credulitati concessit, sed hae fabulae generatim ut verae habebantur non solum apud Tartaros sed etiam apud auctores magni momenti uti sunt Plinius et S. Isidorus.

Si vero ad singula descendamus, plura sunt quae alibi in vanum aut minus recte quaeruntur. Circa genealogiam familiae Chingis Chani, Iohannes de Plano Carpini omnes auctores etiam posteriores longe superavit ; circa Tartarorum exercitus organizationem descriptio accuratior nullibi invenitur, sicut nec expositio lucidior circa indolem huius populi. Notiones circa relationes principum Europae orientalis inter se, necnon cum Tartaris maximi sunt valoris, sicut etiam tentamina unionis ecclesiae Russiae cum illa Romana ex hac relatione novo lumine splendent. Nomina numerosa Italiae mercatorum qui in his partibus commorabantur ut res agerent, et pro commercii historia et pro Italiae expansione per medium aevum monumenta sunt non spernenda. Demum itineris descriptio inter meliores huius temporis est computanda.

Codices.

Secundum ipsius Fr. Iohannis de Plano Carpini testimonium,[3] duae relationes ab ipso factae sunt, quarum secunda

[1] Cf. Pullé, *Historia Mongalorum*, 7-21, ubi chronicorum et legendarum extracta numerose inveniuntur.

[2] *Mélanges Asiatiques*, 650 ; cf. Yule-Cordier, *Cathay*, I, 155-56 ; Yule-Beazley, *Ioannes de Plano Carpini*, ap. *The Encycl. Britannica*, t. V, 397-99; Fatini, *Un precursore di Marco Polo*, 708; C. R. Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 275 ss.

[3] Cf. relationem in fine, cap. XI, n. 52.

Digitized by Google

priore longior est. Ultima enim redactio praeter varia minoris momenti [1] etiam totum novum capitulum addit in quo de itinere et de aerumnis perpessis sermo est. Cuius duplicis redactionis codices sequenti modo distribuuntur.

1ª Redactio.

1. Parisiis, Bibliot. Nation. Colbert. 2477. Membr., saec. XIV. Cf. Beazley, *The Texts and Versions*, XV-XVI; Golubovich, *Biblioteca*, I, 199; Pullé, *Historia Mongalorum*, 36-37. = **P**

2. Vindobonae, Bibliot. Caesar. 521. Membr., saec. XIV. Cf. *Tabulae codicum manu scriptorum.... Bibl. Palat. Vindobon.*, I, 86. = **B**

3. Ibid., Bibliot. Caes. 362. Membr., saec. XIV. Cf. ibid., 54-55. = **V**

4. Londini, Musaeum Britan. Reg. 13 A. XIV. Membr., saec. XIV. Cf. Beazley, *The Texts and Versions*, XVI; Pullé, *Historia Mongalorum*, 33-34. = **L**

5. Taurini, Bibliot. Nation. MLXVI (E. V. 8, alias L. IV. 25). Membr., saec. XIV. Cf. Golubovich, *Biblioteca*, I, 200-202. = **T**

Relationem compendiatam prae se fert. Rationes vero quibus cl. Golubovich probare voluit (*Biblioteca*, I, 200-201) hunc codicem relationis primam redactionem genuinam continere non stringunt, prout nitide ex apparatu critico infra patebit. Cf. etiam Pullé, *Historia Mongalorum*, 37-40; P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 13.

6. Oxoniae, Bibl. Bodleianae-Digby, 11. Membr., saec. XIV, cf. Macray, *Catalogi codicum manuscriptorum*, 7. = **O**

7. Hannoverae, Bibliot. Reg. 623. Chart., saec. XVII. Cf. E. Bodemann, *Die Handschriften der königlichen Bibliothek zu Hannover*, 107.

[1] In summa 32 additamenta plus minusve extensa inveniuntur, dicit Pullé, *Historia Mongalorum*, 40; sed de hoc numero dubitare licet, quia verba quae in codicibus Viennensibus, Parisiensi necnon et Londinensi saepe saepius desiderantur, v. g. ut nobis dicebatur; ut nobis pro certo dicebatur, etc., quaeque a cl. Pullé ut partes novae secundae redactionis habentur, etiam apud codicem Taurinensem saepe inveniuntur. Ast iste codex procul dubio primam redactionem relationis continet.

Digitized by Google

Copia est editionis Hakluyt, cf. infra, *Editiones*, sicut et sequens codex copia est istius MS.

8. Ibidem, Bibl. Reg. 624. Chart., saec. XVII. Cf. sub 7.

9. Parisiis, Bibl. Nation. Dupuy 686. Chart., saec. XVII. Altera copia est editionis Hakluyt. Cf. d'Avezac, *Relation des Mongols*, 446; Beazley, *The Texts and Versions*, XVII, Golubovich, *Biblioteca*, I, 199; Pullé, *Historia Mongalorum*, 36-37.

10. Tornaci, Bibl. 5. Martini. Hic codex deperditus videtur. Cf. A. Sanderus, *Bibliotheca Belgica Manuscripta*, I, 130.

En primae redactionis codices secundum familias et dependentias distributi inter quos MSS. sub nn. 7, 8 et 9 non computantur.



2ª REDACTIO.

1. Cantabrigiae, Corpus Christi Colleg. 181. Membr., saec. XIII. Cf. Beazley, *On a hitherto unexamined manuscript*; idem, *The Texts and Versions*, VIII-IX; alii vero auctores Codicem circa finem saec. XIII vel principium saec. XIV exaratum fuisse credunt, cf. Montague, Rhodes James, *A descriptive Catalogue of the Manuscripts in the Library of Corpus Christi College*, 421-425; Pullé, *Historia Mongalorum*, 41-42. = C

2. Lugduni-Batavorum, Biblioth. Universitatis 104. Membr., saec. XIV. Cf. *Catalogus librorum.... Bibl. Univ. Lugduno-Batavae*, 373-74; L. Delisle, *Mélanges de Paléographie*, 190-94; Beazley,

Digitized by Google

The Texts and Versions, XV ; Golubovich, *Biblioteca*, I, 195-98 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 40-41. = U

Haec duo manuscripta maxime inter se conveniunt, ex eo quod omnia quae in C exarata sunt etiam apud U inveniuntur. Si apud C historia Godefridi Monmouth deficit quae apud U adest, quondam tamen non ita fuit, cf. James, *A descriptive Catalogue of the Manuscripts in the Library of CCC*, 425. Ex altera parte Martini V bulla quae apud C invenitur, non vero apud U, adiuncta fuit a manu posteriore, cf. ibid. Sed ulterius investigandum est, comparationem scilicet instituendo circa modum quo textus relationis Fr. Iohannis in ambobus codicibus reperitur. In genere duo textus inter se conveniunt. Etenim menda grammaticalia et litteraria quae apud C occurrunt, eodem modo apud U inveniuntur ; sic etiam omnes omissiones sive verbales sive grammaticales quae homoeoteleuta dicuntur apud C occurrentes, nunquam apud U desunt. Insuper verborum transpositiones apud U fere non inveniuntur. Deinde in relatione nominum tum Mongolorum principum, tum nationum Tartaris resistentium, tum mercatorum italicorum, apud C et U identica apparent. Demum glossae quae frequentius apud C leguntur, etiam apud U reperiuntur. Ad hoc accedit quod C antiquior est codice U. Cf. James, ibid. ; Beazley, *The Texts and Versions*, IX. Ex his omnibus C et U non copias unius codicis esse, sed U directe a C derivare concludimus. Et ideo U cum ceteris codicibus conferre, eiusdemque variantes lectiones notare superfluum evaderet.

3. Vincentius Bellovacensis, ap. *Speculum Historiale*. Textus a nobis collatus ap. edit. Hakluyt-Beazley, *The Texts and Versions*, invenitur. Circa codices huius relationis, cf. *Histoire littéraire de la France*, XVIII, 469, ubi plus quam codices octoginta existere dicitur. = S [1]

[1] Hic codices enumerandi essent, qui sub nn. 7-8 inveniuntur, cf. supra.

Codex relationis Fr. Iohannis q i secundum Golubovich, *Biblioteca*, I, 200 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 42, in Bibl. Daventriae in Batavia asservatur, ibidem non existit sicut cl. Bibliothecarius Dr. van Geel mihi humaniter scripsit.

Digitized by Google

4. Rheno-Traiecti, Bibliot. Universit. 737. Chart., saec. XV. Cf. Tiele, *Catalogus codicum manu scriptorum Bibl. Univ. Rheno-Traiectinae*, 193-94. [1]

Hic codex novam hucusque ignotam compilationem relationis Fr. Iohannis continet secundum Vincentium Bellovacensem, cuius primum capitulum, necnon ceterorum capitulorum tituli hic sequuntur : [2]

f. 2*a*. De gestis Tartarorum (in margine : Hec frater Iohannes de P[la]no Carpini or[dinis] Minorum) [Cap. III]. [3]

Est in partibus orientis terra que Mongal sive Tartarea dicitur, in ea scilicet parte sita in qua oriens aquiloni coniungi creditur. Ab oriente quidem habet terram Leytaorum et etiam Solangorum, a meridie vero terram sarracenorum, inter occidentem et meridiem terram Huyrorum, et ab occidente provinciam Naymannorum, ab aquilone vero circumdatur occeano. In parte aliqua nimium est montuosa et in aliqua campestris, sed tota fere admixta glarea plurimum arenosa, nec est in centesima parte fructuosa, nec eciam potest fructum portare nisi aquis fluvialibus irrogetur (sic) que ibi sunt rarissime. Unde nec ville nec alique civitates ibidem reperiuntur excepta una que Cracurym appellatur et satis bona esse dicitur.

Nos quidem Fr. Ancelmus et tres alii fratres de Ordine Predicatorum, cum litteris apostolicis, ad exercitum Tartarorum — in quibus hortabatur eos dominus Papa ut ab hominum strage desisterent et fidei veritatem reciperent — missi, civitatem illam non vidimus sed ad dimidiam dietam prope fuimus cum apud Syram ordam, que curia maior Imperatorum eorum est, essemus. Licet alias infructifera sit illa terra, tamen alendis pecoribus est apta. In aliqua eius parte sunt alique silve modice, alia vero sine lignis est omnino. Itaque tam Imperator

[1] Huius codicis notitiam necnon accuratam descriptionem eiusdem, infra editam, fraterne cl. P. Bonaventura Kruitwagen mecum communicavit ; pro quibus publice et quam maximas gratias ei refero.

[2] Hunc codicem cum ceteris non contuli, ob rationes obvias sicut ex primo capitulo et ceteris capitulorum titulis infra videre est.

[3] Capitula cum numeris inter uncos quadratos adiuncta, editioni respondent Vincentii Bellovacensis Speculi Historialis, cuius capitulorum ordo invertitur, sed textus fere ad verbum servatur.

Digitized by Google

quam principes et omnes alii sedent et cibaria sua decoquunt ad focum de boum et equorum stercoribus factum. Ipse enim aer ibidem inordinatus est mirabiliter. In medio siquidem estate ibi tonitrua et fulgura magna fiunt ex quibus plurimi occiduntur homines. Eodem quoque tempore cadunt ibidem maxime nives. Sunt et ibidem ventorum frigidissimorum tam maxime tempestates quod aliquando vix possunt ibidem homines equitare. Unde cum ante ordam essemus, sic enim apud eos staciones Imperatorum et principum appellantur pre venti magnitudine in terra prostrati iacebamus et videre propter pulveris magnitudinem minime poteramus. Nunquam ibi pluit in hyeme sed frequenter in estate et tam modicum ut vix possit aliquando pulverem et radices graminum madefacere. Ibi quoque maxima grando cadit sepe. Unde cum Imperator electus in sede regni debuit collocari, nobis in curia tunc existentibus tanta cecidit grando, quod ex subita resolucione plus quam centum LX[a] homines in eadem curia sunt subversi. Res eciam et habitacula plurima fuerunt deducta. Ibi eciam est in estate subito calor magnus et repente maximum frigus.

f. 2*a*-3*a*. De interfectione David Indie Regis a Tartaris et de electione Cyngischan Regem (sic) eorum.

f. 3*a*. De pugna Tartarorum et Kythaorum.

f. 3*b*. Pugna Tartarorum contra Indiam maiorem et minorem [cap. X].

f. 3*b*. Quomodo ab hominibus caninis repulsi Burythabeti nos vicerunt [cap. XI].

f. 3*b*-4*a*. De nacionibus quos Tartari post necem domini sui subiugaverunt.

f. 4*a*-4*b*. Qualiter Chorasininos destruentes fugaverunt et qualiter Persos destruxerunt.

f. 4*b*-5*a*. Qualiter a montibus Caspiis et ab hominibus subterraneis repulsi sunt, et quid Alexander Magnus ibi quandoque egerit [cap. XII].

f. 5*a*. De statutis Cyngischan ac morte eius et de filiis ac ducibus eius [cap. XIII].

f. 5*a*-5*b*. De potestate Imperatoris ac ducum eius [cap. XIV].

f. 5*b*-6*a*. De electione Imperatoris et de legatione Baty [cap. XV].

Digitized by Google

f. 6*a*-6*b*. De legacione Cyrpodan ducis [cap. XVI].

f. 6*b*. Qualiter fratres venerunt ad Cuycic (sic) futurum Imperatorem et de modo eligendi eum [cap. XXV].

f. 7*a*. Qualiter in imperium sublimatus est [cap. XXXI].

f. 7*a*-7*b*. De sollempnitate qua fuit intronizatus ffrater Symon de Sancto Quintino Predicator [cap. XXXII].

f. 7*b*. De etate ac moribus et de sigillo Imperatoris (in margine : Iohannes de Plano Carpini Predicator [ultimum verbum fuit deletum et loco eius legitur] : Ordinis Minorum) [cap. XXXIII].

f. 7*b*-8*a*. De nominibus eius ac principibus et exercitibus f. Symon de Sancto Quintino Predicator [cap. XXXIV].

f. 8*a*. De admissione fratrum et nunciorum ad Imperatorem Fr. Iohannes de Plano Carpini (Predicator. Istud verbum deletum fuit et loco eius legitur) : Minor [cap. XXXV].

f. 8*a*-8*b*. De loco divisionis Imperatoris et matris sue et de nece Ieroslay ducis Ruschie [cap. XXXVI].

f. 8*b*-9*a*. Qualiter fratres ad Imperatorem accedentes literas dederunt et acceperunt [cap. XXXVII].

f. 9*a*. Qualiter licenciati fuerunt [cap. XXXVIII].

f. 9*a*-9*b*. Qualiter ab illo itinere redierunt [cap. XXXIX].

f. 9*b*. Qualiter fratres Predicatores a domino Papa misi, admissi sunt ad Bayothnoy principem Tartarorum in Perside [cap. XL].

f. 9*b*-10*a*. Qualiter ab eis Tartari de muneribus et de adventu Francorum inquisierunt [cap. XLI].

f. 10*a*-10*b*. Qualiter adorare Beyothnoy fratres respuerunt [cap. XLII].

f. 10*b*. Qualiter Tartaris fratres christianitatem suaserunt [cap. XLIII].

f. 10*b*-11*a*. Qualiter Tartari de sentencia mortis in fratres tractaverunt [cap. XLIV].

f. 11*a*-11*b*. Qualiter de modo adorandi Tartari et fratres ad invicem sunt altricati [cap. XLV].

f. 11*b*. Qualiter fratres ad [Cod. ac] Cham ire recusaverunt [cap. XLVI].

f. 11*b*-12*a*. Qualiter domini Pape literas in ydyomate tartarico tran[s]ferri fecerunt [cap. XLVII].

Digitized by Google

f. 12*a*-12*b*. Qualiter fratres dolis et ilusionibus Tartari apud se diucius detinuerunt [cap. XLVIII].

f. 12*b*-13*a*. Qualiter illos Agutham exspectare compulerunt [cap. XLIX].

f. 13*a*. Qualiter post Aguthe adventum fratres recesserunt [cap. L].

f. 13*a*-13*b*. De litteris que a principe Tartarorum ad Papam misse sunt [cap. LI].

f. 13*b*. De litteris ab Imperatore ipsorum ad eumdem principem missis [cap. LII].

Post illud capitulum legitur: « Hec de Tartarorum gestis et itinere fratrum Predicatorum atque Minorum et excercitus eorum diximus. Nunc autem de forma habitu victu armis cultuque et multis eorum consuetudinibus in consequentibus est dicendum.

» Nota quod de istis gestis Tartarorum precedentibus et sequentibus diversimode scribit Vincencius in Speculo Historiali diffuse libro XXX, capitulo LXIX, et deinceps ad idem libro XXXII, capitulo (XXXII deletum est) secundo usque ad capitulum LXVII inclusis regionibus Terre Sancte ».

f. 14*a*-14*b*. De exteriorum qualitate, forma, habitu ac victu Tartarorum [cap. IV].

f. 14*b*-15*a*. De cultu ac ritu religionis eorum et moribus eorum bonis et malis [cap. V].

f. 15*a*-15*b*. De legibus, statutis, consuetudinibus ac matrimoniis eorumdem [cap. VI].

f. 15*b*-16*a*. De supersticiosis tradicionibus Tartarorum [cap. VII].

f. 16*a*-16*b*. De impietate et superbia Tartarorum alias Mongelorum.

f. 16*b*. De ipsorum cupiditate et avaricia.

f. 16*b*-17*a*. De effrenacione eorum et luxuria.

f. 17*a*. De crudelitate et fallacia eorum.

f. 17*b*. De victu eorum.

f. 17*b*. De habitu ipsorum.

f. 18*a*. Qualiter in preliis se habeant et qualiter armis utantur et qualiter flumina transeunt [cap. XVII].

f. 18*b*. Qualiter regiones invadere solent.

f. 19*a*. Qualiter municiones obsident.

Digitized by Google

f. 19*a*. Qualiter se habent erga captos.
f. 19*b*. De slavis eorum.
f. 20*a*. De mulieribus eorum.
f. 20*a*. De morte et sepultura eorum.
f. 20*b*. Qualiter sit Tartaris resistendum [cap. XVIII].
f. 20*b*. Iam sequitur de progenie Saldanorum [cap. LIV].
f. 21*a*. De filiis Saphadini terrarum possessoribus [cap. LV].
f. 21*b*. De filiis eiusdem reddituum perceptoribus [cap. LVI]
f. 21*b*. De situ civitatum Egipti regalium et primo Damiate [cap. LVII].
f. 21*b*. De situ Babilonis et Alexandrie [cap. LVIII].
f. 22*a*. De situ Ebron principalis urbis Palestine [cap. LIX].
f. 22*a*. De locis Arabie et Fenicis [cap. LX].
f. 22*b*. De Damasco et Libano et de Iordane [cap. LXI].
f. 23*a*. De locis et civitatibus Galilee [cap. LXII].
f. 23*a*. De civitatibus Samarie [cap. LXIII].
f. 23*b*. De locis Iherusalem civitatis sancte [cap. LXIV].
f. 24*a*. De ceteris urbibus ac locis Iudee [cap. LXV].
f. 24*b*. De patriarchatu Iherusalem et ycona mirabili beate Virginis et de Harsassinis [cap. LXVI].

Editiones.

Vincentius Bellovacensis, *Opera. Speculum naturale. Speculum doctrinale. Speculum morale. Speculum historiale.*

Pro variis editionibus. cf. d'Avezac, *Relation des Mongols*, 434-37 ; *Histoire littéraire de la France*, t. XVIII. 469-71 ; Copinger, *Supplement to Hain's Repertorium Bibliographicum*, 186-91, nn. 6241-57 ; Reichling, *Appendices ad Hainii Copingeri Repertorium*, 211, n. 6248.

Hakluyt, *Libellus historicus Iohannis de Plano Carpini, qui missus est Legatus ad Tartaros anno 1246 ab Innocentio quarto Pontifice maximo*, I, 1598, 21-37, ap. *The Principal Navigations, Voyages, Traffiques, and Discoveries of the English nation, made to the North and Northeast quarters of the World, with the directions, letters, priviledges, discourses, and observations incident to the same*, I, London 1598. Editio facta est secundum codicem London-

Digitized by Google

Lumley. Vincentii Bellovacensis relatio ut appendix datur, 74-106 Edit. alterae, Cordier, *Bibl. Sinica*, 1939-1940.

d'Avezac, *Relation des Mongols ou Tartares par le Frère Jean du Plan de Carpin de l'Ordre des Frères Mineurs, Légat du Saint Siège Apostolique, nonce en Tartarie pendant les années 1245, 1246 et 1247 et Archevêque d'Antivari. Première édition complète publiée d'après les manuscrits de Leyde, de Paris et de Londres et précédée d'une notice sur les anciens voyages en Tartarie en général, et sur celui de Jean du Plan de Carpin en particulier*, Paris 1838. In-4°, 392 pp.

Ista editio sicuti iacet, anno subsequenti in volumen IV Societatis geographicae Parisiorum assumpta est : *Recueil de Voyages et de Mémoires publié par la Société de Géographie*, t. IV, Paris 1839, pp. 397-779.

C. R. Beazley, *The Texts and Versions of John de Plano Carpini and William de Rubruquis as printed for the first time by Hakluyt in 1598 together with some shorter Pieces*, London 1903. — Textus est sicut apud Hakluyt iacet, sed aliorum codicum lectiones variantes notantur.

G. Golubovich, *Fr. Giovanni da Piancarpino. Note ed osservazioni per una nuova edizione critica della sua relazione sui Tartari ; segue il testo della sua Prima redazione estratta da un Cod. Torinese inedito, ecc.*, ap. *Biblioteca Bio-bibliografica della Terra Santa et dell'Oriente Francescano*, I, Quaracchi 1906, 202-13.

G. Pullé, *Historia Mongalorum. Viaggio di F. Giovanni da Pian del Carpine ai Tartari*, ap. *Studi Italiani di Filologia Indo-Iranica*, an. IX, vol. IX, Firenze 1913.

Translationes.

Opera dilettevole da intendere nella qual si contiene doi itinerarij in Tartaria per alcuni frati dell'ordine minore e di San Domenico, cioè frate Giovanni e frate Simone mandati dal papa Innocentio IV, nella detta provincia di Scithia per ambasciatori. Stampata in Vinegia per G. Antonio de Nicolini da Sabio, nell'anno MDXXXVII. A dì 17 ottobrio.

Ista translatio in sequens opus assumpta est : Ramusio, *Due viaggi in Tartaria, per alcuni Frati dell'ordine Minore e di San*

Digitized by Google

Dominico, mandati da Papa Innocentio IV. nella detta provincia per Ambasciatori l'anno 1247 ; 2m Vol., Venetia 1559. Editiones ulteriores factae sunt Venetiis 1574 ; 1583 ; 1606 ; 1613 ; 1834 ; cf. d'Avezac, *Recueil*, 435-37.

Hakluyt, *The Principal Navigations*, cf. supra *editiones*, 53-71 ; 107-44. Eadem translatio invenitur apud :

Astley, *The Travels of John de Plano Carpini, and other Friars, into Tartary, in the Year 1246*, ap. *New general Collection of Voyages and Travels...*, 1745-1747, t. IV, 544-50.

A. W. Polard, *The Travels of Sir John Mandeville*, London 1900. 213 ss. Eadem translatio invenitur apud :

C. R. Beazley, *The Texts and Versions*, cf. supra *edition.*

Bergeron, *Voyages très curieux. Faits et Ecrits, par les RR. PP. Jean du Plan Carpin, Cordelier et N. Ascelin, Jacobin : Envoiez en qualité de Légats Apostoliques et d'Ambassadeurs de la part du Pape Innocent IV. vers les Tartares, et autres peuples orientaux, avec ordre expres de décrire de bonne foi ce qui regarde les Tartares, comme la situation tant de leur pays que de leurs affaires, leur vêtement, boire et manger, leur gouvernement politique et civil, culte et religion, discipline militaire, enterrements et autres points les plus remarquables dont l'observation était le sujet de leur ambassade, le tout rapporté fidèlement par ces religieux avec des notes, tables, observations, une carte très exacte de ces voyages et de très belles figures pour l'explication des choses*, Paris 1634, 313-466. Ed. altera La Haye 1739.

Translationem gallicam editionis Hakluyt, cf. supra *translat.* cum appendice Vincentii Bellovacensis prae se fert, cum lectionibus variantibus cod. Lugduni Batavorum, de quo nonum capitulum edidit.

Translationes subsequentes usque ad editionem criticam d'Avezac, cf. supra *edition.*, directe aut indirecte ab ista dependent.

Bernard, *Recueil de Voyages au Nord contenant divers mémoires très utiles au Commerce et à la Navigation*, Amsterdam 1715. vol. VII, 330-424. Altera editio habetur, an. 1731-1738.

Voyages de Benjamin de Tudelle autour du monde, commencé l'an 1173, de Jean de Plan Carpin, en Tartarie, du frère Ascelin et de ses compagnons vers la Tartarie, de Guillaume de Rubruquis.

Digitized by Google

en Tartarie et en Chine, en 1253, suivis des additions de Vincent de Beauvais et de l'histoire de Guillaume de Nangis, pour l'éclaircissement des précédents Voyages, Paris 1830, 111-235.

Van der Aa, *Seer Aanmerkelijke Reys-Beschrijvingen van Johan du Plan Carpin, en Br. Ascelin, beijde als Legaten van den H. Apostolischen Stoel, en voor Gesanten van den Paus Innocentius de IV. afgesonden na Tartarijen en andere Oostersche Volkeren. Door de afgesanten selfs op ordre van den Paus beschreven: alwaar zij naaukeurig en getrouw beschrijven het Land en Gebied der Tartaren, desselfs Stand, hunne Huwelijken, Kleedingen, Wooningen, Godsdienst en Plegtigheden, Wichelarijen, Gewoontens, Spijs en Drank, manier van Oorlogen, Begraaffenissen enz. Met al hetgeene verders aanmerkenswaardig hun op dese Voyagien is voorgekomen. Nu aldereerst getrouwelijk na het egte handschrift vertaald door Salomon Bor, Predikant tot Zeyst*, Leyden 1706.

Ista translatio anno subsequenti in collectionem editoris Van der Aa assumpta est: *Naaukeurige versameling der gedenkwaardigste Zee-en Land-Reysen na Ost-en West-Indien, mitsgaders andere gewesten gedaan; sedert de jaaren 1246 tot op desen tijd*, Leyden 1707, 28 tom. et 29 vol.

Eadem translatio ab eodem editore sub novo titulo an. 1727 publici iuris facta est:

De aanmerkenswaardigst en alomberoemde Zee-en Land-Reizen der Portugeezen, Spanjaarden, Engelsen en allerhande Natiën: Ost-en West-Indiën, midsgaders andere verafgelegene Gewesten des Aardrijks.... Voormaals alleen ten deele verzaameld en in het Hoogduits uitgegeven door Johan Lodewijk Gottfried.... maar nu vermeerdert.... zijnde yeder Reysbeschrijving onlangs uit sijn oorspronkelijke taal overgeset, Leyden [1727].

Iuxta redactionem gallicam Bergeron, Van der Aa editionem sequentem edidit sub titulo:

Recueil de divers voyages curieux faits en Tartarie, en Perse et Ailleurs, Leyde 1729.

Post mortem vero editoris Van der Aa, eadem translatio venditur sub hoc novo titulo:

J. Neaulme, *Voyages faits principalement en Asie dans les XIIe, XIIIe, XIVe et XVe siècles*. Leyde 1735.

Super istam translationem, russicus textus factus est:

Digitized by Google

Sobranie poutechestvij k tataram i drouguim vostotchnim narodom v XIII XIV i XV stoletijah. I Plano Carpini II Astzelin. Collectio itinerum apud Tartaros et alios populos Orientis saec. XIII, XIV et XV. I Plano Carpini; II Ascelinus, Petroburgi 1825.

Johann de Plano Carpini und anderer Mönche Reisen nach der Tartarey, im Jahre 1246, ap. *Allgemeine Historie der Reisen zu Wasser und Lande*, Leipzig 1750, t. VII, 356-67. Translatio ex anglica lingua facta fuit, cf. supra *transl.*

Luibopitniechee poutechestvie monakha Franciscanskago ordena Jana du Plan Karpini poslannago v 1246 godou v dostoinstve Legata i posla ot Papi Kinokentia IV k tataram, seu latine : *Itinerarium valde mirum monachi Franciscani Johannis de Plano Carpini anno 1246 tamquam Legati a Papa Innocentio IV apud Tartaros missi.* Typographia Universitaria apud Fidiguer et Claudius.

Malein, *Iohann de Plano Carpini : Istoriya Mongalor. Viligelim de Rubruk : Putechestvie v vostochnyya strany*, seu latine : *Iohannes de Plano Carpini, Historia Mongalorum. Guilielmus de Rubruk, Itinerarium ad regiones orientales*, Petroburgi 1911.

Qui de Fr. Iohanne de Plano Carpini egerunt.[1]

Wadding, *Annales Minorum*, III, 118-25.

De Gubernatis, *Orbis Seraphici. De Missionibus*, I, Roma 1689, 344-52.

Voyages de Jean de Plano Carpini en Tartarie, ap. *Histoire générale des Voyages, ou Nouvelle Collection de toutes les Relations de Voyages par Mer et par Terre, qui ont été publiées jusqu'à présent dans les différentes Langues de toutes les Nations connues....* Paris 1749-1761 ; 2ª ed., Dresde 1747 ss. ; 3ª ed., La Haye 1747 ss. Haec ultima inter alias praecellit, vol. IX, 263-74.

Farlati, *Illyricum sacrum*, Venetiis 1751-1819, t. VI-VIII.

[1] In sequenti elencho, neque chronica antiqua neque missionum opera generalia, neque illa quae cum ipsa relatione, introductionis instar, Fr. Iohannis biographiam prae se ferunt recordantur, neque etiam, certe non spernendae, notitiae quae in operibus generalibus, vulgo encyclopedie, reperiuntur. Pro bibliographia minoris momenti, cf. H. Cordier, *Bibliotheca Sinica*², col. 1955-60 ; 4005-4006.

Digitized by Google

Sprengel, *Geschichte der wichtigsten geographischen Entdeckungen*, 278-88.

Galsang Gombojew, *Randbemerkungen zu Plano Carpini*, ap. *Bulletin Cl. Hist.-Phil. Acad. Impériale*, St. Petersbourg 1856, t. XIII, 374-86.

Marcellino da Civezza, *Storia universale delle missioni Francescane*, Roma 1857, t. I, 324-47.

Galsarg Gombojew, *O drevnih mongolskikh obitchajakl i sousvie opisannikh ou Plano-Karpini*. Lapisk, Imp. Archeol. Obtch. Latine : *De antiquis consuetudinibus et usibus mongolicis descriptis apud Plano Carpinis*. Collectio Societatis Imper. Arch., 1859, t. XIII, 235-56.

Külb, *Geschichte der Missionsreisen nach der Mongolei während des 13. und 14. Jahrhunderts*, Bd. I, Regensburg 1860, 1-129.

Podróz Brata Jana de Plano Carpino i Benedykta Polakón 1246r (= *Sybir-Pamitniki Polaków z Pobytu na Sybirze*, t. I) Chelmno. Latine: *Peregrinatio Fr. Iohannis de Plano Carpini et Benedicti Poloni an. 1246* (= *Sybir-Memoriale Polonorum scriptum quando fuerunt in Sybir*). Chelmno 1864, t. I, 75-91.

O. Targioni-Tozzetti, *Epistola de' costumi dei Tartari cavata nel sec. XIV dalla storia dei Mongoli di Giovanni dal Pian di Carpine*, Livorno 1871.

Doria d'Istria, *Russes et Mongols. — Jean de Plan Carpin*, apud *Revue des Deux Mondes*, 1872, t. 97, 800-832.

Fr. Liverani, *Fra Giovanni da Pian di Carpine nel contado di Magione, viaggiatore e descrittore di Tartaria e Mongolia nel secolo XIII*, Perugia 1876.

Amat di S. Filippo, *Studi biografici e bibliografici sulla storia della Geografia in Italia*, I, 48-54.

Idem, *Appendice agli studi biografici e bibliografici*, 3.

W. W. Rockhill, *The Journey of William of Rubruck*, cf. infra translationes relationis Fr. Guillelmi de Rubruc.

Viator, *Le premier apôtre franciscain de la Tartarie*, apud *Etudes Franciscaines*, 1901, t. V, 505-20 ; 600-618.

P. Schlager, *Beiträge zur Geschichte der kölnischen Franziskanerprovinz im Mittelalter*, Köln 1904, 18-25.

Idem, *Johannes aus Piano di Carpine*, apud *Die Sächsische Franziskaner Provinz vom H. Kreuze*, Dusseldorf 1906, 14-22.

Digitized by Google

C. R. Beazley, *The Dawn of modern Geography*, Oxford 1901, t. II, 275-317 ; 375-80.

P. Schlager, *Mongolenfahrten der Franziskaner im dreizehnten Jahrhundert* (= *Aus allen Zonen*, II), Trier 1911, 7-42.

H. Matrod, *Notes sur le voyage de Frère Jean de Plan-Carpin* (*1245-1247*), apud *Etudes Franciscaines*, 1912, t. XXVII, 57-71 ; 177-86 ; 225-38 ; 472-89 ; t. XXVIII, 347-69.

G. Fatini, *Un precursore di Marco Polo* (*Fra Giovanni da Pian di Carpine*) apud *Revista d'Italia*, 1915, maggio, 659-708.

H. Cordier, *Histoire générale de la Chine*, t. II, 389-92.

E. Auweiler, *De vitis sanctorum fratrum Minorum Provinciae Saxoniae*, apud AFH XVIII, 1925, 221-225.

M. Bihl, *De Fr. Iohanne de Plano Carpinis, conventus Metensis fundatore, an. 1230*, apud AFH XVIII, 1925, 289-91.

Ratio edendi.

Pro relationis textu codicem C, ob rationes obvias, secutus sum, eo tamen modo quod quibusdam in casibus ubi C manifeste deficiebat cum melioribus codicibus, vel ubi unicus aderat et deficiens, cum verbis quibusdam inter uncos quadratos positis textum constituere conatus sum.

Inde editio Vincentii Bellovacensis, quae in primis capitulis mihi levioris fuit momenti, pro ultimo capitulo maximae fuit utilitatis. Pro ista parte enim, textus integer tantum apud C invenitur, et praesertim in isto capitulo multum deficiens. Editio autem Vincentii, quae alterius familiae textu innititur, ut patet — quamvis multis in locis verba deturpet, transponat aut omittat — variis in locis textum accuratiorem quam C praebet ut in relationis editione videre est.

Codices CVBPO apud me arte photographica reproductos habeo ; L et S vero apud Hakluyt-Beazley [1] sicut T apud

[1] Cf. supra, ap. editiones. Pro L correctiones post collationem cum MS. a cl. Beazley introductas assumpsi ; correctiones vero quae idem cl. auctor in S secundum primam editionem Vincentii Bellovacensis fecit, non introduxi.

Digitized by Google

Golubovich [1] inveniuntur. Ultimam editionem relationis, a cl. Giorgio Pullé [2] factam, cum G signavi in omnibus casibus ubi a lectione codicis C quem serviliter sequitur,[3] ipso nesciente, recessit.

Variantes lectiones non omnes sed principaliores tantum assumpsi,[4] nunquam vero transpositiones.

Titulis variis *capituli* nomen et numerum progressivum latinum, sicut in textu pro omni capitulo numeros arabicos progressivos adiunxi. Foliorum numeri inter uncos quadratos positi, codicem C respiciunt.

Tabula Codicum et Editionum collatorum.

C = Cod. Cantab. CCC 181.
B = Cod. Vindob. Bibl. Caes. 512.
P = Cod. Paris. Bibl. Nat. Colbert 2477.
V = Cod. Vindob. Bibl. Caes. 362.
L = Cod. Musaei Brit. Reg. 13 A XIV, ap. Hakluyt-Beazley.
T = Cod. Taurinensis, Bibl. Nat. lat. MLXVI, ap. Golubovich.
O = Cod. Oxoniensis, Bibl. Bodl. Digby, 11.
S = Edit. Vincentii Bellovacensis, ap. Hakluyt-Beazley.
G = Edit. Pullé Georgii.

---

[1] Ibid.
[2] Ibid.
[3] *Historia Mongalorum*, 48.
[4] Haec speciatim pro codice O valent, e quo — ut suo loco dicam — plura folia relationis avulsa sunt; quique tardius in manus venit quam ut omnes et numerosas levioris momenti lectiones variantes signare possim.

Digitized by Google

INCIPIT YSTORIA MONGALORUM QUOS NOS TARTAROS APPELLAMUS

Prologus.[a]

1. Omnibus Christi [b] fidelibus ad quos presens scriptum [c] pervenerit, frater Iohannes de Plano [d] Carpini, Ordinis fratrum Minorum, Sedis Apostolice [e] nuntius ad Tartaros et ad nationes alias [f] orientis, Dei gratiam [g] in presenti et gloriam in futuro et de inimicis Dei [h] et domini nostri Iesu Christi victoriam triumphalem.[i]

2. Cum ex mandato Sedis Apostolice iremus ad Tartaros et ad [j] nationes alias orientis, et sciremus domini Pape ac venerabilium Cardinalium voluntatem, elegimus prius ad Tartaros proficisci ; timebamus enim ne per eos in proximo [k] Ecclesie Dei periculum immineret. Et quamvis a Tartaris vel ab aliis nationibus timeremus occidi vel perpetuo [l] captivari, vel fame, siti, algore, estu, contumeliis et laboribus nimiis [m] quasi ultra vires affligi, que omnia multo [n] plus quam prius crediderimus,

---

[a] B *Relacio Iohannis fratris Minoris de Tartaris ;* P *Incipiunt gesta Tartarorum secundum fratrem Iohannem Ordinis fratrum Minorum. Epistola fratris Iohannis de Plano Carpini Christi fidelibus universis ;* V *De Tartaris. Incipit liber de ritibus Tartarorum ;* L *Incipit prologus in librum Tartarorum ;* T *Incipit liber de factis Tartharorum a quodam fratre Minore compositus qui longo tempore fuit inter eos ;* O *Incipit Vita Tartarorum ;* CPVTO om. *prologus.* — [b] C om. *Christi* — [c] B *scriptura.* — [d] V om. *Plano ;* O *Carpyni.* — [e] L add. *legatus.* — [f] L om. *alias.* — [g] C *gratia.* — [h] PO om. *Dei ;* L om. *Dei.... victoriam ;* L loco *victoriam* hab. *gloriam.* — [i] C add. *Explicit salutatio, incipit prologus.* — [j] L om. *ad ;* V om. *alias.* — [k] BP om. *in proximo ;* — [l] BPO *in perpetuum.* — [m] C *minis.* — [n] B om. *multo.*

Digitized by Google

excepta morte vel captivitate perpetua, nobis multipliciter evenerunt, non tamen pepercimus nobis ipsis, ut voluntatem Dei secundum [a] domini Pape mandatum adimplere possemus, et ut proficeremus [b] in aliquo christianis, vel [c] saltem scita veraciter [d] voluntate et intentione ipsorum, possemus illam patefacere [e] christianis, ne forte subito irruentes invenirent eos impreparatos, sicut peccatis hominum exigentibus alia vice contigit,[1] et [f] facerent magnam stragem in populo christiano.

3. Unde quecumque pro vestra utilitate vobis scribimus ad cautelam, tanto securius credere debetis, quanto nos cuncta vel ipsi vidimus oculis nostris, quia [g] per annum et quattuor menses [h] et amplius ambulavimus [i] per ipsos pariter [j] et cum ipsis, ac fuimus inter eos, vel audivimus a christianis, qui sunt inter eos captivi,[k] et ut credimus fide dignis. Mandatum enim a Summo [l] Pontifice habebamus,[m] ut cuncta perscrutaremur et videremus omnia diligenter, quod tam nos quam [n] frater Benedictus Polonus [o] eiusdem Ordinis, qui nostre tribulationis fuit socius et [p] interpres, fecimus studiose.[2]

4. Sed si aliqua scribimus propter noticiam legentium que in vestris partibus nesciuntur, non debetis propter hoc nos appellare mendaces, quia vobis referimus illa que ipsi vidimus vel ab aliis pro certo audivimus quos esse credimus fide dignos. Immo est valde crudele ut homo propter bonum quod facit ab aliis infametur.[q]

[a] BP *et ;* O loco *mandatum* hab. *preceptum.* — [b] G *profiteremus.* — [c] BPVL *ut.* — [d] BP om. *saltem* et *veraciter.* — [e] V *illa ;* C *facere.* — [f] G *etiam ;* BL *fecerunt.* — [g] L *qui.* — [h] B *mensibus.* — [i] CP om. *ambulavimus.* — [j] G *per iter ;* L om. *pariter ;* O *per ipsos et pariter.* — [k] C *capti.* — [l] GL *supremo.* — [m] P *habemus.* — [n] O add. *etiam.* — [o] BPVLO om. *Polonus.* — [p] G *etiam.* — [q] BPVLO om. *Sed si.... infametur ;* T om. totam introducti nem.

---

[1] Proelium quod factum est super Kalkam an. 1223, vel clades Slavorum principibus inflicta Lignietz an. 1241.

[2] Cf. relationem quam Coloniae dictavit, cf. *Annales S. Pantaleonis Coloniensis,* ap. MGH XXII, 542 ; de Fr. Benedicto, cf. Golubovich, *Biblioteca,* I, 213-5 ; et infra.

Digitized by Google

De terra Tartarorum et situ et qualitate ipsius et dispositione aeris in eadem.[a] CAP. I.

1. Volentes igitur facta scribere [b] Tartarorum, ut lectores valeant facilius invenire, hoc modo per capitula describemus. Primo quidem dicemus de terra, secundo de hominibus, tertio de ritu, quarto de moribus, quinto de ipsorum imperio, sexto de bellis, septimo de terris quas eorum dominio subiugarunt, octavo quomodo [c] bello occuratur eisdem, ultimo de via quam fecimus et curia Imperatoris et testibus qui in terra Tartarorum nos invenerunt.[d]

2. De terra proposuimus [e] hoc modo tractare : in principio quidem dicemus de situ ipsius, secundo de qualitate, tertio de dispositione ipsius [f] aeris in eadem. [g]

3. Terra quidem [h] predicta est in ea parte posita orientis, in qua oriens, sicut [280] credimus, coniungitur aquiloni.[1] Ab oriente autem est terra posita Kytaorum [i] et etiam Solangorum ; [j] a meridie terra [k] sarracenorum ; inter occidentem et meridiem terra est posita [l] Huiorum ; [m] ab occidente provincia Naimanorum ; [n] ab aquilone mari occeano circumdatur. [o] [2]

[a] BPL *De ritu Tartarorum* (B add. *et terra et terra ipsorum et ;* P add. *terra et*), *situ* (P add. *ipsius*), *qualitate et dispositione aeris in eadem* (B om. *in eadem*) ; V *Capitula huius libri*, om. inscriptionem ; T *De terra eorum et dispositione ipsius* ; O om. *titulum*. — [b] BPTO *describere ;* O loco *facilius* hab. *cicius*. — [c] C add. *in*. — [d] BPVLO om. *ultimo.... invenerunt*. — [e] BL *possumus*. — [f] BPVL om. *ipsius*. — [g] T om. *septimo de.... in eadem ;* B add. *De terra ;* P *De situ terre ;* V *De terra et situ Tartarorum*. — [h] BPVLO *vero ;* T *ipsorum*. — [i] C *Quitaorum ;* V *Kycaorum*. — [j] CBV *Salangorum ;* L *sclangorum*. — [k] BVLO *terre ;* O add. *sunt*. — [l] L om. *terra.... posita*. — [m] BP *Hyuirorum ;* V *Huiyorum ;* L *Huyiorum ;* O *Synerorum*. — [n] BPVL *Naymanorum*. — [o] T om. *Ab oriente... circumdatur*.

[1] Mongolorum terra nativa ab oriente et meridie lacus Baikal posita erat, seu ut Rubruc habet cap. XVII, n. 6 : « Terra illa in qua primo fuerunt.... vocatur Onankerule », sc. regio a fluminibus Orkhon et Kurulen irrigata. Regionis nomen originem trahere videtur ex Onanou-Keloran, quod apud scriptores mahumeticos occurrit. Cf. Rockhill, *The Journey*, 116, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 271, n. 1. Cf. tabulam adiunctam.

[2] In hodierna locutione dicitur sic : ab oriente est terra aquilonaris Sinarum (Kytai) et Manchuria et Corea (Solangi) ; a meridie

Digitized by Google

4. Hec vero [a] in parte aliqua nimium [b] est montuosa et in aliqua est campestris, sed fere tota est admixta glarea [c] plurimum arenosa.[d] In aliqua parte terre sunt alique modice silve, alia vero est sine lignis [e] omnino.[1] Cibaria autem sua decoqunt, et sedent tam Imperator quam [f] principes et alii homines [g] omnes ad ignem, factum de bovum stercoribus et equorum.[2] Terra etiam predicta non est [h] parte centesima fructuosa, nec etiam illa [i] potest fructum portare nisi aquis fluvialibus irrigetur, sed aque ac [j] rivi ibidem sunt pauci, flumina vero rarissima.[k] Unde ibidem ville non [l] sunt nec alique civitates, excepta una, que [m] dicitur satis [n] bona, que Caracaron [3] nominatur.[o] Nos autem non vidimus illam sed fuimus

---

[a] T om. *vero.* — [b] C *nimirum ;* O om. *nimium ;* T *aliquantum.... aliquantum.* — [c] B add. *cum (glarea)* ; L add. *raro argillosa ;* T *glacea.* — [d] PV add. *De qualitate terre.* — [e] V *ligno* — [f] BPO add. *alii.* — [g] BPVLT om. *homines ;* O *ceteri ;* LO om. *omnes.* — [h] BPVLTO add. *in.* — [i] V *aliqua ;* L om. *illa.* — [j] L *aqua ;* T om. *aque ;* BPLT *et.* — [k] T *paucissima ;* O loco *vero* hab. *sed.* — [l] L *pauce.* — [m] BPVLTO add. *esse.* — [n] C *saris ;* G *satis.* — [o] BPVLTO om. *que.... nominatur.*

Turkestan Russicus et Sinicus (Sarraceni) ; inter occidentem et meridiem est Zungaria (Huiri) ; ab occidente sunt Naimani fluminis Irtish superioris et Zungariae aquilonaris; ab aquilone oceanus Arcticus habetur. Cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols,* I, 4-10 ; d'Avezac. *Recueil,* 520-21 ; Beazley, *The Texts,* 271-72, n. 2 ; Pullé, *Historia Mongalorum,* 130-31.

[1] Pullé, *Historia Mongalorum,* 131-39.

[2] Haec apud omnes in illis regionibus itinerantes leguntur. In regionibus etiam ubi silvae abundant, boum et equorum stercora comburuntur ad praecavendum se contra fumum qui ex cremante ligno oritur. Insuper hisce utuntur contra rhumatismum, Gombojew, *Randbemerkungen,* 651.

[3] Aut Karakorum, seu melius Kara-kuren id est campus niger. Haec civitas an. 1235 ab Ogodai fundata, Ordu Balik seu civitas regalis nominata fuit. Anno 1889 Yadrintzef situm antiquum antiquae civitatis reperiit sc. 47° 15′ lat. septentr., 102° 20′ 15″ longit. orient. (Greenwich). Cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols,* II, 60-61, 64-65 ; d'Avezac, *Recueil,* 519 ; Rockhill, *The Journey,* 220, n. 2 ; Beazley, *The Texts,* 272, n. 3 ; Yule-Cordier, *The Book,* I, 227-30, n. 1 ; Chavannes, *Inscriptions et Pièces de Chancellerie,* ap. *T'oung Pao,* 1908, 308-309 ; cf. relationem Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XXXII, n. 1.

Digitized by Google

prope ad dimidiam dietam,[a] cum apud Syram[b] ordam[1] essemus, que curia[c] maior est Ymperatoris eorum. Et licet alias infructifera[d] sit, quamvis non multum, tamen competenter[e] est alendis pecoribus apta.[f]

5. Aer[g] in ipsa est mirabiliter inordinatus.[h] In media enim estate quando in aliis partibus solet calor maximus habundare,[i] ibi sunt tonitrua magna et fulgura[j] ex quibus homines plurimi[k] occiduntur; cadunt etiam ibi eodem tempore maxime nives. Ibi etiam sunt frigidissimorum ventorum tam[l] maxime tempestates, quod cum labore aliquando[m] vix possunt homines equitare. Unde cum essemus ante[n] ordam, sic[o] stationes apud eos Imperatoris et principum appellantur, iacebamus in terra pre[p] magnitudine venti prostracti et propter pulveris multitudinem videre minime poteramus.[q] In ea etiam in hyeme nunquam pluit, sed in estate sepe[r] et tam modicum quod vix potest aliquando pulverem et radices[s] graminum madidare. Grando etiam ibi sepe maxima cadit. Unde eo tempore quando fuit electus et in sede regni poni debuit Imperator, nobis in curia existentibus, tanta cecidit grando,[2] quod ex subita resolutione,[t] sicut plenius intelleximus, plus quam centum et sexaginta[u] homines in eadem curia fuerint submersi; res etiam et habitacula[v] plura deducta fuerunt. Ibi est etiam in estate subito[w] magnus calor, et repente maximum frigus.

---

[a] BPVLO *diem.* — [b] C *cyram*; P *siriam*; V *capud Cyram*; O *fuimus.* — [c] C *curta*; G *curia.* — [d] BP *alia*; P *fructifera*; VL *infructuosa.* — [e] BP add. *satis.* — [f] O hab. *est alendis animalibus tartaribus apta*; VP add. *De dispositione aeris.* — [g] BP add. *etiam*; T pro *in ipsa* hab. *in tempora.* — [h] CBPT *ordinatus.* — [i] C *inhabundare.* — [j] O loco *fulgura* hab. *fulmina.* — [k] L *quamplurimi*; O *multi.* — [l] O om. *frigidissimorum*; V om. *tam.* — [m] G *aliqua*; O *magno*; BPVO om. *vix.* — [n] L *apud.* — [o] BPVL add. *enim.* — [p] G *pro.* — [q] T om. *Unde.... poteramus*; V om. *In.* — [r] L om. *sepe*; O loco *et* hab. *sed.* — [s] V *radicem.* — [t] BP *solutione.* — [u] BPL *quadraginta.* — [v] L *autem*; C *inhabitativa*; G *inhabitacula.* — [w] B om. *subito.*

---

[1] Verisimiliter parum ad meridiem Karakorum posita, antiquae Ormektua respondet. Hoc in loco Ogodai aestatem transivit, cf. Rockhill, *The Journey*, 21, n. 1; Beazley, *The Texts*, 272-73, n. 4.

[2] Cf. infra, cap. IX, n. 32.

Digitized by Google

In hyeme vero in aliqua parte cadunt [a] maxime nives, in aliqua [b] autem parve.

6. Et ut breviter de terra ipsa [c] concludam : magna est, sed aliter, sicut vidimus oculis nostris, quia [d] per ipsam circumeundo [e] quinque mensibus et dimidio [f] ambulavimus, multo vilior est quam dicere valeamus. [g]

De personis,[h] de vestibus, de habitaculis, de rebus, de ipsorum coniugio.[i] Cap. II.

1. Dicto de terra, dicendum est de hominibus. Primo quidem formas describemus personarum,[j] secundo de ipsorum coniugio supponemus,[k] tercio de vestibus, quarto de habitaculis, quinto de rebus eorum.[l]

2. Forma personarum ab omnibus [m] hominibus aliis est remota. Inter oculos enim et inter [n] genas sunt plus quam alii homines lati. Gene etiam satis prominent a maxillis, nasum habent planum et modicum, oculos habent parvos et palpebras usque ad supercilia elevatas.[o] Graciles sunt generaliter in cingulo,[p] exceptis [281] quibusdam paucis ; pene omnes mediocris sunt stature.[1] Barba fere omnibus minime crescit, aliqui tamen in superiori [q] labio et in barba modicos habent crines,[r] quos minime tondent.[2] Super verticem capitis in modum clericorum habent coronas, et ab aure una usque ad aliam ad latitudinem

— [a] V *cadere solent.* — [b] L *alia.* — [c] L om. *ipsa* ; B *concludamus ;* O loco *sed aliter* hab. *sed ita est.* — [d] G *quare.* — [e] BPVL *circuiendo.* — [f] PVL *dimidium.* — [g] T om. *Unde eo.... valeamus ;* O add. *Et hec de terra et qualitate aeris sufficiant.* — [h] BPL *De formis ;* T *forma ;* BP *personarum ;* BPVLT *Tartarorum.* — [i] VT om. *de vestibus.... coniugio ;* L om. *de rebus ;* BPL *eorum ;* O om. *titulum.* — [j] B om. *personarum.* [k] TO om. *supponemus.* — [l] PV add. *De formis personarum ;* V *eorum.* — [m] L om. *omnibus.* — [n] LO om. *inter.* — [o] BPVLTO om. *nasum.... elevatas.* — [p] B *cingulis.* — [q] L *inferiori ;* V *superiora labia.* — [r] T *comes.*

[1] Cf. Altunian, *Die Mongolen,* 55-56, et nn. ; Pullé, *Historia Mongalorum,* 140-42.

[2] Mongoli cum quodam ferro pilos e barba tollunt ; tamen barba carentes natura, despiciuntur, Gombojew, *Randbemerkungen,* 652.

Digitized by Google

trium digitorum generaliter [a] omnes radunt,[b] que rasure corone predicte iunguntur. Super frontem etiam ad latitudinem duorum digitorum similiter omnes radunt ; [c] illos autem capillos qui sunt inter coronam et pretaxatam rasuram crescere usque [d] ad supercilia sinunt, et [e] ex utraque parte frontis tondendo plus quam in medio crines faciunt longos ; reliquos vero crines permittunt crescere ut mulieres. de quibus faciunt duas cordas [f] et ligant unamquamque post aurem.[g] [1] Pedes autem modicos habent.[h]

3. Uxores vero [i] habet unusquisque quot [j] potest [k] tenere, aliquis centum, aliquis quinquaginta,[l] aliquis decem, aliquis plures,[m] aliquis [n] pauciores. Et omnibus parentibus generaliter coniunguntur, excepta matre filia et [o] sorore ex eadem matre. Sorores [p] autem ex patre tantum [q] et uxores etiam patris post mortem ducere possunt ; uxorem etiam fratris alter frater iunior post mortem ducere potest [r] vel alius de parentela iunior [s] ducere tenetur. Reliquas [t] mulieres omnes [u] sine ulla differentia ducunt [v] uxores, et emunt eas valde pretiose a parentibus suis. Post mortem maritorum de facili ad coniugia secunda non [w] migrant, nisi quis velit suam novercam ducere in uxorem.[x] [2]

4. Vestes autem [y] tam virorum quam [z] mulierum sunt uno modo formate. [3] Cappis palliis vel caputiis vel pellibus non utuntur, tunicas vero portant de bucarano [a] purpura vel bal-

---

[a] BP *similiter.* — [b] BVTO *raduntur.* — [c] BP om. *que rasure.... radunt;* TO *raduntur.* — [d] BP om. *usque.* — [e] C *tondendo ;* V loco *sinunt* hab. *faciunt.* — [f] V *coronas.* — [g] T *post et ante.* — [h] BPV add. *De coniugio ;* B *Tartarorum ;* P *ipsorum.* — [i] PT om. *vero.* — [j] BV *quod.* — [k] V add. *habere vel.* — [l] BP *quadraginta.* — [m] BPVT add. *et.* — [n] L *vel.* — [o] L *vel ;* O loco *filia matre* hab. *filia matris.* — [p] CBPVL *sororibus.* — [q] T *tamen.* — [r] C om. *ducere.... potest ;* VLO om. *ducere potest.* — [s] O *vicinior ;* G *minor.* — [t] BP add. *vero.* — [u] BP om. *omnes.* — [v] L add. *in.* — [w] P om. *non ;* O om. *secunda.* — [x] BPV add. *De vestibus ;* PV *eorum.* — [y] T om. *autem.* — [z] B om. *tam, quam,* hab. *ac.* — [a] C *bucano ;* L *bukerano.*

---

[1] Cf. Rubruc, cap. VI, n. 1.
[2] Cf. ibid., cap. VII, n. 4.
[3] Cf. ibid., cap. VI, n. 2.

Digitized by Google

dakino [a] [1] in hunc modum formatas: a summo [b] usque deorsum sunt scisse et ante pectus duplicantur, a latere vero [c] sinistro una, et in dextro tribus ligaturis nectuntur, in latere etiam sinistro usque ad brachiale [d] sunt scisse. [2] Pellicia cuiuscumque sunt generis in eumdem [e] modum formantur, [f] superius tamen pellicium exterius habet pilos, [g] sed a posterioribus est apertum; [3] habet [h] tamen caudulam [i] unam usque ad genua [j] retro.[k]

5. Mulieres vero que [l] sunt maritate habent unam [m] tunicam valde amplam, et usque ad terram ante scissam. [4] Super capud habent unum quid [n] rotundum de viminibus vel de cortice factum, quod in longum protenditur ad unam ulnam, et in summitate desinit in quadrum, et ab imo usque ad summum in amplitudine semper crescit, et in summitate habet [o] virgulam unam longam et gracilem de auro vel de argento seu de ligno, vel etiam pennam, et est assutum super unum pelleolum quod protenditur usque [p] ad humeros. Et tam pelleolum [q] quam [r] instrumentum predictum est tectum de [s] bucarano seu purpura vel baldakino, [t] sine quo [u] instrumento coram

---

[a] C *baldaxino*; G *baldacino*; L *baldekino*. — [b] L *supremo*; V om. *usque*. — [c] V *etiam*. — [d] CB *brachale*; P *bracales*; V *bracile*. — [e] BP *hunc*. — [f] G *formata*. — [g] PVLO *pilum*. — [h] P om. *habet*; B *tantum*; L *autem*. — [i] V *cautelam*. — [j] V *genitalia*. — [k] T om. *superius tamen.... retro*. — [l] T add. *non*. — [m] L om. *unam*. — [n] C add. *cortice*. — [o] O om. *et ab imo.... habet*. — [p] L om. *usque*. — [q] T *pillium*; O *pulliolum*. — [r] B om. *protenditur.... quam*; L om. *Et tam.... quam*. — [s] V *cum*; O om. *tectum*. — [t] P om. *seu.... baldakino*. — [u] V om. *quo*; apud P post *instrumento* sequitur *sive purpura et baldakino*, quod antea, cf. notulam praecedentem, omiserat.

---

[1] Bucaranum intelligendum est pro quodam strato, cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 47-48; purpura verisimiliter quoddam vellutum sibi vult, Rockhill, *The Journey*, 71, n. 2; secundum Yule-Cordier autem purpura potius pannum indicaret quam colorem rubrum, *The Book*, I, 65-66, n.; demum baldakinum, cuius nomen a civitate Baldac ortum habuit, Yule-Cordier, *The Book*, I, 65, pannum valde divitem figuris ornatum indicat, Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, II, 697.

[2] Cf. Rubruc, cap. VI, n. 2.

[3] Cf. ibid., cap. V, n. 4.

[4] Cf. ibid., cap. VI, n. 2.

Digitized by Google

hominibus nunquam vadunt, et per hoc ab aliis mulieribus [a] cognoscuntur.[1] Virgines autem et iuvenes mulieres cum magna difficultate a viris [b] possunt discerni, quia [c] per omnia vestiuntur ut viri.[2] Pelleola habent alia quam alie nationes, quorum formam intelligibiliter [d] describere non valemus.[e]

6. Stationes habent rotundas in modum tentorii preparatas de virgis et baculis subtilibus factas. Supra vero in medio rotundam habent fenestram,[f] unde lumen ingreditur et ut [g] possit fumus exire, quia in medio faciunt ignem semper. Parietes autem et tecta filtro sunt cooperta,[h] hostia etiam [i] de filtro sunt facta. Quedam stationes sunt magne et quedam [j] parve [282] secundum dignitatem vel hominum [k] parvitatem ; quedam solvuntur [l] subito et reparantur et super sumarios [m] deferuntur; quedam disolvi non possunt sed in curribus defferuntur.[n] Minoribus autem in curru [o] ad deferendum unus bos, maioribus tres vel quatuor [p] vel etiam [q] plures, secundum quod magna est,[r] sufficiunt ad portandum.[s] [3] Quocumque vadunt sive ad bellum sive alias semper illas [t] deferunt secum.[u]

---

[a] P om. *mulieribus.* — [b] L add. *suis.* — [c] BP *quoniam ;* L *quum.* — [d] G *intelligibiter.* — [e] T om. *pelliola habent.... valemus ;* B add. *De stationibus ;* PV *De habitaculis ;* V *Tartarorum ;* P *eorum ;* O add. *Habitacula eorum.* — [f] T om. *rotandam.... fenestram ;* O hab. *unde lumen ad eos ingreditur et fumus exitur.* — [g] T om. *ut.* — [h] BPT operta. — [i] V om. *filtro.... etiam.* — [j] P add. *vero ;* BPVG add. *sunt.* — [k] G *homini ;* V *paucitatem.* — [l] G *solvuunt.* — [m] G *supra sumarios ;* C *luminarios ;* P *somarios.* — [n] O om. *quedam.... defferuntur.* — [o] B om. *in curru.* — [p] V *quantumcumque.* — [q] BP om. *etiam.* — [r] L *vel quod est magis.* — [s] T om. *minoribus autem.... portandum ;* C add. *et ex ;* T add. *quia.* — [t] C *illa ;* B om. ; P *deferant.* — [u] BPV add. *De rebus eorum.*

---

[1] Cf. ibid., cap. VI, n. 3. Hoc capitis ornamentum, apud Rubruc Bocca aut Bogtak apud alios nominatum, etiam apud Vincentium Bellovacensem, Odoricum de Portu Naonis et alios invenitur, cf. relationem B. Odorici, cap. XXVI, n. 4 ; Quatremère, *Histoire des Mongols de la Perse*, 102 ; Rockhill, *The Journey*, 73-74 ; Beazley, *The Texts*, 312, n. 5 ; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 222-24 ; IV, 267.

[2] Cf. Rubruc, cap. VI, n. 2.

[3] Cf. ibid., cap. II, nn. 2-3 ; Rockhill, *The Journey*, 54-55, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 309, n. 1, ibi etiam copiosa bibliographia invenitur ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 145-46.

Digitized by Google

7. In animalibus sunt divites valde, in camelis, bobus, ovibus, capris ; de equis et iumentis [a] tantam multitudinem habent, quantam non credimus habere [b] alium totum mundum ; porcos et bestias alias minime habent.

8. Imperator, duces et alii magnates in auro et argento et serico et lapidibus preciosis et gemmis [c] multum habundant.[d]

De cultu Dei,[e] de hiis que credunt [f] esse peccata, de divinationibus et purgationibus [g] et ritu funeris,[h] etc.[i]

Cap. III.

1. Dicto de hominibus supponendum [j] est de ritu, de quo tractabimus in hunc modum : primo dicemus de cultu, secundo de hiis que credunt esse peccata, tercio de divinacionibus et purgacionibus peccatorum, quarto [k] de ritu funeris.[l]

2. Unum Deum credunt, quem credunt esse factorem [m] omnium visibilium et invisibilium, et credunt ipsum [n] tam bonorum in hoc mundo quam penarum esse datorem ; [o] non tamen orationibus vel laudibus aut ritu aliquo ipsum colunt. Nichilominus habent ydola quedam de filtro ad ymaginem [p] hominis facta,[q] et illa ponunt ex utraque parte hostii stationis, et subtus [r] illa ponunt quiddam [s] de filtro in modum uberum factum, et illa [t] credunt esse pecorum [u] custodes, ac eis beneficium [v] lactis ac pullorum prestare ; [1] alia [w] vero fa-

---

[a] P om. *sunt divites.... iumentis ;* L *iumentorum,* om. *et.* — [b] BO om. *habere ;* L om. *alium ;* O hab. *quantum credimus aliquis alius per totum mundum.* — [c] C *geminis.* — [d] BPVLTO om. *Imperator.... habundant ;* O add. *E thec de eorum habitaculis et animalibus sufficiunt.* — [e] BPL om. *Dei.* — [f] B *creduntur.* — [g] L add. *suorum ;* BPVL add. *peccatorum.* — [h] L add. *eorum.* — [i] BPVL om. *etc. ;* T *De ritu eorum in cultu ;* O om. *titulum.* — [j] L *dicendum.* — [k] T om. *de divinationibus.... quarto.* — [l] BV add. *De cultu ;* P *De ritu ;* PV *eorum.* — [m] V om. *quem credunt ;* CO *fortiorem.* — [n] L *eum.* — [o] L *factorem.* — [p] G *ymagines.* — [q] BP *Nichilominus habent stationes et subtus illas ponunt ydola.* — [r] O *subter ;* B *illas.* — [s] C *quidam.* — [t] BP *que.* — [u] C *peccatorum.* — [v] G *veneficium.* — [w] V *alii.*

---

[1] Idola haec emegeldschi nominantur et ut custodes atrii et pecorum habentur, Gombojew, *Randbemerkungen,* 652-53.

Digitized by Google

faciunt de pannis sericis et illa multum [a] honorant.[1] Quidam ponunt illa in pulcro curru tecto ante hostium [b] stationis, et quicumque in [c] illo curru aliquid furatur, sine ulla miseratione occiditur.[d] Sed quando volunt illa ydola facere, omnes maiores domine conveniunt, que sunt in stationibus illis, et cum reverentia faciunt illa; et cum fecerint interficiunt ovem et manducant, et ossa eius igne comburunt. Et cum etiam puer aliquis infirmatur predicto modo faciunt ydolum, et ligant super lectum ipsius.[e] Duces millenarii et centenarii hercium [f] semper habent [g] in medio stationis.[2]

3. Predictis vero ydolis offerunt primum lac omnis pecoris et iumenti.[h] Et quando primo bibere vel comedere incipiunt, primo eis offerunt de cibariis vel de potu. Et quando aliquam bestiam interficiunt,[i] offerunt cor [j] ydolo, quod est in curru,[k] in aliquo cipho, et usque mane dimittunt,[l] et tunc auferunt de presencia eius et decoqunt et manducant. Primo etiam Imperatori [m] fecerunt ydolum quod posuerunt [n] in curru ante [o] stationem honorifice, sicut vidimus ante ordam Imperatoris istius,[p] cui offerunt munera multa; equos etiam offerunt [q] ei, quos nullus audet ascendere usque ad mortem; alia etiam [r] animalia eidem offerunt; que si occidunt ad manducandum nullum os confringunt ex eis sed igne comburunt.

---

[a] C add. *ignorant alias.* — [b] BP om. *sericis et.... hostium;* hab. *stationes.* — [c] LT *de.* — [d] V *occiduntur.* — [e] BPVLTO om. *Sed quando.... ipsius.* — [f] C *pratum;* BPVLTO *hyrcum* vel *hircum.* Hoc mendum manifestum quod in omnibus codicibus adest (S hab. *unum !*), facillime ope artis paleographicae intelligitur. — [g] C om. *habent.* — [h] C *murini.* — [i] L *occidunt;* T om. *primo eis.... interficiunt.* — [j] T *eorum.* — [k] BP add. *vel;* O om. *in curru.* — [l] V add. *ibi.* — [m] V *Imperatorum.* — [n] BPVL *faciunt, ponunt;* O *fecerunt, ponebant.* — [o] L add. *quam.* — [p] V *illius;* P *qui offert;* L om. *cui;* O om. *Imperatoris istius.* — [q] P *offert.* — [r] O om. *usque ad mortem;* BP om. *etiam.*

---

[1] Apud Buriatos sunt ex pelle leporum et aliorum animalium facta et hi Tschandaghatu ut venationis et belli protectores habentur, cf. ibid., 653; Pullé, *Historia Mongalorum*, 152-3.

[2] Est Iovis nomen, prout invocatur ut domus protector. Secundum usum antiquum et modernum, idolum quod ut maximus felicitatis donator habebatur, semper in medio stationis habebant, Gombojew, *Randbemerkungen*, 652.

Digitized by Google

Ei [a] etiam ad [b] meridiem tamquam Deo inclinant, et inclinare faciunt aliquos nobiles qui sese reddunt eisdem.[1]

4. Unde nuper contigit quod Michael [c] qui fuit unus de magnis ducibus Ruscie,[d] cum ivisset ad reddendum se Bati,[e] fecerunt eum [f] prius inter duos ignes transire. Post hoc dixerunt ei [g] quod ad meridiem Chingiscan [h] inclinaret; qui respondit quod Bati et servis [283] suis [i] inclinaret libenter, sed ymagini hominis mortui non inclinaret, quia non licet [j] hoc facere christianis. Et cum sepe diceretur ei [k] quod inclinaret, et nollet, mandavit ei dux [l] predictus per filium [m] Ierozlai [2] quod occideretur [n] si non inclinaret. Qui respondit quod pocius vellet mori, quam facere quod [o] non licet. Ac ipse [p] satellitem unum [q] misit, qui tam diu [r] contra cor eum in ventre calce percussit, quousque defficeret. Tunc quidam de suis [s] militibus qui astabat. confortavit [t] eum dicens: « Esto constans,[u] quia pena hec non diu tibi durabit, et statim sequetur gaudium sempiternum ». Post[l] hec fuit ei [v] capud cutello [w] precisum.[3] Militi etiam [x] predicto fuit capud cum [y] cutello amputatum. [z] [4]

---

[a] VL *Et.* — [b] BP *in.* — [c] C *Nichael,* alibi semper *Michael.* — [d] C *Mscie,* hoc mendum usque relationis medium invenitur, postea vero *Ruscie ;* L *Ruchie ;* V *Ruzie.* — [e] BP *Bathi ;* V *Bathy.* — [f] B om. *eum.* — [g] BPVL om. *ei.* — [h] C (*Chingis*) *cim ;* G *cum ;* B *chan.* — [i] BPV add. *etiam.* — [j] C *liceret ;* O om. *facere.* — [k] L om. *ei.* — [l] L om. *dux.* — [m] B om. *predictus.... filium ;* O add. *suum ;* C *Ieraslai ;* G *Ieroslai ;* P *Iescozlai ;* L *Ierozlay.* — [n] C *occideret.* — [o] L *hoc faceret quia ;* O *ei inclinare.* — [p] L *ille.* — [q] BP *suum.* — [r] BV om. *diu ;* P *tandem.* — [s] P *eius.* — [t] BPV *confortabat ;* L *confortans.* — [u] L *robustus.* — [v] O *et sic postea ;* VL *eius.* — [w] BPL *cultello ;* V *cutello,* sed deinceps semper *cultellus.* — [x] BPVL add *vero;* O *autem.* — [y] BPO om. *cum ;* P om. *cutello.* — [z] T om. *Unde nuper.... amputatum.* —

---

[1] Cf. Rubruc, cap. XIX, n. 7.

[2] Constantinum; post regressum de Tartaris an. 1245, Batu visitavit, Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches,* IV, 257, n. 19; Schiemann, *Russia-Polonia,* 230-31.

[3] Anno 1246, die 10 sept. martyrium subiit. Ab ecclesia orthodoxa ut sanctus veneratur; cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols,* II, 215; Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches,* IV, 28-30.

[4] S. Feodorus, cf. ibid.

Digitized by Google

5. Solem insuper lunam,[a] ignem et aquam venerantur et adorant et terram, eis ciborum et potus primicias offerentes, et mane potissime antequam commedant vel etiam bibant.[b] Et quia de cultu Dei nullam legem observant,[1] neminem adhuc quod intelleximus coegerunt [c] suam fidem vel legem negare, excepto Michaele, de quo dictum est supra.[2] Quid ulterius faciant ignoramus; presumitur tamen a quibusdam quod si monarchiam haberent, quod Deus avertat,[d] facerent quod omnes [e] isti ydolo inclinarent.[f]

6. Accidit etiam [g] dum adhuc essemus in terra, quod Andreas dux de Cherneglone,[h] [3] quod est in Ruscia, fuit apud [i] Bati accusatus quod educeret equos Tartarorum de terra et venderet alias,[j] et cum tamen non esset probatum, fuit occisus. Quod audiens iunior [k] frater eius, venit cum uxore occisi ad ducem predictum Bati, volentes [l] supplicare ne terra tolleretur eisdem. Qui dixit puero quod uxorem fratris carnalis predicti duceret in uxorem, et mulieri precepit ducere illum in virum, secundum consuetudinem Tartarorum.[4] Que [m] respondit dicens quod prius vellet occidi quam facere contra legem. At ille nichilominus tradidit eam [n] illi, quamvis ambo [o] renuerent quantum possent;[p] et duxerunt eos [q] ambos in lecto et posuerunt puerum super illam clamantem et plorantem, et coegerunt eos pariter commisceri.[r] [5]

---

[a] L *Igitur lumina et.* — [b] C *bibunt.* — [c] BPVLT om. *adhuc.... intelleximus*; habent *cogunt.* — [d] C *advertat.* — [e] G *omnis.* — [f] BPVLO om. *excepto.... inclinarent.* — [g] BPVL *tamen nuper;* B *cum.* — [h] B om. *de*, hab. *Urmiglone*; P *Urmyglone;* V *Sirrviglone;* L *Scirvogle;* O *Chernigloszze.* — [i] BP *ad.* — [j] P *aliis.* — [k] C *minor.* — [l] L *volens.* — [m] C om. *que;* L *qui.* — [n] BPV om. *eam.* — [o] C *ambe;* BPVLO om. *ambo.* — [p] B *renuerunt;* L *renuerat.... posset;* V *possunt.* — [q] LO om. *eos.* — [r] BPVLO om. *pariter*

---

[1] Altunian, *Die Mongolen*, 61-64; Pullé, *Historia Mongalorum*, 148-54.

[2] Cf. Matthaeus Parisiensis, VI, 114: Rex Tartarorum.... unumquemque permittit stare in suo cultu..., nec aliquem compellit ad cultum sui contrarium. Cf. sub n. 4.

[3] Andreas de Chernigow, filius Mstisslaw Kioviensis, in praelio super Kalkam habito occisus fuit, Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches*, IV, 261, n. 41.

[4] Cf. supra, cap. II, n. 3.

[5] Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches*, IV, 46.

Digitized by Google

7. Quamvis [a] de iusticia facienda, vel peccato cavendo nullam habeant legem, nichilominus [b] tamen habent aliquas traditiones, quas dicunt esse peccata, quas [c] confinxerunt ipsi vel antecessores [d] eorum. Unum est figere cutellum in igne, vel etiam quocumque modo tangere ignem [e] cutello, vel cum cutello extraere de caldario carnes,[f] iuxta ignem incidere cum securi ; [1] credunt enim [g] quod sic [h] auferri debeat capud igni. Item appodiare se ad flagellum cum quo percutitur equus,[i] ipsi enim calcaribus non utuntur ; item [j] tangere flagello sagittas ; item iuvenes aves accipere vel occidere ; cum freno equum percutere ; item os cum alio osse frangere ; item lac vel aliquem potum vel cibum super terram effundere ; in statione mingere, sed si voluntarie facit occiditur, si autem aliter,[k] oportet quod pecuniam multam solvat incantatori qui purificet eos, et [l] faciat et [m] stationem et ea que in ipsa sunt inter duos ignes transire ; sed antequam sic purificetur [n] nullus audet intrare nec de ipsa aliquid reportare. [o] Item si alicui morsellus [p] imponitur et deglutire non potest, et de ore suo eicit eum, fit foramen sub [q] statione et extrahitur [r] per illud foramen, et sine ulla miseratione occiditur ; item si quis calcat limen [s] stationis alicuius ducis, interficitur [t] eodem modo.[u] [2] Et multa habent hiis [v] similia, de quibus longum esset [w] enarrare.[x]

---

et add. *coactione non conditionali* (V *conditione*) *sed absoluta ;* T om. *Accidit etiam.... commisceri ;* BPVT add. *De hiis que credunt esse peccata.*

[a] T *Et licet.* — [b] TO om. *nichilominus.* — [c] C om. *dicunt.... quas.* — [d] L *et patres ;* T *parentes ;* O *sui.* — [e] L om. *ignem ;* O om. *cutello.* — [f] O om. *extraere.... carnes ;* BPVLO add. *etiam,* post *iuxta ignem.* — [g] L add. *etiam.* — [h] T om. *sic.* — [i] O add. *dicunt esse peccatum.* — [j] BP *ipsi enim ingenti vel utuntur, vel* ; BP loco *item* hab. *vel.* — [k] O add. *quam voluntarie id fecerit ;* BP *solvant ;* LO *peccunia solvatur ;* O *magnam pecuniam solvat.* — [l] BPVL om. *et ;* B *faciet.* — [m] BPVL *etiam.* — [n] BP *fiat.* — [o] BPVO *exportare ;* L *portare.* — [p] L *morsus.* — [q] P *in.* — [r] O add. *ipse miser ;* L *extrahunt.* — [s] C add. *super,* om. *limen.* — [t] BP *occiditur.* — [u] T om. *si autem aliter.... modo.* — [v] V om. *habent ;* L om. *hiis.* — [w] VL *est.* — [x] BP om. *de quibus.... enarrare.* —

---

[1] Actus qui tempore Iohannis de Plano Carpini ut peccaminosi habebantur, adhuc hodie, fere omnes, ut tales habentur, Gombojew, *Randbemerkungen,* 653.

[2] Cf. infra, cap. IX, n. 33 ; Rubruc, cap. XIX, n. 5 ; Odoric., cap. XXVI, n. 5.

Digitized by Google

8. Sed homines occidere, aliorum terras invadere, res aliorum accipere quocumque iniusto modo, fornicari [284], aliis hominibus iniuriari,[a] facere contra prohibitiones et Dei [b] precepta, nullum est peccatum apud [c] eos.

9. De vita eterna [d] et dampnatione perpetua nichil sciunt. Credunt tamen quod post mortem in alio seculo vivant et [e] greges multiplicent, comedant, bibant et alia faciant [f] que in hoc seculo a viventibus hominibus fiunt.[g]

10. Divinationibus, auguriis, auruspiciis et [h] veneficiis, incantationibus [i] multum intendunt,[1] et cum a demonibus eis respondetur,[j] credunt quod Deus ipsis loquatur. Quem Deum nominant Itoga,[k] sed Comani [l] Kam ipsum [m] appellant, quem mirabiliter timent et reverentur ac ei [n] oblationes offerunt multas et primicias ciborum et potus, et [o] secundum [p] responsum ipsius faciunt universa.[q] [2] In principio [r] lunationis vel in plenilunio incipiunt quicquid novi agere volunt, unde illam magnum Imperatorem [s] appellant, eique genua flectunt et deprecantur. Solem etiam [t] dicunt esse matrem lune, eo quod lumen a sole recipiat. Et ut breviter dicam per ignem credunt omnia [u] purificari. Unde quando nuncii veniunt ad eos vel principes vel quecumque [v] persone, oportet ipsos et munera que portant per duos [w] ignes transire ut purificentur, ne forte veneficia fecerint, et [x] venenum vel aliquid mali por-

---

[a] PT *iniuriam.* — [b] O om. *precepta;* V om. *Dei.* — [c] B *inter.* — [d] T *etiam;* O *autem.* — [e] BPVLT om. *et.* — [f] B om. *et.... faciant.* — [g] BPV add. *De divinationibus;* BP *et purgationibus peccatorum;* V *ipsorum.* — [h] BPVL om. *et.* — [i] C *incantantibus.* — [j] L *ipsis;* V *respondeatur.* — — [k] B *Yota;* L *vocant Ytoga.* — [l] C delevit *ipsi,* quod G in textu conservat. — [m] L add. *id est imperatorem;* O *vocant.* — [n] CB *eis;* L om. — [o] BPVL om. *et.* — [p] V add. *etiam;* L add. *autem.* — [q] B om. *universa.* — [r] BP add. *enim;* VLO add. *etiam.* — [s] V add. *nominant et;* O *vocant.* — [t] VL om. *etiam.* — [u] V add. *purgari vel.* — [v] BPVLO *qualescumque.* — [w] BP *domos.* — [x] BPV *aut.*

---

[1] Maxime, etiam apud modernos Mongolos aestimantur, Gombojew, *Randbemerkungen,* 655; Altunian, *Die Mongolen,* 62.

[2] Itoga est emblema religionis schamanicae, cf. Yule-Cordier, *The Book,* I, 256-59, n. 1; Rubruc, cap. XXXIV, nn. 19-20; Rockhill, *The Journey,* 246, n. 2.

Digitized by Google

taverint.[a] [1] Item si cadat [b] ignis de celo super peccora vel super homines, quod ibidem sepe contingit, sive aliquid talium eveniat [c] eis, per quod immundos seu infortunatos se reputent, oportet simili modo [d] per incantatores mundari. Et quasi omnem spem suam in talibus posuerunt.[e]

11. Quando aliquis eorum infirmatur ad mortem,[f] ponitur una hasta, et circa [g] illam filtrum circumvolvitur [h] nigrum, et ex tunc nullus audet alienus terminos [i] stationum eius intrare.[2] Et quando [j] incipit agonizare, quasi [k] omnes recedunt ab eo, quoniam nullus de hiis qui morti eius assistunt, potest ordam alicuius ducis [l] vel Imperatoris usque ad novam lunationem [m] intrare.[n] [3]

12. Cum autem mortuus est, si est de minoribus,[o] sepelitur occulte in campo ubi placuerit eis. Sepelitur autem [p] cum una de stationibus suis [q] sedendo in medio eius, et ponunt mensam ante eum, et alveolum [r] carnibus plenum et ciphum lactis iumentini.[s] Et sepelitur [t] cum eo unum iumentum cum pullo et equus cum freno et sella, et alium equum comedunt et [u] stramine corium [v] implent, et super duo ligna [w] vel quattuor altius [x] ponunt, ut habeat in alio mundo stationem ubi moretur, et iumentum de quo habeat lac et possit sibi etiam equos multiplicare et equos [y] in quibus valeat equitare. Et ossa illius equi quem comedunt, pro [z] anima eius comburunt ; et

---

[a] L om. *ne forte.... portaverint ;* B *Vel.* — [b] BPVLO *cadit.* — [c] L *evenerit.* — [d] VL *similiter.* — [e] T om. *Divinationibus.... posuerunt ;* PV add. *De ritu funeris ;* V *eorum.* — [f] L *in statione eius ;* T add. *ad capud eius.* — [g] L *contra.* — [h] B *involvitur ;* T *volvitur magnum.* — [i] L *postes ;* T *alienos ;* BP *stationis ;* L om. *eius.* — [j] B *tunc.* — [k] L om. *quasi.* — [l] B *ducum.* — [m] BP *lunam.* — [n] BP *transire ;* B add. *De ritu funeris.* — [o] L *maioribus.* — [p] P om. *autem.* — [q] BPVLTO *statione.* — [r] C *alveorum ;* L *alveum.* — [s] V om. *lactis.* hab. *ciphum etiam iumentum ;* B *iumenti ;* O add. *plenum.* — [t] BPVLT om. *Et ;* post *sepelitur* BPVT *etiam ;* LO *autem.* — [u] P *cum.* — [v] P corum. — [w] T om. *ligna.* — [x] O om. *vel quatuor ;* C *alicuius ;* G *alicus.* — [y] L add. *etiam ;* O om. *et equos.* — [z] G *per.*

---

[1] Cf. infra, cap. IX, n. 14; Benedict., infra, n. 5; Rubruc, cap. XXXV, n. 3.

[2] Cf. Rubruc, cap. VIII, n. 5 ; Gombojew, *Randbemerkungen*, 655.

[3] Cf. Rubruc, cap. VIII, n. 3.

Digitized by Google

sepe etiam conveniunt mulieres ad comburendum ossa pro animabus [a] hominum, ut nostris vidimus oculis et ab aliis intelleximus ibidem. Vidimus etiam quod Occedaican, pater istius Imperatoris, dimisit unum virgultum crescere pro anima sua. Unde precepit quod nullus incideret ibi, et quicumque incidit ibi aliquam virgam, ut ipsi vidimus, verberatur,[b] expoliatur et male tractatur. Et cum nos multum indigeremus ad equum percutiendum, non fuimus ibi ausi incidere unam virgam.[c] Aurum et argentum sepeliunt eodem modo cum ipso; currus in quo ducitur frangitur, et statio sua destruitur,[d] nec nomen proprium eius usque ad terciam generationem audet aliquis nominare.[1]

13. Alius est etiam modus sepeliendi quosdam maiores. Vadunt in campo occulte et ibi [e] [285] gramina removent cum radicibus, et faciunt foveam magnam, et in latere illius fovee faciunt unam foveam [f] sub terra, et illum servum quem habet [g] dilectum ponunt sub eo. Qui iacet tam diu sub ipso quod [h] incipit quasi [i] agonizare, et [j] deinde extrahunt eum [k] ut valeat respirare, et sic faciunt ter. Et si evadit, est postea liber et facit quicquid placuerit ei, et est magnus in statione ac inter parentes illius. Mortuum autem ponunt [l] in fovea, que est in latere facta, cum hiis que superius dicta sunt.[m] Deinde replent foveam que est ante foveam suam, et [n] desuper gramina ponunt ut fuerant [o] prius,[p] ad hoc ne locus ulterius valeat inveniri. Alia etiam faciunt ut superius [q] dictum est, sed tentorium suum exterius relinquunt in campo.[r] [2]

---

[a] G *animalibus.* — [b] C *verberabatur.* — [c] BPVLTO om. *Et ossa.... virgam.* — [d] C om. *et statio.... destruitur.* — [e] T add. *multa.* — [f] BPVLT om. *foveam;* T pro *unam* hab. *aliam.* — [g] TO *habent;* O add. *specialiter.* — [h] B om. *sub ipso;* L *sub eo donec.* — [i] BPL om. *quasi.* — [j] BPVLT om. *et* — [k] C om. *eum.* — [l] V *sepeliunt.* — [m] O add. *de maiori sepultura;* T *Demum.* — [n] C *etiam.* — [o] C *fuerat;* BP *fuerunt.* — [p] O om. *desuper.... prius;* T *adeo.* — [q] BPVL om. *etiam* et *superius.* — [r] BPVL om. *sed tentorium.... campo;* TO om. *alia etiam.... campo.*

---

[1] Cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 60; Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 59-60.

[2] Cf. Rubruc, cap. VIII, n. 4. Tamen non omnino cum fr. Iohanne de Plano Carpini quadrat. Dicit enim: « Iuxta sepulturam defuncti

Digitized by Google

14. In terra eorum sunt cimiteria duo. Unum in quo [a] sepeliuntur Imperatores, duces [b] et nobiles omnes, et ubicumque moriuntur, [c] si congrue fieri potest, illuc defferuntur. [d] Sepelitur autem [e] cum eis aurum et argentum multum. Aliud est in quo sepulti sunt [f] illi qui in Hungaria [g] interfecti fuerunt ; multi enim ibidem occisi [h] fuerunt. Ad illa cimiteria nullus audet accedere preter [i] custodes, qui ad custodiendum positi sunt ibidem. Et si aliquis [j] accesserit, capitur, expoliatur, [k] verberatur et valde [l] male tractatur. Unde nos ipsi inscienter [m] intravimus terminos cimiterii eorum [n] qui in Hungaria fuerunt occisi, et venerunt super [o] nos, nos [p] sagitare volentes. Sed quia eramus nuncii et nesciebamus [q] consuetudinem terre, nos liberos dimiserunt abire.

15. Parentes autem [r] et omnes alios [s] qui morantur in stationibus suis oportet purificari per ignem. Que purificatio fit hoc modo : faciunt duos ignes, et duas hastas ponunt iuxta ignes, et unam cordam in summitate hastarum, [t] et ligant super cordam illam quasdam scissuras de buccarano ; sub [u] qua corda et ligaturis inter illos duos ignes transeunt homines, bestie ac stationes. Et sunt due mulieres, una hinc et alia inde, aquam prohicientes et quedam carmina recitantes. Et si aliqui currus ibi [v] franguntur, vel etiam res ibidem alique cadunt, incantatores accipiunt. Et si aliquis occiditur a tonitruo, omnes illos [w] homines qui morantur in stationibus illis, oportet predicto modo per [x] ignes transire ;

---

[a] BP om. *unum*, hab. *in quibus*. — [b] C om. *duces*. — [c] C *moriantur*. — [d] C *illic defferunt*. — [e] BV om. *autem*. — [f] LO *sepeliuntur*, om. *illi*. — [g] BPVLT *Ungaria*. — [h] B *interfecti*. — [i] GP *propter*. — [j] V add. *alius*. — [k] L *spoliatur et*. — [l] BPO om. *valde*. — [m] BPVLO *nescienter*. — [n] G *cimeteri ;* BP *illorum ;* VL om. *eorum*. — [o] G *supra ;* BPVL om. *nos*. — [p] C *illi ;* O quem hic sequimur, bonam lectionem habet ; PL *sagitte volantes*. — [q] L *nescientes*. — [r] BP *etiam*. — [s] BP om. *alios ;* L *alii*. — [t] BP om. *hastarum*. — [u] B *super*. — [v] BPV *ibidem*. — [w] VO om. *illos*. — [x] L om. *per*.

---

semper relinquunt domum unam, si est de ... genere Chingis.... Illius qui moritur ignoratur sepultura ; et semper circa loca illa, ubi sepeliunt nobiles suos est una herbergia hominum custodientium sepulturas ». Cf. etiam Rockhill, *The Journey*, 80-82, n. 2.

Digitized by Google

statio, lectus,[a] currus, filtra[b] et vestes et quicquid talium habuit[c] a nullo tanguntur, sed tamquam immunda[d] ab omnibus respuuntur.[e] [1]

De moribus[f] bonis et malis, et consuetudinibus, et cibis eorum[g] etc.[h] Cap. IV.

1. Dicto de ritu, dicendum est de moribus, de quibus tractabimus isto[i] modo: primo dicemus de bonis, secundo de malis, tertio de consuetudinibus, quarto de cibis.[j]

2. Predicti homines videlicet[k] Tartari sunt magis obedientes dominis suis quam aliqui homines qui sunt[l] in mundo, sive religiosi sive seculares, et magis reverentur[m] eosdem, neque de facili mentiuntur eis. Verbis ad invicem raro aut nunquam[n] contendunt, factis vero nunquam.[o] Bella, rixe, vulnera, homicidia inter eos nunquam[p] contingunt. Predones etiam et fures rerum magnarum non inveniuntur ibidem.[q] Unde stationes et currus eorum ubi habent the- [286] saurum[r] seris aut vectibus[s] non firmantur. Si[t] alique bestie perduntur, quicumque[u] invenit eas, vel dimittit sic eas[v] vel ducit eas ad homines illos qui positi sunt ad hoc;[w] homines autem quorum sunt bestie, apud eosdem illas requirunt,[x] et absque ulla[y] difficultate recipiunt eas.[z] Unus alium satis[a] honorat, et ad invicem sibi[b] satis sunt familiares, et cibaria, quamvis sint apud eos[c] pauca, tamen[d] satis inter se

---

[a] V om. *lectus*. — [b] BP *similiter*. — [c] L *habuerint*. — [d] BP om. *immunda*. — [e] T om. *Ad illa cimeteria.... respuuntur*. — [f] L om. *moribus*; P om. *bonis et malis et*; C *consuetudini*. — [g] B om. *eorum*; P *Tartarorum*. — [h] BPL om. *etc.*; VO om. totum titulum. — [i] LO *hoc*; O om. *tractabimus*. — [j] BPV add. *De bonis*; PV *moribus*; P *Tartarorum*; V *ipsorum*. — [k] L *scilicet*; T *seu*. — [l] L om. *qui sunt*. — [m] V *reverentes.... nec*. — [n] T om. *aut nunquam*. — [o] BPVTO *nequaquam*. — [p] O om. *vulnera*; L *non*. — [q] L *inter eos*. — [r] BPVL add. *suum*; T add. *sine*. — [s] C *nectibus*; P *nec*; O *servantur*. — [t] V *sed*. — [u] G *quique*; BPVLT *invenerit*. — [v] BPVLT *esse*. — [w] C *hec*. — [x] B *requirent*. — [y] C *illa*; O om. — [z] VL *illas*; T *ipsas*. — [a] B om. *satis*. — [b] L om. *sibi*. — [c] L *inter illos*. — [d] P om. *sunt familiares.... tamen*.

---

[1] Cf. supra, cap. III, n. 10, et Rockhill, *The Journey*, 240-41, n. 2; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 208, et n. 2.

Digitized by Google

competenter comunicant illa.[a] Et etiam[b] satis sunt sufferentes. Unde cum ieiunant una die vel duobus nichil comedentes omnino, de facili non videntur impatientes sed cantant, ludunt quasi comederint[c] bene. In equitando multum sustinent frigus, etiam et[d] calorem nimium[e] patiuntur. Nec sunt homines delicati; invidiosi[f] ad invicem non videntur; inter eos quasi nulla placita sunt. Nullus alium spernit, sed iuvat et promovet quantum[g] congrue potest.[1]

3. Mulieres eorum sunt caste, nec de impudicitia ipsarum[h] aliquid inter eos[i] auditur; verba tamen quedam ex eis in ioco[j] satis habent turpia et impudica.[2] Seditiones[k] inter eos[l] raro vel nunquam habere videntur.[m] Et quamvis multum inebrientur, in ebrietate tamen[n] sua verbis vel factis nunquam contendunt.[o]

4. Descriptis eorum moribus bonis,[p] de malis est supponendum. Superbissimi sunt aliis hominibus et despiciunt omnes,[q] immo quasi pro nichilo reputant eos, sive nobiles sive ignobiles sint.[3]

5. Vidimus enim in curia Imperatoris nobilem virum Jerozlaum, magnum ducem Ruscie,[4] filium etiam Regis et Regine Georgianie,[r] [5] et Soldanos multos et magnos,[s] ducem etiam Solan-

---

[a] C *illam*; V *ea*; O *curialiter*. — [b] V om. *Et*; BPL om. *etiam*. — [c] C *comederent*. — [d] BPL om. *etiam*; V om. *et*. — [e] BP add. *quandoque* (*nimium*); VO add. *sustinent et*; O om. *patiuntur*. — [f] L *invidi*. — [g] BP *quantumcumque*; B om. *congrue*. — [h] BPVL *earum*. — [i] BPVL *eas*. — [j] O add. *ab eis et de eis*; C *loco*; T *vicio*. — [k] B add. *autem*; L add. *vero*. — [l] BPV *se*. — [m] LO *audiuntur*. — [n] BP om. *tamen*. — [o] O add. *nec inter se quoquomodo propter hoc rixantur*; BPV *De malis moribus eorum*; B om. *eorum*. — [p] L om. *Descriptis.... bonis*, hab. *Nunc de malis moribus eorum est*. — [q] C *homines*; BP *eos*; L *ideo*. — [r] BPV *Iorganie*; L *Georgranie*; O *Iordanie*. — [s] L om. *et magnos*.

---

[1] Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 58.

[2] Hodie ista laudata pudicitia non amplius existere videtur, cf. Pullé *Historia Mongalorum*, 157.

[3] Cf. Rubruc, cap. IX, n. 3.

[4] Ieroslaus II de Volodimir et Susdal, cf. Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches*, IV, 26-28; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, II, 76-77.

[5] Sc. David, cf. infra, cap. VII, 7. Iuxta d'Ohsson hic legitimus David nominabatur, quamvis Iohannes de Plano Carpini eum Melic,

Digitized by Google

gorum [a] nullum honorem debitum recipere [b] apud eos, sed Tartari qui erant eis assignati, quantumcumque erant viles, antecedebant eos, et semper primum locum et summum tenebant; immo sepe oportebat eos post eorum posteriora sedere.[c]

6. Iracundi sunt hominibus aliis multum et indignantis nature, et etiam [d] aliis hominibus [e] sunt mendaces, et fere nulla veritas invenitur in eis. In principio quidem sunt blandi, sed ultimo [f] pungunt ut scorpio. Subdoli sunt et fraudulenti, et si possunt astucia circumveniunt omnes. Homines [g] sunt immundi in sumendo cibum et potum et in aliis factis suis. Quicquid mali [h] volunt facere hominibus aliis, miro modo occultant, ut sibi providere non possint, vel contra eorum astutias [i] remedium invenire. Ebrietas honorabilis est apud eos, et cum aliquis [j] multum biberit,[k] ibidem reicit, nec propter hoc dimittit quin iterum bibat. Valde sunt cupidi et avari; exactores sunt [l] maximi ad petendum et [m] tenacissimi retentores et parcissimi donatores. Aliorum hominum occisio pro [n] nichilo est apud eos.[1] Et ut breviter dicam, omnes mali [o] mores propter prolixitatem in scripto redigi minime [p] possunt.[q]

7. Cibi eorum sunt omnia que mandi [r] possunt.[2] Comedunt enim [s] canes, lupos, vulpes et [t] equos, et [u] in necessitate carnes humanas manducant.[v] [3] Unde quando pugnaverunt contra quam-

---

[a] C *Salangorum*; LO *Soldanorum*. — [b] BP *accipere*; L *inter*. — [c] T om. *Vidimus enim.... sedere*. — [d] P om. *Iracundi.... et etiam*. — [e] P om. *aliis hominibus*; V add. *omnibus*; L add. *plus*. — [f] L *in fine*. — [g] T om. *In principio.... homines*; O om. *et si possunt.... homines*. — [h] L *Qui cum*; V om. *mali*. — [i] B *eos*; om. *astutias*. — [j] BPV om. *aliquis*; L *quis*. — [k] BPVLT *bibit*. — [l] PVLT om. *sunt*; T *magis*. — [m] BPVL om. *et*. — [n] BP om. *pro*. — [o] CPV *malos*; BPVLTO add. *eorum*. — [p] L *non*. — [q] BPV add. *De cibis*; PV *eorum*. — [r] BP *omnes*; B *quos mandere*; P *qui mandi*. — [s] L om. *enim*. — [t] PVT om. *et*. — [u] PV *etiam*. — [v] L om. *manducant*.

---

cf. infra, nominet. *Histoire des Mongols*, II, 206-07; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I, 299; Iste David filius erat Georgii Lascha et Reginae Rusudan.

[1] Cf. Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 57-59; Rubruc, cap. VIII, n. 2, dicit: « Homicidium puniunt capitali sententia ».

[2] Cf. Rubruc, cap. III, n. 1; cap. V, n. 1.

[3] Cf. Rockhill, *The Journey*, 63-64, n. 3.

Digitized by Google

dam civitatem Kitaorum,[a] ubi morabatur Imperator ipsorum,[b] quam obsederunt tam diu quod deffecerunt[c] ipsis Tartaris omnino expense, et quia[d] non habebant quid manducarent omnino, tunc accipiebatur de decem hominibus unus ad manducandum. Alluviones[e] que egrediuntur a iumentis cum pullis manducant. Immo eos etiam vidimus[f] pediculos manducare.[1] Dicebant enim : « Nunquid eos [287] debeo manducare, cum mei filii carnes manducant et ipsius sanguinem bibunt »?[g] Vidimus etiam ipsos[h] comedere mures.[1]

8. Mensalibus et manutergiis non utuntur. Panem non habent nec olera nec legumina nec aliquid aliud, nisi carnes de quibus[j] etiam tam paucas manducant,[k] quod alie nationes vix inde vivere[l] possent. Cum pinguedine carnium polluunt multum manus, quando vero[m] comedunt, eas ad ocreas suas vel ad gramina vel ad aliquid talium tergunt.[2] Solent etiam honestiores habere aliquos panniculos parvos cum quibus ultimo tergunt manus quando carnes manducant.[n] Unus eorum scindit[o] et alius[p] accipit cum puncto cutelli morsellos, et unicuique prebet, quibusdam plus, quibusdam minus, secundum quod eos magis et minus cupiunt[q] honorare. Scutellas non lavant, et si aliquando cum[r] brodio carnium lavant, iterum[s] cum carnibus in ollam reponunt. Ollas etiam[t] vel coclearia[u] vel alia vasa ad hoc deputata si abluunt, simili modo lavant.[3] Apud eos magnum peccatum est, si aliquid de potu vel de cibo perire[v] aliquo modo permit-

[a] BPL *Kytaorum* ; V *Kitarorum* ; T *Lyycaorum* ; B loco *ubi* hab. *ibi*. [b] BP *eorum* ; L *illam* ; V repet. *obsederunt*. — [c] P *defuerunt* ; T *defecerant*. — [d] T om. *quia*. — [e] V *illuviones* ; O om. ; BPVLO add. *etiam*. — [f] TO add. *mures et* ; O *comedere*. — [g] BPVL om. *Dicebant enim.... bibunt*. — [h] BPVL *eos*. — [i] TO om. *Dicebant enim.... mures*. — [j] BPVLO om. *de quibus* ; hab. *et*. — [k] BPVLO *habent*. — [l] T *inveniri*. — [m] BPL *cum (vero)* ; VL *comederunt*. — [n] B *comedunt* ; L *manducarunt*. — [o] BPVL *incidit*. — [p] BP *alter*. — [q] L *plus vel minus volunt*. — [r] C om. *cum*. — [s] BP add. *eas*. — [t] B *vero*. — [u] G *cocleria* ; BPL *caldaria*. — [v] C *periret*.

[1] Pullé, *Historia Mongalorum*, 157.

[2] Hodiedum adhuc idem usus valet, Gombojew, *Randbemerkungen*, 659-60.

[3] Cf. Rubruc, cap. VII, n. 1 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 158.

Digitized by Google

titur ; unde ossa, nisi prius extrahatur medulla, dare canibus non permittunt.[a] [1] Vestes suas[b] etiam non lavant nec lavari permittunt,[c] et maxime ab illo tempore[d] quando tonitrua incipiunt, usquequo[e] desinat illud tempus.[f] [2] Lac iumentinum[g] bibunt in maxima[h] quantitate si habent, bibunt[i] ovinum etiam et vaccinum, caprinum et etiam camelorum. Vinum, cervesiam, medonem[j] non habent, nisi ab aliis nationibus mittatur[k] vel donetur[l] eisdem.[3] In hyeme quoque,[m] nisi divites sint,[n] lac iumentinum non habent. Milium quoque[o] cum aqua decoqunt, quod[p] tam tenue faciunt, quod non comedere sed bibere possunt.[q] Unusquisque ex eis[r] bibit cyphum unum vel duos in mane, et nichil plus in die[s] comedunt ; in sero autem[t] unicuique parum de carnibus datur, et brodium de carnibus bibunt. In estate autem, quia[u] habent satis de lacte iumentino, carnes raro manducant, nisi forte donetur eis,[v] aut venatione aliquam bestiam ceperint sive avem.[w]

9. Legem autem[x] sive consuetudinem habent occidendi virum et mulierem quos[y] in adulterio invenerint[z] manifeste ; similiter et virginem si fornicata fuerit cum aliquo,[a] virum et mulierem occidunt.[4] Si aliquis invenitur in preda vel in furto[b] in terra potestatis eorum, sine ulla miseratione occiditur.[5] Item[c] si aliquis[d] denudat consilia, maxime quando volunt ire ad bellum,

---

[a] P *permittitur* ; T om. *Cum pinguedine.... permittunt.* — [b] L om. *suas.* — [c] V om. *Vestes.... permittunt.* — [d] L *ab illa hora.* — [e] L *donec.* — [f] L om. *illud tempus.* — [g] T *iumentorum.* — [h] BP *cum* ; BPV *magna.* — [i] C om. *in maxima.... bibunt* ; add. *et.* — [j] B *medones.* — [k] BP om. *mittatur.* — [l] T *portetur.* — [m] BPVL om. *quoque.* — [n] BP *qui non* ; CBP *sunt.* — [o] BPVL om. *quoque.* — [p] CB om. *quod.* — [q] BPVL add. *Et.* — [r] BP *eorum.* — [s] B om. *plus.... die* ; BPVL *manducant.* — [t] L om. *autem.* — [u] B *qui* ; L *tunc.* — [v] B *donentur* ; BPVL *eisdem.* — [w] T om. *In hyeme.... avem* ; BPV add. *De consuetudinibus eorum* ; P add. *et legibus.* — [x] BPVL *etiam* ; T om. *autem.* — [y] C *quem.* — [z] BPV *inveniunt.* — [a] BPVL om. *cum aliquo.* — [b] BPVLT add. *manifesto.* — [c] BP *Vel.... vel.* — [d] BPVLT add. *eorum.*

---

[1] Cf. Ibid., cap. III, n. 2.
[2] Cf. ibid., cap. VII, n. 1.
[3] Cf. ibid., cap. II, n. 9 ; cap. XXVIII, n. 1, 15 ; cap. XXIX, n. 17.
[4] Cf. Ibid., cap. VIII, n. 2 ; cf. Rockhill, *The Journey*, 79-80, n. 2.
[5] Cf. Ibid.

Digitized by Google

centum plage ei [a] dantur super posteriora,[b] quantum maiores [c] dare cum baculo magno unus rusticus potest.[1] Item quando aliqui de minoribus offendunt [d] in aliquo, a suis maioribus non parcitur eis, sed verberibus graviter affliguntur.[e] Inter filium concubine et uxoris nulla est differentia, sed dat pater unicuique [f] quod vult. Et [g] si est de genere ducum, ita est dux filius concubine sicut est filius uxoris [h] legitime. Et cum unus Tartarus [i] habet multas uxores, unaqueque [j] per se suam stationem et suam [k] familiam habet, et cum una bibit et comedit et dormit [l] una die, et altera [m] cum alia. Una tamen maior inter alias [n] est, et frequentius cum illa quam cum aliis commoratur. Et tamen cum multe sint, inter se de facili nunquam [o] contendunt.

10. Viri nichil operantur omnino exceptis sagittis, et etiam aliquantulam [p] de gregibus habent curam; sed venantur et se exercitant [q] [288] ad sagitandum.[2] Omnes enim a parvo usque ad magnum sagitarii sunt boni, et statim pueri eorum, quando [r] sunt duorum vel trium annorum, incipiunt equitare et [s] equos [t] regunt et currunt [u] in eis, et dantur eis arcus secundum suam etatem, et instruuntur ad sagitandum; agiles enim sunt valde necnon [v] et audaces.[3]

11. Virgines [w] et mulieres equitant et agiliter currunt in equis,[x] ut viri. Vidimus etiam eas pharetras et arcus portare. Et tam viri quam mulieres diu in equitando possunt durare. Brevissimas habent strepas, equos bene [y] valde custodiunt, immo

---

[a] PVL om. *ei.* — [b] BP add. *ipsius.* — [c] V *quanto*; C *maiore*; T *maiora.* — [d] V *aliquis.... offenderit.* — [e] T om. *Item quando.... affliguntur.* — [f] BPVL add. *eorum.* — [g] V *quod*; T *Etiam.* — [h] L om. *est* et *uxoris.* — [i] T add. *ut superius dictum est*; V om. *unus.* — [j] C *unamqueque.* — [k] BPVLT om. *suam.* — [l] C add. *in.* — [m] BPVLT add. *die.* — [n] BPVLT add. *ex ipsis.* — [o] VL *non.* — [p] B *aliquando.* — [q] P *exercent*; T *exercitum.* — [r] G *qui*; L *cum.* — [s] BPVLT om. *et.* — [t] C repet. *et equos.* — [u] VT *currus.* — [v] L om. *necnon.* — [w] V add. *enim.* — [x] B *cum*; BP *eis*; T om. *agiliter.* — [y] BPVLT om. *bene.*

---

[1] Rubruc, ibid., similem poenam habet pro reis parvi furti.

[2] Cf. ibid., cap. VII, n. 2.

[3] Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 76: ab Armenis medii aevi gens sagittaria vocabatur, cf. Rubruc, cap. XXXVIII, n. 3; Dulaurier, *Les Mongols d'après les historiens Arméniens*, 210.

Digitized by Google

rerum omnium sunt maximi conservatores. Mulieres eorum omnia operantur, pellicea vestes calceos ocreas et omnia [a] que de corio fiunt ; currus [b] etiam ducunt et reparant, camelos onerant, et velocissime sunt et strenue in omnibus operibus suis.[1] Femoralibus omnes mulieres [c] utuntur, et [d] alique sicut [e] viri sagitant.

De principio imperii [f] Tartarorum et principum eorum,[g] et dominio Imperatoris [h] et principum eius.[i] CAP. V.

1. Dicto de consuetudinibus, de ipsorum est imperio subnectendum.[j] Et primo [k] dicemus de ipsius [l] principio, secundo de principibus eius,[m] tertio de dominio Imperatoris [n] et principum eius.[o]

2. [p] Terra quedam est in partibus orientis, de qua dictum est supra,[2] que Mongal [q] nominatur.[3] Hec terra quondam populos quatuor habuit, unus Yekamongal,[r] id est magni Mongali vocabantur [s] [4] ; secundus Sumongal,[t] id est aquatici [u] Mongali vocabantur,[v] ipsi autem se ipsos Tartaros appellabant,[w] [5] a quodam

[a] BPVLT om. *omnia*. — [b] V *currum*. — [c] BPVLT om. *mulieres*. — [d] BPV om. *et*. — [e] C *sint* ; G *sicut*. — [f] C *imperatorii* ; P om. *imperii* ; L *De ipsorum imperio*, om. cetera. — [g] BP *principibus eius*. — [h] P add. *eorumdem*. — [i] P om. *et.... eius* ; V om. titulum. — [j] L *dicendum*.— [k] BPVT add. *quidem* ; L om. *dicemus*. — [l] T *ipsorum* ; BP add. *imperii*. — [m] BPL om. *eius* ; T om. *secundo.... eius*. — [n] T *postmodum de Imperatoribus*. — [o] PV om. *eius* ; BP add. *De principio imperii ipsius* ; P *Tartarorum* ; V *De exordio Tartarorum*. — [p] T add. *Notandum ergo quod*. — [q] C *Moangal* ; BPVLT *Mongol*. — [r] BPL *Yekamongol* ; V *de qua mongol* ; T *Yeramongol*. — [s] L *vocabatur*. — [t] C *Sumungal* ; VL *Summongol* ; T *Symongal*. — [u] B *antiqui*. — [v] BPVT om. *vocabantur*. — [w] VL *appellant*.

[1] Cf. ibid., cap. VII, n. 1.

[2] Cf. supra, cap. I, n. 3.

[3] Sic secundum accentum slavicum dicitur. In hoc Iohannes de Plano Carpini et Benedictus Polonus ab eorum conductoribus fuerunt instructi, cf. Beazley, *The Texts*, 274-75 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 165. Rubruc, cap. XVII, n. 4, dicit Moal, cf. Rockhill, *The Journey*, 112, n. 1 ; B. Laufer, *Die Sage von den goldgrabenden Armeisen*, 449, n. 3.

[4] Interpretatio *yeka* et *su* accurata est, cf. Rubruc, cap. XXIX, n. 45 ; Beazley, *The Texts*, 274 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 165.

[5] Yeka-Mongali ab auctoribus occidentis Mongol-Nyrûn, a Sinicis vero Nigri Thatha nominantur ; Su-Mongali, Tartari seu Albi Thatha

Digitized by Google

fluvio qui currit per terram illorum [a] qui Tartur [b] nominatur ; [1] alius appellabatur Merkit [c] [2] ; quartus Mecrit. [d] [3] Hii populi omnes unam [e] formam personarum et unam linguam habebant, [f] [4] quamvis inter se, per [g] provincias et principes essent divisi.

3. In terra Yekamongal [h] fuit quidam qui vocabatur Chingis. Iste incepit esse *robustus venator coram Domino*,[5] didicit enim omnes [i] homines furari, rapere [j] predam. Ibat autem ad alias terras, et quoscumque poterat capere et sibi associare non dimittebat. Homines autem [k] sue gentis ad se inclinavit, qui tamquam ducem ipsum sequebantur ad omnia malefacta.[l] Hic autem [m] incepit pugnare cum Sumongal sive Tartaris,[n] postquam plures [o] homines aggregaverat sibi, et interfecit ducem eorum, et multo bello sibi omnes [p] Tartaros subiugavit et in suam servitutem [q] redegit.[6] Post hec cum omnibus istis [r] pugnavit ; cum Merkitis [s]

---

[a] BPVL *eorum* ; T om. — [b] BPLT *Tartar* ; V *Tarar*. — [c] T *tertius* ; BP*n ominabatur* ; V *vocabatur* ; L *appellatur* ; C *Merkii* ; B *Merkyt* ; V *Merquit* ; T *Mechie*. — [d] C *Moerit* ; BP *Mechoit* ; T *Mechut*. — [e] B om. *unam*. — [f] BP om. *habebant*. — [g] B om. *per*. — [h] C *Yeikimongal* ; V *Yequa* ; T *Yera*. — [i] BPVLT om. *omnes*. — [j] BPVT *capere* ; L *rapere, predari*. — [k] L *vero*. — [l] P om. *qui tamquam.... malefacta*. — [m] P om. *Hic autem*, hab. *Et* ; T om. *autem*. — [n] P *Tataris* ; hoc verbum saepius a P adhibetur. — [o] BPVLT om. *plures*. — [p] B om. *omnes*. — [q] C add. *recepit alias* ; P om. *suam*. — [r] VL *hiis*. — [s] B *Merkyt* ; P *Mirkitis* ; V *Merquitis* ; L *Merkit* ; T *Mechitis*.

---

vocitantur, et ab auctoribus sinicis saec. IX in parte septentrionali fluminis Flavi ponuntur. Cf. d'Avezac, *Recueil*, 531-32 ; Rockhill, *The Journey*, 112-14 ; Beazley, *The Texts*, 274 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 165. Apud istos auctores abundans bibliographia invenitur.

[1] Hoc minus recte asseritur, cf. ibid.

[2] Magna tribus Tartarorum inter flumen Selenga et lacum Baikal, cf. d'Avezac, *Recueil*, 533 ; Rockhill, *The Journey*, 111-12, 248 ; Beazley, *The Texts*, 275 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 165 ; cf. Rubruc, cap. XVII, n. 3.

[3] Iidem sunt verisimiliter ac Crit apud Rubruc, cap. XVII, n. 3. Una erat ex tribubus Keraitorum, saec. XIII ad septentrionem Karakorum et ad meridiem et mer.-occid. lacus Baikal. d'Avezac, *Recueil*, 534-36 ; Rockhill, *The Journey*, 111, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 275 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 165-66.

[4] Blochet, *Introduction à l'histoire des Mongols*, 201-02.

[5] Gen., X, 9. [6] An. 1194.

Digitized by Google

qui erant positi iuxta terram Tartarorum, quos etiam sibi bello subiecit.[1] Inde procedens pugnavit contra Mecritas [a] et etiam illos devicit.[2]

4. Audientes Naimani [b] quod Chingis [c] erat taliter elevatus, indignati [d] fuerunt; ipsi enim habuerant [e] Imperatorem qui fuerat [f] strenuus valde, cui dabant tributum omnes nationes predicte.[3] Quo debitum [g] universe carnis exsolvente,[h] filii eius successerunt loco illius.[1] Sed iuvenes erant et stulti et populum nesciebant [j] tenere, sed ab [k] invicem divisi erant et scissi.[4] Unde medio[l] tempore Chingis predictus erat taliter exaltatus, nichilominus tamen faciebant insultum super [m] terras superius annotatas, et [n] viros et mulieres et pueros occidebant et [o] capiebant predam eorum.[5]

5. Chingis hoc [p] audiens, omnes sibi subiectos homines congregavit. Naimani etiam Karakitai,[q] [6] id est [r] nigri Kitai,[s] [7] ex

[a] C *Moeritas*; T *Mechutas*. — [b] BPL *Naymanni*; V *Maymmani*. — [c] B *Cingis*; L *Cyngis*. — [d] BP add. *multum*; B *sunt*. — [e] P *habuerunt*. [f] BPV *erat*. — [g] C add. *unum*. — [h] BPVL *Qui.... exsolvens*. — [i] BPV *ipsius*; L *eius*. — [j] B *nescientes*. — [k] C *ad*; L om. *ab*. — [l] C *in*. — [m] BPVL *in*. — [n] BVL om. *et*. — [o] BP om. ter coniunctionem *et*; V *occidebat.... capiebat*. — [p] C om. *hoc*. — [q] C *Karakitui*; B *Karakytai*; PV *Karaquitai*. — [r] L om. *id est*. — [s] C *Kitui*; B *Kytai*; V *Quitai*.

[1] An. 1197, secundum d'Avezac, *Recueil*, 537; Beazley, *The Texts*, 275; sed ex contradictione fontium, annus determinari nequit, cf. P. Pelliot, *A propos de Comans*, 163-64.

[2] An. 1203, cf. d'Avezac, *Recueil*, 537; Beazley, *The Texts*, 275.

[3] Tayong Baïbuka, Desmaisons, *Histoire des Mongols*, 47; Pullé, *Historia Mongalorum*, 166-67.

[4] Fratres sunt nomine: Tay-Bouq̂a et Bouyrouq, d'Avezac, *Recueil*, 538.

[5] Hoc minus recte dictum est, nam Chingis illis bellum intulit ex eo quod fugientes populos recipiebant, Pullé, *Historia Mongalorum*, 166.

[6] Nomen naiman, octo sibi vult. Imperium eorum montes Altai, lacum Zaisan usque rivos Irtisch superioris et ad meridiem versus vallem Ili usque civitates antiquas Bischaligh et Almaligh amplectabatur, d'Avezac, *Recueil*, 518; Beazley, *The Texts*, 176; Pullé, *Historia Mongalorum*, 166-67.

Karakitai, — nomen eorum a Bretschneider, *Mediaeval Researches*, 210, explanatur — quorum imperium saec. XII a Kitanis sinicis fundatum fuit. Centrum imperii Imil super flumen istius nominis situm erat. Sese

[7] (Cf. *pag. sequentem*).

Digitized by Google

adverso prelium [a] in quamdam vallem strictam inter [289] duos montes, per quam [b] nos euntes ad Imperatorem eorum [c] transivimus,[d] [1] similiter convenerunt, et *commissum est prelium*,[2] in quo Naimani et Karakitai [e] a Mongalis sunt devicti. Et maior pars eorum fuit occisa,[f] et alii qui evadere non [g] potuerunt in servitutem redacti fuerunt. [h] [3]

6. In terra autem [i] Karakitaorum Occodaican [j] filius Chingischan,[4] postquam positus fuit Imperator,[k] quamdam civitatem edificavit quam Omyl [l] [5] appellavit, prope quam ad meridiem est quoddam desertum magnum,[6] in quo [m] silvestres homines pro certo habitare dicuntur; qui nullo modo loquuntur, nec in cruribus habent iuncturas. Et si quandoque cadunt, per se surgere

---

[a] BL om. *prelium*. — [b] V *quas*. — [c] B om. *eorum*. — [d] C add. *et*; V *simul*; L *conveniunt*. — [e] C *Karakicui*. — [f] V *fuerunt occisi*; L om. *fuit*. — [g] CB om. *non*. — [h] L *sunt*; T om. *Audientes Naimani.... fuerunt*. — [i] BP add. *predictorum*. — [j] BPL *Occoday*. — [k] T *Ipse Chingischan habuit quatuor filios, quorum unus nomine Occodaycham in terra Byarabyitorum fuit positus Imperator*. — [l] C *Omsi*; P *Conmyl*; T *Omul*. — [m] B *ubi*.

---

super magnam partem hodiernorum territoriorum Turkestan tam russici quam sinici extendebat, sc. a lacu Lob-Nor usque Talas et medietatem Syr Daria, et a Khotan usque ad lacus Alakul Balkash et flumen Chu, d'Avezac, *Recueil*, 515; Rockhill, *The Journey*, 109, n. 2; Beazley, *The Texts*, 176; Pullé, *Historia Mongalorum*, 167.

[7] Explanatio, quae sensum explicat, non adhuc data est, Rockhill, *The Journey*, 109, n. 2.

[1] Accurate determinari nequit; verisimiliter est unus variorum passuum magni Altai inter lacum Ike-Aral et Qezil-basch, d'Avezac, *Recueil*, 536-37.

[2] III Reg. XXII, 35.

[3] An. 1218. Hoc in loco Iohannes plura praelia confundit, nam Chingis contra Naimanos ivit an. 1199; 1204; 1206, d'Avezac, *Recueil*, 538.

[4] Per 13 annos gubernavit; ex abusu liquorum mortuus est an. 1241, an. 56 natus, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 1-186; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I, 62, 112-13; d'Avezac, *Recueil*, 581; Beazley, *The Texts*, 293, n. 7.

[5] Idem vult ac Sinensium Yemli, aut civitas moderna Imil, d'Avezac, *Recueil*, 516-17; Beazley, *The Texts*, 276.

[6] Takla-Makane.

Digitized by Google

sine aliorum adiutorio minime possunt, sed [a] tantam discretionem habent, quod faciunt filtra de lana camelorum quibus vestiuntur, et ponunt etiam [b] contra ventum. Et si aliquando Tartari vadunt ad eos et vulnerant eos sagittis, ponunt gramina in vulnus [c] et fortiter fugiunt ante eos.[d]

7. Mongali autem in terram eorum [e] revertentes, se contra Kitaos ad prelium [f] preparaverunt, et [g] castra moventes, terram Kitaorum intraverunt. Imperator autem Kitaorum [h] hoc audiens venit cum suo exercitu contra eos, et *commissum est prelium* [1] durum, in quo [i] Mongali fuerunt devicti,[2] et omnes nobiles Mongalorum qui erant in predicto exercitu fuerunt occisi, exceptis [j] septem. Unde adhuc quando aliquis eos minatur dicens : « Occidemini si in illam iveritis terram, quoniam [k] populi multitudo ibidem moratur et sunt homines ad prelium apti », respondent : « Quondam etiam fuimus occisi et non remansimus nisi septem, et modo crevimus in [l] multitudinem magnam, quare de talibus non terremur ».[m]

8. Chingis vero et alii qui remanserunt in terram suam fugerunt, et cum aliquantulum quievisset [n] Chingis predictus,[o] preparavit se rursum ad prelium [p] et contra terram Uyrorum [q] [3] processit ad bellum. Isti homines [r] sunt christiani de secta nesto-

---

[a] BPL om. *sed* ; L *aliquantam* ; BPLT add. *tamen*. — [b] BP om. *etiam*. — [c] T *germina* ; CL *manus* ; T *ulnis*. — [d] V om. *In terra.... eos* ; L om. *quod faciunt.... eos*. — [e] BP *suam*. — [f] C om. *ad prelium* ; L *in*. — [g] BPVL *qui*. — [h] C *Yncaorum* ; G *Ycaorum*. — [i] BPVL add. *prelio*. — [j] BPVL *usque ad*. — [k] G *quam*. — [l] C *ibi*. — [m] C *teneremur* ; BPVL om. *Unde adhuc.... terremur*. — [n] C *convenisset* ; P *quievissent*. — [o] L om. *predictus*. — [p] BP *bellum*. — [q] C *Kuirorum* ; P *Uirorum* ; V *Rayrorum* ; L *Huyrorum*. — [r] BPV *omnes* ; BPVL *erant*.

---

[1] III Reg., XXII, 35.

[2] Kitai sunt Sinenses ex origine manchurica, partem septentrio-orientalem Sinarum inhabitantes. Hoc in loco confusio adest apud Iohannem de Plano Carpini ; Chingis enim tria praelia contra Kitaos commisit sc. an. 1205, 1207 et 1209. In isto bello Chingis devictus fuit. Sed clades non ita gravis fuit ut a Iohanne narratur, Yule-Cordier, *Cathay*, I, 146-47 ; d'Avezac, *Recueil*, 538-39.

[3] Saec. XIII in Mongolia occidentali et Zungaria, ad meridio-occidentem Naimanorum vivebant, cf. Beazley, *The Texts*, 277 ; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 62-64.

Digitized by Google

rianorum,[a] [1] quos etiam bello devicit,[2] et illorum [b] litteram acceperunt, nam prius scripturam [c] non habebant, nunc autem eamdem [d] appellant litteram Mongalorum.[e] [3] Inde procedens [f] contra terram Sariemiur [g] [4] et contra terram Karanitarum,[h] [5] et contra terram Voyrat,[i] [6] et contra terram Kanana; [j] [7] quas terras omnes bello [k] devicit.

9. Inde est in terram suam reversus, et cum aliquantulum quievisset, convocatis omnibus hominibus suis,[l] contra Kytaos [m] pariter processerunt [n] ad bellum. Et cum diu contra ipsos [o] pugnassent, magnam partem terre Kytaorum vicerunt; Imperatorem etiam [p] eorum concluserunt in suam civitatem maiorem, quam tam longo tempore [q] obsederunt quod exercitui omnino [r] defecerunt expense. Et cum non haberent omnino quid manducarent, precepit ille [s] Chingiscan quod de decem hominibus unum darent ad manducandum. Illi autem de civitate pugnabant viri-

---

[a] C *nestoycianorum*. — [b] BPVL *eorum*. — [c] PVL add. *aliquam*. — [d] C om. *eamdem*. — [e] C *Mongalon*. — [f] GBP *procedentes*. — [g] B *Sarruyur*; P *Carimur*; V *Sarimiur*; L *Saruinorum*. — [h] B *Caravyatarum*; P *Carantarum*; C *Caratintarum*; L *Karavitarum*. — [i] C *Udyrat*; B *Voyrad*; V *Uditat*. — [j] B *Caluna*; P *Canana*; V *Covana*; L *Comana*. — [k] L om. *bello*. — [l] BPVL *gentibus supradictis*. — [m] C *Kaicaos* et sic deinceps; BPVL om. *pariter*. — [n] BPVL *processit*. — [o] BP om. *diu*; BPVL *eos*; V *pugnasset*. — [p] BPVL *autem*; C *concluxerunt*. — [q] L *tam diu*. — [r] L om. *omnino*, sicut etiam immediate infra. — [s] V L *illis*.

---

[1] F. Nau, *L'expansion nestorienne en Asie*, 249-52; P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême-Orient*, 636; *Jean de Mont Corvin*, 24, n. 5; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, II, 236-33.

[2] An. 1209, cf. d'Avezac, *Recueil*, 539-40.

[3] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 30, n. 2.

[4] Id est Sari-Uigur aut Uiguri flavi, qui in regione Zaidam, apud lacum Kuku-Nor vivebant, Bretschneider, *Mediaeval Researches*, 263; Beazley, *The Texts*, 277; Pullé, *Historia Mongalorum*, 168.

[5] Verisimiliter iidem sunt ac Karanut apud Abul-Ghazi et alios auctores orientales, cf. Beazley, *The Texts*, 277.

[6] Nomen antiquum pro Mongolis occidentis, apud Sinicos Wa-la vocantur. Devicti fuerunt an. 1208, cf. d'Avezac, *Recueil*, 540; Beazley, *The Texts*, 277.

[7] Terra cuius limites a d'Avezac describuntur sequenti modo: Inter parvam Bokhariam ab occidente; Tibet a meridie; Uiguri a septentrio-oriente, *Recueil*, 541.

Digitized by Google

liter contra eos [a] machinis et sagittis ; et cum defficerent lapides, pro lapidibus argentum prohiciebant, et maxime argentum [b] liquefactum ; civitas enim hec multis divitiis erat plena. Et cum diu pugnassent, et eam bello [c] minime vincere possent, fecerunt unam magnam viam sub terra ab exercitu usque ad medium civitatis, et aperientes subito terram, eis nescientibus,[d] prosilierunt [290] in medium eius [e] et pugnaverunt cum hominibus civitatis eiusdem.[f] Et illi qui erant extra, eodem modo [g] etiam contra eos pugnabant, et concidentes [h] portas intraverunt civitatem, et occidentes Imperatorem et homines plures civitatem possiderunt, et aurum et argentum et omnes divicias eius abstulerunt ; et cum predicte [i] terre Kytaorum suos homines prefecissent,[j] in terram propriam sunt reversi.[1] Et tunc primo [k] Imperatore Kytaorum devicto, factus est predictus [l] Chingiscan Imperator.[2] Quamdam tamen partem terre Kytaorum, quia posita erat in mari, usque in hodiernum diem, nullactenus devicerunt.

10. Kytai autem, de quibus superius diximus,[3] homines sunt pagani qui habent litteram specialem, et habent novum et vetus testamentum, ut dicitur,[m] et habent vitas patrum [n] et heremitas et domos quasi ecclesias factas, in quibus ipsi [o] orant temporibus suis, et dicunt se quosdam sanctos habere.[4] Unum Deum colunt,

---

[a] BP *istos*. — [b] BPVL om. *argentum*. — [c] BP om. *bello*. — [d] C om. *aperientes subito terram eis nescientibus*. — [e] BPVL *in medio civitatis*. — [f] BP om. *et pugnaverunt.... eiusdem*. — [g] L *simili* (*modo*) ; om. *etiam.... eos*. — [h] V om. *Et illi.... concidentes*. — [i] BV om. *predicte*. — [j] G *profecissent* ; P *perfecissent*. — [k] L om. *primo*. — [l] BPVL om. *predictus*. — [m] BPVL om. *ut dicitur*. — [n] G *patruum*. — [o] L om. *ipsi* ; BP loco *orant* hab. *erant*.

---

[1] Hic loquitur de bello contra *Kin*, quos devicit quando civitatem Yen-King an. 1215 cepit, d'Avezac, *Recueil*, 542 ; Beazley, *The Texts*, 277.

[2] Chingis titulum Khan assumpsit post cladem Kitaorum, sc. Hiaorum aut Tangutorum Tibeti septentrionalis, d'Avezac, *Recueil*, 542 ; Beazley, *The Texts*, 277.

[3] Sub n. 7.

[4] Cl. Rockhill sequentes explanationes proponit : Vetus testamentum quinque libri classici sunt (Wu ching) ; novum testamentum vero quatuor libri (Ssŭ shu). Patrum vitae autem Analecta Confuciana et opera Mencii videntur, sanctique eorum : Confucius, Mencius et Lao-tzŭ ; Deum, quem colunt, T'ien vocant, *The Journey*, 155, n. 1.

Digitized by Google

dominum [a] Iesum Christum honorant,[b] et credunt vitam eternam; sed minime baptizantur. Scripturam nostram honorant [c] et reverentur, christianos diligunt et elemosinas [d] faciunt plures. Homines benigni et humani satis esse videntur. Barbam non habent, et in dispositione faciei satis concordant cum Mongalis, non tamen sunt in facie ita lati. Linguam propriam habent. Meliores artifices [e] non inveniuntur in [f] mundo in omnibus operibus, in quibus homines solent exercitari. Terra eorum est opulenta valde in frumento, vino, auro [g] et serico, et omnibus rebus ex [h] quibus solet sustentari humana natura. [i] [1]

11. Et cum aliquantulum quievisset,[j] suos exercitus divisit.[k] Unum de filiis suis Tossuc [l] nomine,[2] quem etiam Chan appellabant,[m] id est Imperatorem,[3] misit cum exercitu [n] contra Comanos,[o] quos multo bello devicit.[4] Et postquam devicerat eos, in terram suam est reversus.[p]

---

[a] L add. *nostrum*. — [b] C *orant*; V *adorant*; S *reverentur*. — [c] BP om. *et credunt.... honorant*. — [d] L *ecclesias*. — [e] C om. *artifices*. — [f] L add. *toto*. — [g] V add. *et (auro) et*; BPVL add. *argento*. — [h] VL *in*. — [i] T om. *Mongali autem.... natura*. — [j] BPVL *quievissent*; T *Iste etiam Chingischan cum post multas victorias*. — [k] C *dimisit*; SPL *diviserunt*; B *dimiserunt*. — [l] C *Cossue*; B *Tossoe*; L *Tossuch*. — [m] C om. *Chan*; V loco *suos exercitus.... appellabant* hab. *suos tunc exercitus divise pellebant*. — [n] B add. *suo*. — [o] T *Cumanos*. — [p] BPL *revertebatur*; V *revertebantur*.

---

[1] Cf. Rubruc, cap. XXVI, n. 8.

[2] Tossuc seu melius Djudji erat primogenitus Chingis; an. 1224 mortuus est. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 353-55; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I, 289-90; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 216.

[3] Khan erat titulus ordinarius ducum Tartarorum; Qa'an vero erat titulus Imperatoris, Quatremère, *Histoire des Mongols*, 10 ss.; Yule-Cordier, *The Book*, I, 10; Iidem, *Cathay*, I, 149; Rockhill, *The Journey*, 108-09, n. 1. Titulum Qa'an Chingis non habebat, sed filius eius Ogoďai primus inter Imperatores Tartarorum hunc assumpsit, cf. P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 21, n. 4; Chavannes, *Inscriptions et pièces de chancellerie Chinoises de l'époque Mongole*, 376.

[4] Comania secundum Iohannem de Plano Carpini, cap. IX, n. 20; Benedictum Polonum, n. 6; Rubruc, cap. XII, n. 6, maximum amplectitur planum septentrionale maris Nigri, Caucasi et maris Caspii. Comani pro magna parte invadentibus Tartaris in Hungariam fugerunt, Marquant, *Ueber das Volkstum der Komanen*, 25-238; P. Pelliot, *A propos des Comans*, 133-34; Rubruc, cap. I, n. 12.

Digitized by Google

12. Alium etiam filium misit cum exercitu contra Indos; qui minorem Indiam devicit.[a] [1] Hii autem nigri[b] sunt sarraceni, qui Ethiopes nominantur.[c] Hic autem exercitus contra christianos, qui sunt in India maiori, ad pugnam processit.[2] Hoc[d] audiens Rex terre illius, qui vulgo Iohannes Presbiter appellatur,[3] venit contra eos exercitu congregato, et faciens ymagines hominum cupreas in sellis[e] posuit super equos, ponens ignem interius, et posuit homines cum follibus[f] post ymagines cupreas[g] super equos,[h] et cum multis ymaginibus talibus[i] et equis taliter preparatis venerunt contra predictos Tartaros[j] ad pugnandum. Et cum ad locum prelii pervenissent, istos equos unum iuxta alium[k] premiserunt, viri autem qui erant retro posuerunt, nescio quid, super[l] ignem, qui erat in predictis ymaginibus,[m] et cum follibus fortiter suflaverunt. Unde factum est quod ex igne greco homines[n] comburebantur et equi, et ex[o] fumo aer est denigratus. Et tunc super Tartaros iecerunt sagittas, ex quibus multi homines vulnerati fuerunt et interfecti, et sic cum confusione eos de suis finibus eiecerunt, nec unquam[p] audivimus quod ultra ad ipsos redierint.[q]

---

[a] BPVLT *devicerunt.* — [b] T *magni*, om. *sunt.* — [c] L *nuncupantur.* — [d] BPVP add. *autem.* — [e] BPVLT *sella ;* C *possuit.* — [f] BPVLT *hominem cum folle.* — [g] BPVLT *ymaginem cupream* ; T om. *cupreas.* — [h] BPVLT *equum.* — [i] T om. *multis* ; L om. *talibus.* — [j] L om. *Tartaros.* — [k] L *unum* ; B *permiserunt.* — [l] P *supra.* — [m] BPVLT *predicta ymagine.* — [n] C repetit *homines.* — [o] BPVL om. *ex igne.... et* (loco *ex* hab. *de*). — [p] BL *et numquam* ; B in principio hab. *nec*, quod expunxit et correxit in *et.* — [q] BPVL *eos* ; BPLT *redierunt.*

---

[1] Sc. Tului, qui in Persiam et in littora fluminis Indus missus est, d'Avezac, *Recueil*, 546.

[2] India maior hic regiones trans Indus designare videtur. Iohannes de Plano Carpini in regione Indiarum determinanda a communi loquendi modo recedit. Nam generaliter scriptores latini, saec. XIII-XIV tres Indias distinguunt, quarum *maior* seu magna communiter regiones Indus inter et Gangis flumina designat, *interior* cum modernis Indo-Sinis convenit, dum *minor* regionem littoralem ad occidentem fluminis Indus determinat. Attamen in illis regionibus determinandis, norma generalis dari non potest, ideo locutiones similes uniuscuiusque auctoris in specie examinandae sunt, cf. Beazley, *The Texts*, 278.

[3] Pro presbytero Iohanne, cf. introductionem generalem.

Digitized by Google

13. Cum autem per deserta redirent, in quamdam terram venerunt in qua — ut nobis in curia [a] Imperatoris per clericos ruthenos [b] et alios qui diu fuerunt inter ipsos firmiter dicebatur [c] — quedam monstra ymaginem [291] femineam [d] habentia repererunt.[e] Et cum interrogassent eas [f] per multos interpretes, ubi essent viri illius terre, responderunt quod in illa terra quecumque femine nascebantur, habebant formam humanam, masculi autem speciem habebant [g] caninam. Et dum moram protraherent in terra predicta, canes in alia fluvii [h] parte convenerunt in unum, et dum esset yems asperima, se omnes proiecerunt in aquam,[i] et post hoc incontinenti [j] in pulverem volvebantur,[k] et ita pulvis admixtus aque [l] super eos congelebatur. Et dum sepe ita fecissent glacies densa [m] facta est super eos, et [n] cum magno impetu [o] cum Tartaris convenerunt ad pugnam. At illi cum sagittis iactabant super [p] eos, ac si super lapides sagittassent [q] retro sagitte redibant; alia etiam arma eorum [r] in nullo ledere poterant ipsos.[s] Canes vero insultum facientes in eos [t] morsibus vulneraverunt multos [u] et occiderunt, et ita eiecerunt eos [v] de finibus suis. Et de hoc adhuc est proverbium inter eos: pater tuus vel frater a canibus fuit occisus. Mulieres autem eorum quas ceperant duxerunt [w] in terram eorum, et usque ad diem mortis earum ibidem fuerunt.[x] [1]

14. Et dum reverteretur exercitus ille, videlicet Mongalorum,[y] venit ad terram Burithabet [z] quam [a] bello vicerunt,[2] qui sunt

---

[a] C om. *ut;* hab *nobis venientibus ad curiam.* — [b] C *Tuthenos*; G *Ruthenes.* — [c] BPVL om. *ut nobis venientibus.... dicebatur.* — [d] B *mulierum*; L *femineas ymagines.* — [e] C *reperierunt*; BP *invenerunt*; V *receperunt.* — [f] BVL *eos.* — [g] P om. *habebant*; L add. *formam.* — [h] C *aqua.* — [i] BPVL *aqua.* — [j] T *inconturbati.* — [k] BL *movebantur*; V *volutabantur.* — [l] BBPT *aqua.* — [m] BP om. *glacies*; T *densata.* — [n] BPVL *unde.* — [o] G *impeto.* — [p] VT *sagittabant*; om. *super.* — [q] C *iactassent.* — [r] C *armatorum.* — [s] LT *eos.* — [t] T *ipsos.* — [u] C *ipsos.* — [v] B om. *eos.* — [w] C *dixerunt.* — [x] BPVL om. *Et de hoc.... fuerunt.* — [y] BPVL om. *videlicet Mongalorum*; loco *ad* BP hab. *in.* — [z] C *Burithobec*; V *Burichbech*; L *Burutabeth.* — [a] VL *quos.*

---

[1] Haec legenda multum diffusa erat, cf. Beazley, *The Texts*, 280; Yule-Cordier, *The Book*, II, 309; *Cathay*, II, 168; IV, 93-94; Rockhill, *The Journey*, 36, n. 4; Bened. Polon., infra, n. 7; Marignolli, ibid., 23.

[2] Contra sententiam hucusque communem quae sub hac regione

Digitized by Google

pagani ;[a] qui consuetudinem mirabilem immo potius miserabilem[b] habent, quia cum alicuius pater[c] humane nature debitum solvit, omnem congregant[d] parentelam et comedunt eum, sicut nobis dicebatur pro certo.[e][1] Isti pilos in barba non habent, immo quoddam ferrum in manibus portant,[f] sicut vidimus,[g] cum quo semper barbam depilant si forte aliquis crinis crescit in ipsa,[2] et multum etiam sunt deformes.[3] Inde exercitus ille in terram suam est reversus.[h]

15. Chingischan etiam eodem tempore quo[i] divisit[j] alios exercitus, ivit cum expeditione contra orientem per terram Kergis[k][4] quos[l] bello non vicit, et ut nobis dicebatur ibidem,[m] usque ad Caspios montes pervenit.[5] Montes autem illi in ea parte ad quam aplicuerunt[n] sunt de lapide adamantino, unde eorum sagittas et arma ferrea attraxerunt.[o] Homines inter Caspios montes

---

[a] T om. *Et de hoc.... pagani.* — [b] B *totius* ; P *plus quam* ; BP *mirabilem.* — [c] L *aliquis patrum suorum.* — [d] T *omnes* ; BPVT *congregat* ; T om. *parentelam.* — [e] BPVL om. *sicut.... certo.* — [f] V *habent.* — [g] BPVLT om. *sicut vidimus.* — [h] BPVLT *revertebatur.* — [i] PVT *eo* ; C om. *quo.* — [j] T *ducens exercitum.* — [k] V *Tergis* ; T *Lyergis.* — [l] BP *quam* ; om. *bello.* — [m] BPVL om. *et ut.... ibidem.* — [n] BPVLT om. *in ea.... applicuerunt.* — [o] BPVL *ad se traxerunt.*

Tibet intelligebat, cf. Beazley, *The Texts*, 280-81. Cl. P. Pelliot sustinet quod Būri-Tūbāt non est Tibet, sed regio prope Si-hia, et verisimiliter sub dependentia eiusdem, forsan regio Si-ning aut Tsaïdan, *A propos des Comans*, 182-83.

[1] Secundum Rockhill, *The Journey*, 152, n. 1, cannibalismus inter eos non existebat. Sed haec assertio a multis testimoniis contradicitur. Yule-Cordier, *The Book*, I, 311-14 ; *Cathay*, II, 252-54, n. 1. Cf. Laufer, *Was Odoric of Pordenone ever in Tibet?*, 405-18, speciatim 408-10 ; De Groot, *Religious system of China*, lib. II, cap. IX ; cf. infra Odorici relationem, cap. XXXIII, n. 3.

[2] Rockhill, *The Journey*, 151, n. 2.

[3] Cf. Rubruc, cap. XXVI, n. 4.

[4] Hic agitur verisimiliter de Kirghiz, habitantibus inter Selenga, Angara, Baikal, et parvum Altai, cf. Beazley, *The Texts*, 336 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 174-75 ; Rockhill, *The Journey*, 197-98, n. 2. Bellum contra Kirghiz accidit 1207, d'Avezac, *Recueil*, 566 ; Beazley, *The Texts*, ibid.

[5] Absque dubio hic de montibus Caucasi agitur. Pullé, *Historia Mongalorum*, 174.

Digitized by Google

conclusi [a] clamorem exercitus, ut creditur, audientes, montem frangere inceperunt.[b] Et cum alio tempore post decem annos reverterentur, montem invenerunt [c] confractum.[d] Sed cum ad illos Tartari accedere attemptassent, potuerunt minime, quia [e] nubes quedam posita erat [f] ante ipsos, ultra [g] quam ire non poterant ullo modo, quia visum amittebant [h] omnino statim [i] cum perveniebant ad illam. Illi autem ex adverso credentes quod Tartari ad illos accedere formidarent, insultum contra eos fecerunt, sed statim cum pervenerunt ad nubem procedere non potuerunt, propter causam superius pretaxatam.[j] Sed antequam pervenirent ad montes predictos,[k] plus quam mensem per vastam sollitudinem [l] transiverunt.[1]

16. Inde procedentes adhuc contra orientem, plus quam per mensem [m] per magnum desertum iverunt, et pervenerunt ad quamdam terram, ut nobis certissime dicebatur,[n] ubi videbant vias tritas, sed nullum hominem poterant invenire ; sed [o] tantum quesiverunt per terram quod invenerunt unum hominem cum sua uxore, quos ante Chingiscan adduxerunt. Et cum interrogasset eos,[p] ubi essent homines terre illius, responderunt quod in terra [q] sub montibus habitarent.[2] At Chingiscan predictus,[r] retenta uxore, misit [292] virum illum mandans [s] hominibus [t] illis quod venirent ad mandatum ipsius. Ille autem vadens ad eos,

---

[a] BPVL *conclusos* et add. *viderunt.* — [b] BPVL *iam fregerunt.* — [c] C *invenirent.* — [d] BPVL om. *clamorem.... confractum.* — [e] BPVL om. *cum ad.... quia.* — [f] C om. *erat.* — [g] BPVLT *ad* ; loco *ire* hab. *accedere.* — [h] G *admittebant.* — [i] B om. *statim* ; VL *quia statim moriebantur.* — [j] BPVL om. *Illi autem.... pretaxatam.* — [k] B *illos* ; L *predictum montem.* — [l] C *sollicitudinem.* — [m] V om. *per vastam.... mensem* ; T add. *aliud.* — [n] BPVL om. *ut nobis.... dicebatur.* — [o] T *tandem.* — [p] L om. *eos.* — [q] C *terram.* — [r] BPL om. *predictus.* — [s] VL add. *cum nunciis suis.* — [t] C *omnibus* ; S om. *hominibus.*

---

[1] Cf. Hayton, *Flos Historiarum Terre Orientis*, cap. X, 269, ubi de Georgia dicit : « In illis partibus est quedam provincia que vocatur Hanisem, que in circuitu bene occupat tres dietas ; et tantum quantum extenditur illa provincia per totum tenebrosa caligine locus ille taliter offuscatur, quod nullus est qui aspicere possit quicquam, nec est aliquis qui audeat ingredi terram illam, quoniam ad redeundum tramitem ignoraret ».

[2] Pro troglodidibus, cf. Plin., *Historia Naturalis*, VI, 34 ; VII, 2.

Digitized by Google

narravit [a] omnia que Chingischan mandaverat eis. Qui [b] respondentes dixerunt quod tali die venirent ad ipsum ad faciendum mandatum ipsius. Ipsi autem medio tempore congregaverunt se per vias occultas sub terra, et venerunt contra illos [c] ad pugnam, et irruentes subito super [d] eos, plurimos occiderunt. At illi, Chingiscan videlicet et sui, videntes quod nichil proficerent,[e] sed potius perderent homines suos, et quia etiam solis sonitum [f] sustinere non poterant — immo eo tempore quo sol oriebatur, oportebat [g] eos ponere unam aurem ad terram et superiorem obturare fortiter [h] ne terribilem illum sonum [i] audirent, nec sic tamen cavere poterant, quin propter hoc ex eis plurimi necarentur [j] — fugerunt [k] et terram exierunt predictam.[1] Illos tamen homines,[l] virum videlicet cum uxore,[m] secum duxerunt; qui usque ad mortem in terra Tartarorum [n] fuerunt. Interrogati vero quare [o] habitarent sub terra, dixerunt quod uno tempore anni cum sol oritur, tantus sonitus est [p] quod homines nulla ratione possunt [q] sustinere, ut superius de Tartaris [r] dictum est.[s] [2] Immo etiam tunc percutiebant in organis et timpanis et [t] aliis instrumentis, ut illum sonitum non audirent.

17. Et dum Chingiscan de terra illa reverteretur, defecerunt eis victualia et habebant maximam famem. Et tunc recensia interiora unius bestie [u] eos contigit [v] invenire; que accipientes, depositis tantum [w] stercoribus, decoxerunt, et coram Chingischan

---

[a] VL *Illi vero euntes ad eos narraverunt*; B add. *eis*. — [b] V *Ipsi vero*. — [c] BP *ipsos*; VLT *istos*. — [d] G *supra*. — [e] C *profiterent*. — [f] T *ortum*. — [g] C *oportet*. — [h] T om. *fortiter*. — [i] G *sonitum*. — [j] C *vocaverunt*; BPVL om. *videntes quod.... necarentur*. — [k] BPVL *et fugam inicientes*; L *ineuntes*. — [l] BPT om. *homines*. — [m] BPVL *mulierem*. — [n] C *Cacaorum*. — [o] BP add. *homines illius terre*. — [p] C *erat*; S *fit*. — [q] C *poterant*. — [r] C *cataris*. — [s] BPVLT om. *ut.... est*. — [t] BPVT add. *in*. — [u] BP om. *unius bestie*. — [v] C *contingit*; S *casu invenerunt*. — [w] BG *tamen*.

---

[1] Mongolorum prima expeditio contra has regiones an. 1227 facta est, Beazley, *The Texts*, 281.

[2] De his vestigia apud Haytonem, *Flos Historiarum*, cap. X, 269, inveniuntur. Dicit enim: « Habitatores illius patrie asserunt se sepius audivisse voces hominum vociferantium, cantus galli, hignitus equorum, et per meatum cuiusdam fluminis quod de loco illo egreditur apparent signa certa quod sit gentium habitatio in eodem ».

Digitized by Google

portantes,[a] cum suis illa comedit. Et ideo [b] statutum fuit a Chingis,[c] ut nec sanguis nec interiora nec aliquid de bestia [d] quod manducari potest, exceptis stercoribus,[e] prohiciatur.

18. Et inde [f] in terram propriam est reversus et ibidem [g] leges et statuta multiplicia fecit, que Tartari inviolabiliter observant.[h] [1] Ex quibus tantum [i] duo dicemus. Unum est quod quicumque in superbiam erectus, propria auctoritate sine [j] electione principum, voluerit esse Imperator, sine ulla miseratione debet occidi. Unde [k] ante electionem [l] Cuyuccan propter hoc unus [m] de principibus, nepos ipsius Chingiscan fuit occisus. Volebat enim sine electione regnare.[2] Aliud statutum est quod sibi subiugare debeant [n] omnem terram, nec cum aliqua gente pacem [o] habere debeant,[p] nisi [q] subdatur eis, quousque veniat tempus interfectionis [r] eorum.[3]

19. Quadraginta duobus siquidem annis pugnaverunt, et ante decem et octo annis debent regnare. Post hec, ut dicunt, ab alia natione, tamen nesciunt que sit illa,[s] debent [t] devinci ut vaticinatum [u] est eis. Et illi qui evadere poterunt,[v] ut dicunt, debent illam legem tenere quam [w] tenent illi, qui eos bello devincunt.[x] Statuit etiam quod per millenarios et centenarios et decanos et

---

[a] BP *deportantes* ; V add. *qui*. — [b] L *Ex* ; BPVL *hoc*. — [c] BPV add. *Can* ; L *ab eo*. — [d] V loco *de bestia* hab. *debet prohici*. — [e] V add. *que* ; BP *abiciatur* ; T om. *Immo etiam.... prohiciatur*. — [f] L *Deinde* ; T *Inde autem*. — [g] C *secundum* ; B *ibi* ; S *ibique*. — [h] BPV *servant* ; T *que a Tartaris inviolabiliter* (L *non violabiliter*) *observantur*. — [i] C *tamen* ; B om. *tantum*. — [j] G *sive*. — [k] V *Ideo dum*. — [l] B om. *ante* ; BPVT add. *istius* ; L add. *ipsius* ; BP *Caynkan* ; V *Coniuxkan* ; L *Cuynch* ; T *Chingischam* ; C *Cuyinccan*. — [m] G *unius* ; V om. *unus*. — [n] BLT *debent*. — [o] C *partem* ; G *pacem*. — [p] L *debent* ; BP om. *debeant*. — [q] L add. *prius*. — [r] L *occisionis*. — [s] BPVLT om. *Quadraginta.... illa*. — [t] BPVL add. *enim* ; T add. *etiam* ; BPVTL *occidi*. — [u] BPVL *prophetatum*. — [v] G *potuerunt*. — [w] C *quando* ; G *quam*. — [x] B om. *bello* ; P *devincent*.

---

[1] Cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 404-16; Altunian, *Die Mongolen*, 58, et n. 5.

[2] Ujugen, nepos seu potius frater Chingis, vi trono potiri voluit. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 194, 203.

[3] Cf. infra, cap. V, n. 28.

Digitized by Google

tenebras, id est decem milia,[a] debeat eorum exercitus ordinari.[1] Multa etiam alia statuit de quibus longum est enarrare, et nos etiam ignoramus.[b] Post hec ab ictu [c] tonitrui est occisus,[2] peractis autem [d] suis ordinationibus et statutis.

20. Hic autem habuit quatuor filios. Unus vocabatur Occoday,[e] [3] secundus vocabatur Tossuccan,[f] [4] alter [g] vocabatur Chiaaday [h] [5] et nomen quarti ignoramus.[6] Ab hiis quatuor omnes duces Mongallorum descenderunt. Primus [i] videlicet Occodaycan [293] hos filios habuit: primus est Cuyuc [j] qui nunc est Imperator,[7] Cocten [8] et Chirenen,[k] [9] et si plures habuit filios ignoramus. Filii vero Tosuccan: [l] Bati,[m] [10] iste est dicior et poten-

[a] L om. *et tenebras.... milia.* — [b] BPVLT om. *Multa etiam.... ignoramus.* — [c] G *hictu.* — [d] P *factis*; BPVLT om. *autem.* — [e] C *Occodai.* — [f] PL om. *vocabatur*; C *Cosuccan*; B *Dossucari*; V *Tossuekan*; L *Tossuchcan.* — [g] BPL *tertius*; L om. *vocabatur.* — [h] BP *Caaday*; VL *Chaaday.* — [i] BPVL *Isti quatuor filii cum aliis maioribus qui tunc erant, primum* (P *primo*) *filium videlicet Occoday elegerunt in Imperatorem. Filii autem istius Occoday sunt.* — [j] B *Cuync*; P *Cuyac*; V *Cynch*; L *Cuyuch.* — [k] BP *Costen et Chirenen*; V *Coctaei et Chirennen*; L *Coithen et Cyrenen.* — [l] Cf. supra. — [m] C *Bay*; BP *Baty*; V *Bari.*

[1] Cf. infra, cap. VI, n. 2.

[2] Dum contra Sinas dimicavit, gravi morbo correptus, mortuus est 18 aug. 1227, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 378; Yule-Cordier, *The Book*, I, 244-45; *Cathay*, I, 150; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 222-23.

[3] Successor Chingis. Blochet de eo loquens eum omnium Chanorum minus valentem nominat, *Introduction à l'histoire des Mongols*, 158-60; cf. Yule-Cordier, *Cathay*, I, 150; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 226-46.

[4] Cf. supra, cap. V, n. 11.

[5] Sc. Chagatai, Chanus imperii medii post mortem Chingis, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, IV, 160-66.

[6] Sc. Tului, pater Mangu et Kubilai. Huic Chingis maiorem numerum Mongolorum militum (circa 100.000) commisit, Beazley, *The Texts*, 281, n. 3.

[7] 1246-1248.

[8] Sc. Kutan.

[9] Minus recte filius dicitur, erat enim Occodai nepos, cf. supra, n. 2.

[10] Batu, est dux magnus qui occidentalem Europam vicit, de quo in relatione Iohannis de Plano Carpini et Rubruc multiplicia inveniuntur. Erat secundogenitus Djudji.

Digitized by Google

cior post Imperatorem,[a] Ordu,[1] iste est senior omnium ducum, Siban,[b] [2] Bora,[3] Berca,[4] Thaube ;[c] [5] aliorum filiorum Tosuccan nomina ignoramus.[6] Filii Chyaaday sunt : Burim,[d] [7] Cadan ;[e] [8] nomina aliorum filiorum eius [f] nescimus.[g] Filii autem alterius [h] filii Chingiscan, cuius nomen [i] ignoramus,[9] nomina sunt hec : unus vocatur Mongu,[j] [10] cuius mater est Sorocan ;[k] [11] ista domina inter omnes Tartaros, excepta matre Imperatoris, magis [l] est nominata et potentior omnibus,[12] excepto Bati ;[m] alius vocatur Bichàc ;[n] [13] alios filios plures habuit, sed eorum nomina ignoramus.

---

[a] BP *potentior Imperatore.* — [b] BVL *Syban.* — [c] B *Bereka Tharet ;* P *Berca Tharet ;* V *Berta Tanht* ; L *Bercathauth.* — [d] BL *Burin* ; V *Buri.* — [e] P *Kadam* ; L *Chadan.* — [f] BL om. *eius.* — [g] BPV *ignoramus.* — [h] BCVL om. *Filii* ; C hab. *Alterius autem filii.* — [i] G *nomine* ; BPV *nescimus* ; VL add. *filiorum.* — [j] C *Mongal* ; B *Meriga* ; P *Menga* ; L *Mengu.* — [k] C om. *est* ; B *Serecoan* ; P *Serectan* ; V *Serodan* ; L *Seroctan.* — [l] C *mogu.* — [m] C *nati.* — [n] BP *Bethac* ; V *Bechac* ; L *Becas.*

---

[1] Hordu, primogenitus Djudji.

[2] Shyban aut Shiban.

[3] Bura.

[4] Berka.

[5] Tangkute.

[6] Sunt adhuc Bergachar et Tuka Timur.

[7] Burin, qui a Batu capitali poena damnatus est, cf. Rubruc, cap. XXIII, n. 2.

[8] Kadan.

[9] Tului, cf. supra 65, n. 6.

[10] Mängü est forma tursica ; Mönkä autem forma mongolica, cf. Blochet, *Introduction à l'histoire des Mongols*, 270 ; P. Pelliot, *Sur quelques mots d'Asie centrale attestés dans les textes chinois*, 454 ; Rockhill, *The Journey*, 115, n. 1.

[11] Soyorgachtani-bägi, sed multis modis apud auctores antiquos invenitur, v. g. Serocten, Siurkukteni ; Surukti, etc. Prima forma legitur apud cl. P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême Orient*, 627-28.

[12] Regia virgo ex tribu Karaitarum erat, defuncta est an. 1252 et sepulta Kan-tcheou, cf. Ch.-E. Bonin, *Notes sur les anciennes chrétientés*. 587-88. Circa qualitates morales, cf. E. Blochet, *Introduction à l'histoire des Mongols*, 165-66.

[13] Verisimiliter Bujek, Buygec aut Buchek auctorum orientalium.

Digitized by Google

21. Hec sunt nomina ducum: Ordu,[a] iste fuit in Polonia et in Ungaria; Batu, Birin, Syban, Dinget,[b] [1] isti omnes fuerunt in Ungaria; Chirpodan,[c] iste est adhuc ultra mare contra Solidanos[d] quosdam terre sarracenorum,[e] [2] et alios qui sunt ultra mare.[f] Isti alii remanserunt in terra: Mengu,[g] [3] Sirenen,[h] [4] Hubilai,[i] [5] Sirenum,[j] Sinocur,[k] [6] Chuacenur,[l] Caragai,[m] [7] Sibedei[n] senex[o] qui dicitur inter eos miles,[p] [8] Bora,[q] Berca,[r] Mauci,[s] [9] Corrensa,[t] [10] sed iste inter alios minimus est. Alii vero duces sunt plures sed eorum nomina ignoramus.[u]

---

[a] B *Ordy*; L *Ordii*. — [b] VL *Bathi*; BP *Buryn*; V *Burin*; BP *Cadau*; V *Caday*; L *Cathay*; C om. *Syban*; BP *Bugget*; V *Buygeth*; L *Bureth*. — [c] B *Chyrpadan*; P *Chyrpodan*; VL *Cyrpodan*. — [d] G *Soldanos*; B *circa*. — [e] BPVL *Soldanum Damasci*. — [f] BPVL om. *et alios.... mare*. — [g] C *Metigii*; L *Mangu*; B add. *Gutten*; P *Cuccen*; V *Cuiten*; L *Cuthen*. — [h] BP *Syrenen*. — [i] B *Babylay*; V *Hubalay*; L *Hybilay*. — [j] V *Syrenessi*; L *Seremum*. — [k] BVL *Synocur*. — [l] B *Thyatemur*; P *Thuatenyr*; V *Tuatemur*; L *Thuatamur*. — [m] B *Baragay*; P *Karanchay*; L *Cyragay*. — [n] BL *Sybedey*; V *Sybodei*. — [o] B *seney*. — [p] BVL *quidem miles inter eos* (V *omnes*); P om. *inter eos*. — [q] C *Hora*. — [r] C *Herca*; B *Berka*; P *Bertha*. — [s] C *Monty*; BP *Moucy*; V *Moyci*. — [t] C *Corenia*; B *Karanky*; P *Karancha*; V *Coratita*; L *Choranca*; S *Correnza* quod in textum posuimus. — [u] T om. *Hic autem.... ignoramus*; B add. *De dominio Imperatoris et principum*.

---

[1] Cf. notulas praecedentes.

[2] Aut Charmaghan. Ille est qui partem meridio-occidentalem Asiae invasit. An. 1241 mortuus est; cf. infra, n. 32.

[3] Cf. supra. [4] Ibid.

[5] Kublai, magnus Chanus; Sirenum = Saraman, filius Chagatai.

[6] Sc. Shinkur, filius Djudji; Chuacenur = Togha-tymur.

[7] Karachar.

[8] Subutai, unus ex melioribus Mongolorum ducibus, cuius valor illi titulum *Bahadur* meruit, quem Iohannes de Plano Carpini in *miles* vertit.

[9] Secundogenitus Chagatai.

[10] Dux exercitus, qui limites exteriores occidentis custodiebat, cf. infra, cap. IX, nn. 9-11, 13. Pro explanatione ulteriori istorum principum et ducum, cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I et II; Yule-Cordier, *The Book* et *Cathay*,; Beazley, *The Texts*, 281-82. Etiam cum omissionibus quae apud Iohannem de Plano Carpini inveniuntur, catalogus quem hic principum et ducum texuit est melior et accuratior aliis auctorum medii aevi. Beazley, *The Texts*, 282.

Digitized by Google

22. Imperator autem eorum Tartarorum [a] habet mirabile dominium super omnes. Nullus audet in aliqua parte morari, nisi ubi [b] ipse assignet.[c] Ipse autem assignat ubi maneant duces, duces vero assignant [d] millenariis loca,[e] millenarii centenariis, centenarii decanis.[f] Insuper quicquid precipitur eis quocumque tempore, quocumque loco, sive ad bellum sive ad mortem sive ad vitam, sine ulla [g] contradictione obediunt. Etiam si petit filiam virginem vel sororem, sine contradictione dant ei.[h] Immo singulis annis aut intermissis aliquibus annis [i] virgines colligit ex omnibus finibus Tartarorum,[j] et si ipse vult sibi retinere aliquas retinet, alias dat suis hominibus, sicut videtur ei expedire.

23. Nuntios [k] quoscumque et quocumque et ubicumque transmittit, oportet quod dent eis [l] sine mora equos subducticios et expensas. Undecumque etiam [m] veniunt ei [n] tributa vel nuncii, oportet quod equi, currus et expense similiter dentur. Sed nuncii qui [o] veniunt aliunde, in magna miseria sunt in victu pariter et vestitu, quia expense eorum [p] viles sunt et pauce ; et maxime cum veniunt ad principes, et ibi debent moram contrahere, tunc ita parum datur decem hominibus, quod [q] vix inde possunt vivere duo.[1] Nec etiam in curiis principum nec in via datur eis [r] comedere, nisi semel in die et satis [s] parum.[2] Item [t] si alique sibi [u] iniurie fiunt, conqueri de facili minime possunt ; unde oportet eos illa patienter portare. Insuper multa munera tam [v] a principibus quam aliis maioribus [w] et minoribus petuntur [x] ab eis, et si non dantur vilipendunt eos, immo quasi pro nichilo habent ipsos ; [y] et si a magnis viris mittuntur, nolunt [z] ab eis modicum munus [a]

---

[a] BPVLT om. *eorum* ; C *Cacarorum*. — [b] BPVLT om. *ubi*. — [c] C *assignat* ; G *assignet*. — [d] G *assignent*. — [e] L om. *duces vero.... laca*. — [f] C *millenarii decanis, centenarii vero de centenariis*. — [g] C *omni*. — [h] T *conditione datur ei* ; L loco *Immo* hab. *aut*. — [i] T om. *annis*. — [j] C *Catarorum* ; BPVL om. *et*. — [k] C *nuntiosos* ; G *nuntios*. — [l] BP om. *eis* ; C *ei*. — [m] BPVL om. *etiam*. — [n] G *et*. — [o] B *quando* ; P *cum*. — [p] L om. *eorum*. — [q] C *qui*. — [r] B om. *eis* ; V *vicariis*. — [s] B *valde*. — [t] BPL *Insuper*. — [u] B *ibi*. — [v] BPVL om. *munera* ; V om. *tam*. — [w] B *prioratibus* ; L *nationibus* ; B om. *et minoribus*. — [x] L *exiguntur*. — [y] BPVL *eos*. — [z] G *volunt*. — [a] C *minus* ; G *munus*.

---

[1] Cf. infra, cap. IX, n. 38.

[2] Ibid., n. 19.

Digitized by Google

habere, sed dicunt: « A magno homine venitis et tam modicum datis ». Unde [a] accipere dedignantur, et si nuncii volunt bene facere [b] facta sua, oportet eos dare maiora. Iccirco magnam partem rerum que nobis pro expensis [c] a fidelibus erant donate, oportuit nos [294] de necessitate in [d] muneribus dare.[e] [1]

24. Et hoc [f] sciendum est quod ita [g] omnia sunt in manu Imperatoris,[h] quod nemo audet dicere hoc meum est vel illius, sed omnia sunt Imperatoris, res scilicet [i] homines et iumenta. Et super hoc etiam nuper emanavit Imperatoris statutum. Idem dominium habent duces per omnia super homines suos; divisi enim sunt homines Tartari [j] inter duces. Nunciis [k] etiam ducum, quocumque eos transmittant,[l] homines tam Imperatoris quam alii omnes equos subducticios et expensas, et qui equos custodiant [m] et etiam nunciis serviant,[n] sine contradictione eis dare tenentur. Imperatori autem iumenta, ut habeat lac ex eis [o] ad annum, vel ad duos vel ad tres sicut placuerit ei, tam duces quam alii pro redditu dare tenentur; et homines ducum idem tenentur [p] facere dominis suis; inter eos enim nullus est liber. Et ut breviter dicam, quicquid Imperator et duces volunt, et quantum volunt, de rebus eorum accipiunt; de personis [q] eorum disponunt per omnia [r] secundum beneplacitum suum.[s]

25. Mortuo Imperatore, ut superius dictum est,[2] convenerunt duces et elegerunt Occoday, filium Chingiscan predicti,[t] Imperatorem. Qui habito consilio principum eius divisit [u] exercitus. Bati, qui in secundo gradu attinebat [v] eidem, misit contra terram

---

[a] BL *Et.* — [b] B *procurare.* — [c] L om. *pro expensis.* — [d] C *etiam.* — [e] T om. *Nuncios quoscumque.... dare.* — [f] BPVLT om. *hoc.* — [g] C *ista.* — [h] BPVL add. *predicti.* — [i] BPVLT om. *scilicet.* — [j] BPVL add. *videlicet et* (L *etiam*) *alii.* — [k] PL *Nuncii*; V *nuncios.* — [l] BPVL add. *et.* — [m] C *custodiunt.* — [n] C *servant.* — [o] BP om. *ex eis.* — [p] C om. *et homines.... tenentur.* — [q] BPVL add. *etiam.* — [r] BP om. *per omnia*; C *sed*; B *ad*; L *sicut volunt.* — [s] T om. *divisi enim.... suum.* — [t] BP om. *predicti*; BPVT add. *in.* — [u] C add. *in.* — [v] C *continebat*; B *attinebant.*

---

[1] Ibid., n. 34.

[2] Cap. V, n. 19.

Digitized by Google

Altisoldani et contra terram [a] Biserminorum.[b] [1] Hii enim sarraceni erant, sed comanicum [c] loquebantur.[2] Et cum intrasset terram eorum, pugnavit cum eis [d] et bello eos sibi subiecit.[e] [3] Quedam autem civitas, nomine [f] Barchin,[4] diu restitit ei. Fecerant [g] enim foveas multas in circuitu civitatis et operuerant [h] illas, et quando illi veniebant ad civitatem,[i] cadebant in foveas.[j] Unde non potuerunt illam civitatem habere [k] antequam dictas [l] foveas implevissent.[m]

26. Homines autem de quadam civitate, que vocatur Sakint,[n] [5] hoc audientes exierunt obviam eis, sponte se in manus [o] eorum tradentes. Unde civitas eorum non fuit destructa, sed plures eorum occiderunt et alios transtulerunt. Et acceptis spoliis [p] civitatis, ipsam aliis hominibus repleverunt, et iverunt [q] contra civitatem Ornas.[r] [6] Ista civitas erat nimium populosa. Erant enim

---

[a] C om. *Altisoldani.... terram.* — [b] P *Hisserminorum* ; V *Bisserminorum* ; T *Bissemor.* — [c] T *cumaniter.* — [d] L *contra eos.* — [e] B om. *Et cum.... subiecit.* — [f] L *que dicitur* ; C *Barochin* ; B *Berackym* ; P *Karkyn* ; L *Barthra.* — [g] G *Fecerunt.* — [h] G *operuerunt.* — [i] PL om. *ad civitatem.* — [j] C *foveis* ; V *fovea.* — [k] L *capere.* — [l] BPV *predictas* ; L *illas.* — [m] V *replevissent* ; L *repleessent.* — [n] B *Iatkint* ; V *Iamkint.* — [o] C *manu* ; BPV *manibus.* — [p] BPVL *accepto spolio.* — [q] L *venerunt.* — [r] BPVL *que vocatur* ; V *Oznac* ; L *Osna.*

---

[1] Bisermini est corruptio slavica verbi musulmani. Terra Biserminorum aut quod idem vult terra Altisoldani se extendebat a flumine Ural usque Badakhshan, a fontibus fluminis Tobol usque occeanum Indianum et littora meridionalia et orientalia maris Caspii. Benedictus Polonus illud regnum Turkiam nominat, cf. infra, n. 8. Cf. d'Avezac, *Recueil*, 501-03 ; Rockhill, *The Journey*, 13-15, n. 5 ; Beazley, *The Texts*, 283, n. 2.

[2] Cf. infra, cap. IX, n. 23.

[3] An. 1220.

[4] Seu Karachin, Karkin, Pharchin, Barthra verisimiliter civitas est parum infra Otrar posita, super flumen Syr Daria, cf. Beazley, *The Texts*, 283, n. 3.

[5] Situs istius civitatis determinari nequit, ibid. Istae duae civitates subiectae sunt a Djudji, an. 1221. d'Avezac, *Recueil*, 513-14 ; Beazley, *The Texts*, 283.

[6] Circa identificationem huius civitatis variae adsunt sententiae : Benedictus Polonus, cf. infra, n. 6, eam in Gazaria ponit super flumen Tanaïm. d'Avezac autem Ornam eamdem vult ac Tanam circa os fluminis

Digitized by Google

ibi [a] christiani plures, Gazari videlicet et Ruteni et Alani et alii, necnon et sarraceni; sarracenorum tamen erat dominium civitatis.[1] Hec autem civitas erat diviciis multum plena; est enim posita super fluvium quemdam,[b] qui currit per Iankint [2] et terram Biserminorum,[c] qui intrat mare; unde est quasi portus, et forum maximum habebant de illa civitate alii sarraceni. Et cum non possent eos aliter devincere, preciderunt fluvium qui currebat per civitatem, et [d] illam cum rebus et hominibus [e] submerserunt.[f] Quo perfecto,[g] postea intraverunt terram Turcorum,[h] [3] qui sunt pagani.[i]

27. Quam devincentes, iverunt contra Rusciam,[j] et fecerunt magnam stragem in terra [k] Ruscie, civitates et castra destruxerunt et homines occiderunt, et Kioviam,[l] que est metropolis

[a] BPV om. *ibi*; L om. *enim*. — [b] PL om. *quemdam*; BPVL add. *qui vocatur Don*; C *Iankinc*. — [c] BPVL om. *qui currit.... Biserminorum*. — [d] C om. *et*. — [e] L *rebus omnibus*. — [f] G *submersunt*. — [g] BPVL *facto*; BP om. *postea*. — [h] C *Tarcorum*; G *Turcorum*; B *Thoycorum*; P *Toycorum*; V *Tartorum*; L *Tortorum*. — [i] T om. *quedam autem.... pagani*. — [j] V *Russian*; L *Ruchiam*. — [k] B om. *terra*. — [l] C *Kionia*.

Tanaïs. Frähn eam in loco modernae civitatis Khiva collocat, ex eo quod Ornay, Ornache, Arnay, Arnache et Ertsa apud auctores mahumeticos et slavicos idem vult ac Urgenj (= Khiva). Demum Bretschneider et Rockhill hanc civitatem ponunt prope Otrar super partem inferiorem fluminis Syr Daria, cf. d'Avezac, *Recueil*, 505-12; Bretschneider, *Notices of the Mediaeval Geography and History*, 236; Rockhill, *The Journey*, 14-15, n. 1; Beazley, *The Texts*, 284.

[1] Auctores mahumetici huius temporis dicunt quod Khazari Turci ad orientem maris Caspii vivebant. Regionem vero circumcirca lacum Aral quam Kankali (Kangitae) in principio saec. XIII deseruerunt Khazari paulatim occupaverunt. Khazari autem pro maxima parte iudaicae religioni adhaerebant, sed mahumeti et christiani inter eos numerosi inveniebantur. Rockhill, *The Journey*, 36, n. 2; Yule-Cordier, *The Book*, II, 492, n.; Defrémery, *Fragments de Géographes et d'Historiens*, I, 469.

[2] Benedictus Polonus, infra, n. 8, etiam de hac civitate loquitur. Duae civitates istius nominis cognoscuntur, prima circa os fluminis Syr Daria, altera autem in parte superiori eiusdem fluminis, in Fergana. Rockhill, *The Journey*, 37, n. 2; Beazley, *The Texts*, 283, n. 3.

[3] Asia centralis mahumetica; apud alios autem scriptores est Asia Minor tursica, Beazley, *The Texts*, 284.

Digitized by Google

Ruscie, obsederunt; et cum diu obsedissent illam ceperunt et occiderunt homines civitatis.[1] Unde quando per terram illam ibamus, inveniebamus innumerabilia capita et ossa hominum mortuorum super campum iacere.[2] Fuerat enim civitas valde magna et nimium populosa, et nunc quasi in nichilum redacta est. Vix enim ducente domus sunt ibi modo, et illi homines tenentur in maxima servitute.[a] Inde [b] procedentes pugnando, destruxerunt totam Rusciam.

28. De Ruscia autem et de Comania [c] processerunt duces predicti,[d] et pugnaverunt contra Ungaros [e] et Polonos.[3] Ex quibus Tartaris in [295] Polonia et in Ungaria plures interfecti fuerunt; et si non fugissent, et viriliter restitissent Ungari, exivissent Tartari de finibus suis, quia Tartari [f] habuerunt talem timorem, quod omnes fugere attemptabant. Sed Bati evaginato gladio in faciem restitit eis [g] dicens: « Nolite fugere, quia si fugitis [h] nullus evadet, et [i] si debemus mori moriamur omnes, quia futurum est quod [j] Chingiscan predixit quod interfici debeamus, et si nunc tempus est sustineamus ». Et sic animati sunt, et remanserunt et Ungariam destruxerunt.

29. Inde revertentes venerunt [k] in terram Morduanorum,[l] qui sunt pagani, et eos bello vicerunt.[4] Inde procedentes contra

---

[a] BPVLT om. *Unde quando.... servitute.* — [b] T add. *post illam victoriam.* — [c] C *Canonia*; T *Komania.* — [d] T add. *Unus, Orda nomine, fuit in Polonia. Contra Hungaros vero fuerunt V, scilicet Batu, Hurui, Cadam, Sibam, Buygeth, Et omnes isti VI* (*pugnaverunt*). — [e] C *Ungario*; P *Ungarios*; L *Hungaros.* — [f] L *tunc*; om. *talem.* — [g] C om. *eis.* — [h] BPT *fugeritis.* — [i] V *quod.* — [j] BPVLT *ut.* — [k] L *iverunt.* — [l] V *Mordudanorum.*

---

[1] Duae sunt invasiones, prima an. 1221-24; secunda 1236-43. Kiovia in secunda invasione destructa est, cf. Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches*, IV, 8-10.

[2] Cf. infra, cap. IX, n. 22, ubi idem de Comania et terra Kangittarum narratur.

[3] d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 120-83; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I, 323-32.

[4] Sunt Mordvini Finlandiae partis mediae Rhae, Beazley, *The Texts*, 285; Hallberg, 360.

Digitized by Google

Billeros,[a] [1] id est Bulgariam magnam,[2] et ipsam destruxerunt omnino. Inde procedentes ad [b] aquilonem adhuc contra Baschart,[c] id est Hungariam magnam, et eos etiam devicerunt.[d] [3]

30. Inde egredientes, iverunt amplius [e] ad aquilonem, veneruntque ad [f] Parossitas,[g] [4] qui habent parvos stomachos [h] et os parvulum,[i] ut nobis dicebatur,[j] nec manducant sed decoquunt carnes ; quibus decoctis ponunt se super [k] ollam et fumum recipiunt, et de hoc solo reficiuntur. Sed [l] si aliquid comedunt,[m] hoc valde modicum [n] est.[5]

31. Inde procedentes venerunt ad Samogedos.[o] [6] Hii autem homines, ut dicitur,[p] tantum de venationibus vivunt ; tabernacula etiam et vestes habent tantummodo [q] de pellibus bestiarum.[7]

---

[a] BL *Bileros* ; P *Byleros* ; V *Biletos* ; T *Hyseros*. — [b] C om. *ad*. — [c] C *Bosarcos* ; B *Biscart* ; P *Bascart* ; L *Baschares* ; T *Lyas-Lyait*. — [d] C *devixerunt* ; G *devinxerunt* ; L *vicerunt*. — [e] BPVL om. *amplius* ; T *plus etiam*. — [f] CVLT om. *que* ; C om. *ad*. — [g] B *Porrossitas* ; P *Porrosytas* ; L *Paressitas*. — [h] BP *parvum stomachum*. — [i] C *parvulinum* ; V *parvissimum*. — [j] BPVL om. *ut nobis dicebatur*. — [k] L *inter fumum*. — [l] L add. *etiam*. — [m] BPVLT *manducant*. — [n] B *parum*. — [o] BP *Sagemodi* ; VL *Samogedi* ; T *Gamagedes*. — [p] BPVL om. *ut dicitur*. — [q] G *tamen modo*.

---

[1] Verbum slavicum quod Bulgaros vult.

[2] Magna Bulgaria erat posita ad meridiem Kazan, fere intra flexuram quam flumina Kama et Volga confluentia efformant.

[3] Seu Pascatur ut dicit Rubruc, cap. XXI, n. 1, aut Pascaver, ibid., cap. XXX, n. 46, est Basqïrd, Bashkir sc. regio circa partes meridionales citra et ultra montes hyperboreos (Ural) ; sc. in regione civitatum Samara, Oremburg, Perm, Vyatka, cf. d'Avezac, *Recueil*, 490-91 ; Rockhill, *The Journey*, 12, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 285 ; Bihl-Moule, *Tria nova Documenta*, 60.

[4] Populus, qui a modernis Permiaks vocitatur, ab origine finnica, provincias Perm et Vyatka occupans, Rockhill, *The Journey*, 12 ; Beazley, *The Texts*, 285.

[5] Pullé, *Historia Mongalorum*, 180-81, huius legendae originem invenire credit in populorum vicinorum usibus portandi cibos fumantes pro defunctis, ex eo quod mortui fumum pro cibo desiderare credebant.

[6] Adhuc hodiedum sub hoc nomine in provincia Archangel existunt, Beazley, *The Texts*, 285 ; regionem, terram tenebrarum ab auctoribus mahumeticis vocatam, inhabitabant, Rockhill, *The Journey*, 12, n. 1.

[7] Pullé, *Historia Mongalorum*, 181.

Digitized by Google

Inde ultra procedentes, venerunt ad quamdam terram super occeanum,[a] ubi invenerunt quedam monstra, ut nobis firmiter dicebatur,[b] que per omnia formam humanam habebant, sed pedes desinebant in pedes bovinos, et humanum capud habebant,[c] sed faciem habebant ut canis. Duo verba loquebantur more humano et tercio latrabant[d] ut canis,[e] et sic per intervalla temporum[f] latractum interponebant, tamen ad materiam[g] suam redibant, et sic intelligi poterat quid[h] dicebant.[1] Inde redierunt in Comaniam, et usque[i] nunc quidam ex eis[j] morantur ibidem.

32. Cirpodam[k] [2] vero eodem tempore misit Occodaican cum exercitu ad meridiem contra Kergis,[l] quos[m] in bello devicit.[3] Hii autem homines sunt pagani, qui pilos in barba non habent; quorum consuetudo est talis: cum pater moritur alicuius, pre[n] dolore quasi unam[o] corrigiam in signum lamenti ab aure usque[p] ad aurem de facie sua levant.

33. Quibus devictis ad meridiem ivit contra Armenos. Sed[q] cum per deserta transierunt,[r] quedam etiam monstra, ut nobis dicebatur pro certo,[s] effigiem humanam habentia, invenerunt, sed nonnisi unum brachium cum manu in medio pectoris et unum pedem habebant, et duo sagittabant cum uno archu, et isti[t] ita fortiter currebant quod equi eos[u] investigare non pote-

---

[a] V om. *super occeanum*. — [b] BPVL om. *ut nobis.... dicebatur*. — [c] BPVLT om. *humanum capud habebant*; BPVL loco *sed* hab. *et*, add. *per omnia*. — [d] C *latractabant*. — [e] T om. *Duo verba.... canis*. — [f] P om. *temporum*; BP add. *ipsum*. — [g] C *mentem*. — [h] V *quod*; T *poterant que*. — [i] C om. *usque*. — [j] V om. *quidam.... eis*. — [k] B *Cyrpodan*; PL *Cirpodan*; V *Chirpodan*; T *Cyrpodam*. — [l] C *Gergis*; V *Teregritz*; T *Lyergis*. — [m] BPL add. *etiam*; BPLT om. *in*. — [n] GP *pro*. — [o] BP om. *unam*. — [p] BP om. *ab aure usque*; P om. *de*, hab. *levat*. — [q] C *Etiam*. — [r] BPVL *transirent*. — [s] BPVLT om. *ut nobis.... certo*. — [t] B om. *isti*; C om. *ita*; V *tam*. — [u] T om. *eos*.

---

[1] Circa hanc legendam quae ab antiquitate existebat sed sedis locum pluries mutavit, cf. d'Avezac, *Recueil*, 493; Rockhill, *The Journey*, 12, n. 1; 36, n. 1; Beazley, *The Texts*, 285; Pullé, *Historia Mongalorum*, 181-82; Hallberg, 175-78.

[2] Cf. supra, cap. V, 21.

[3] Circassi. Expeditio Tartarorum contra Persiam, Caucasum, Asiam Minorem locum habuit an. 1229-31.

Digitized by Google

rant. Currebant enim [a] saltando super illum unum pedem, et [b] cum essent fessi taliter eundo, ibant super manum et pedem revolvendo [c] se quasi in circulo.[d] Istos autem [e] Ysidorus ciclopedes appellavit. [f] [1] Et cum essent sic fessi, iterum currebant secundum [g] modum priorem. Aliquos tamen occiderunt ex eis, et sicut nobis a Ruthenis clericis in curia dicebatur qui morantur cum Imperatore predicto, plures ex eis nuncii venerunt in legatione [h] apud Imperatoris curiam superius annotati, ut pacem habere possent cum eo.[1] [2] Inde procedentes venerunt in Armeniam, quam bello vicerunt,[3] et partem etiam [j] Georgianie; [k] et alia pars venit ad mandatum [l] eorum.[4] Et XL milia yperperorum singulis annis dederunt pro tributo,[m] et adhuc faciunt illud [n] idem.

34. Inde procedentes ad terram Soldani [o] de Urum, qui [p] erat satis magnus et potens, cum quo etiam [q] pugnaverunt et devicerunt.[5] Et processerunt [r] [296] ultra debellando et vincendo usque ad terram Soldani Alapie,[s] et nunc etiam [t] terram illam optinent,[6] et alias terras ultra illas proponunt [u] impugnare.[v] Nec postea usque ad presentem [w] diem in terram suam fuerunt

[a] BPVT *autem.* — [b] L add. *sic.* — [c] L *removendo.* — [d] BPVL *rota*; T *rotam.* — [e] T add. *homines*; hab. *cydepos.* — [f] BPVL om. *Istos autem.... appellavit.* — [g] G *secundo.* — [h] C om. *a Ruthenis.... legatione*; invenitur apud S. — [i] BPVL om. *et sicut.... cum eo.* — [j] BPVL om. *etiam.* — [k] B *Ieorgianie*; P *Ieorgiane*; V *Iozganis*; L *Georgranie.* — [l] C *manum.* — [m] VL om. *pro tributo.* — [n] L om. *illud.* — [o] C *Solitani*; G *Soldani.* — [p] V add. *etate.* — [q] BPVL om. *etiam.* — [r] L *Inde*; VL *procedentes.* — [s] BPVL *Damasci*; L *Danifessi.* — [t] BPVL om. *etiam.* — [u] BPVL om. *optinent.... proponunt.* — [v] BPVL *impugnant.* — [w] L *in hodiernum.*

[1] PL 82, *Etymologiarum lib.* XI, col. 421.

[2] Cf. infra, cap. IX, n. 39.

[3] 1235-36, Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 30.

[4] Ibid., 29-36.

[5] Sultanatum de Rum, Konieh aut Iconium, cf. Rubruc, cap. 1, n. 1, ubi dicitur Turkia, ut generatim saec. XII et XIII vocabatur, d'Avezac, *Recueil*, 570-2; Rockhill, *The Journey*, 41-42, n. 3; Beazley, *The Texts*, 286, n. 4. Haec Turkia fere totam Asiam Minorem complectebatur, et 1243-44 subiecta fuit.

[6] Beraea seu Alapia iam prius tributum solvebat, sed tantum an 1260 a Tartaris capta est, d'Avezac, *Recueil*, 570; Beazley, *The Texts*, 286, n. 4.

Digitized by Google

reversi. Idem [a] exercitus ivit contra terram Calif [b] de Baldac,[c] quam etiam sibi subdidit. [d] [1] Quadringentos bisancios,[e] exceptis baldakinis et aliis muneribus, omni die dant pro tributo. Et omni anno pro Calif ut ad eos veniat, nuntios mittunt; qui cum tributo et omni anno [f] munera magna mittit, rogans ut eum [g] supportent.[h] Ipse vero Imperator munera accipit, et nichilominus ut veniat mittit pro eo.[i]

De bello, et [j] ordinatione acierum, et armis,[k] et astuciis et congregatione,[l] et crudelitate captivorum,[m] et oppugnatione munitionum,[n] et perfidia eorum in hiis qui se reddunt eisdem, etc. [o]

CAP. VI.

1. Dicto de imperio, dicendum est [p] hoc modo de bello. Primo de ordinatione acierum, secundo de armis, tercio de astuciis in congressione, quarto [q] de crudelitate quam faciunt de captivis, quinto de oppugnatione castrorum et civitatum, sexto de perfidia quam exercent cum hiis qui se reddunt eisdem. [r]

2. De ordinatione acierum hoc modo Chingiscan [s] ordinavit, ut decem hominibus [t] preponeretur [u] unus, et ille secundum nos appellatur decanus; decem autem decanis preponeretur unus, [v]

---

[a] BPVL *Alius*. — [b] B *Calife*; V *Calyph*. — [c] C repet. *de*; B *Baldarth*; P *Balday*; VL *Baldach*. — [d] PVL *subdiderunt*; C add. *in* aut *m*. — [e] BPVL *Et quadraginta bisancia*. — [f] BPVL om. *omni anno*. — [g] B *eos*. — [h] BL *supportet*; V *supportant*. — [i] L *mittunt*; BPV om. *pro eo*; PV post *ut veniat mittit* hab. *et adhuc faciunt.... sibi subdiderunt*; T om. *Aliquos tamen.... pro eo*. — [j] G *de*. — [k] G add. *aci*. — [l] BP *in congressione*. — [m] BP *quam faciunt de captivis*. — [n] C *immitionum*; G *munitionum*; BP *castrorum et civitatum*. — [o] BP om. *et perfidia.... etc.*; T hab. *De bello Tartharorum et ordinatione acierum*; L *Qualiter se habent in preliis*; V om. *titulum*. — [p] L *dicemus*. — [q] T om. *de astuciis.... quarto*. — [r] T om. *quinto de.... eisdem*; BPV add. *De ordinatione acierum*; BP in textu add. *Primo*. — [s] V add. *statuit et*. — [t] C *omnibus*. — [u] C *proponeretur*; G *preponeretur*. — [v] V om. *preponeretur*; T om. *unus*; B add. *homo*.

---

[1] Haec etiam minus recte dicta sunt, quia Bagdad tantum an. 1258 a Tartaris capta est, Beazley, *The Texts*, 284; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 270-72.

Digitized by Google

qui centenarius nominatur ;[a] decem vero centenariis preponeretur unus, qui millenarius appellatur ;[b] decem vero[c] millenariis preponeretur[d] unus,[1] et ille numerus[e] vocatur tenebre apud[f] eos.[2] Cuncto vero exercitui[g] preponuntur duo[h] duces vel tres, ita tamen quod habeant respectum ad unum.[3]

3. Cum autem[i] sunt in bello, si de decem hominibus fugit unus vel duo vel tres vel etiam plures, omnes occiduntur ;[j] et si omnes decem fugiunt, nisi fugiant alii centum, omnes occiduntur.[k] Et ut breviter dicam, nisi[l] comuniter cedant, omnes qui fugiunt occiduntur. Item[m] si unus vel duo aut plures audaciter accedunt[n] ad pugnam et decem alii non secuntur, occiduntur etiam ; et si unus de decem vel plures capiuntur, et alii socii sui non liberant eos, etiam occiduntur.[o]

4. Arma autem ista ad minus omnes debent habere : duos arcus vel tres, vel unum bonum ad minus,[p] et tres pharetras magnas plenas sagittis, et unam securim, et funes ad machinas trahendas. Divites autem habent gladios accutos in fine, ex una[q] parte tantum[r] incidentes, et aliquantulum curvos, et habent equum armatum, crura etiam[s] tecta, galeas et loricas. Quidam loricas et etiam cooperturam equorum[t] habent de corio, in hunc

[a] L *nuncupatur.* — [b] BP *nominatur.* — [c] BPVL om. *vero.* — [d] BP om. *preponeretur.* — [e] B om. *et ille* ; VP om. *numerus* ; BP *appellatur.* — [f] C *capud.* — [g] C *exercitu.* — [h] G *duos.* — [i] C *acies.* — [j] C repet. *occiduntur.* — [k] BP om. *et si.... occiduntur.* — [l] V *mille* ; T add. *omnes* ; V add. *fugiant vel* (*cedant*). — [m] C *Iterum.* — [n] C *accedant.* — [o] B om. *et si.... occiduntur* ; BPVT add. *De armis* ; PT *eorum* ; V *Tartarorum.* — [p] BP om. *ad minus.* — [q] VL *utraque.* — [r] GT *tamen* ; V om. *tantum.* — [s] T om. *crura.... tecta.* — [t] BPVL om. *loricas.... equorum* ; T om. *et etiam.... equorum.*

[1] Omnes exercitus superiores unico nomine designabantur : aghâsy, quod post numerum militum sub ipsis stantium ponebant, d'Avezac, *Recueil*, 577 ; Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 74-75.

[2] Iohannes de Plano Carpini verba tartarica *thuman* et *duman* confudit, quae aequali modo enuntiantur sed sensu differunt. Nam *thuman* idem vult ac decem mille ; *duman* vero obscurum, tenebrae. Confusio eo facilius evasit quo russice verbum tjma duos sensus supra relatos habet, Altunian, *Die Mongolen*, 75, n. 1 ; cf. infra relationem Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XXIX, n. 49.

[3] De exercitus organizatione, cf. etiam Yule-Cordier, *The Book*, I, 263-64, n. 2.

Digitized by Google

modum formatas: habent quasdam corrigias de bove vel alio animali [a] ad latitudinem unius manus, et bituminant tres vel quattuor simul, [b] et ligant illas corrigiolis sive cordulis; in corrigia superiori ponunt cordulas in [c] fine; in inferiori ponunt in medio, et sic faciunt usque ad finem.[d] Unde quando inclinantur,[e] inferiores corrigie superiores ascendunt, et sic duplicantur super corpus vel etiam [f] triplicantur.

5. De coopertura equi faciunt quinque partes, ex una parte equi [g] unam, et ex alia [h] aliam, que protenduntur a cauda [i] usque ad capud, que ligantur ad sellam, et post sellam [j] in dorso et etiam in collo; super renes etiam aliam partem ponunt, ubi duarum [k] partium ligature iunguntur; in qua pecia [l] faciunt unum foramen [297] per quod caudam [m] exponunt; et ante pectus ponunt etiam unam; que omnes protenduntur [n] usque ad genua vel usque ad crurum iuncturas. [o] Et ante frontem laminam ferream ponunt, que ex utraque parte colli partibus predictis ligatur.

6. Lorica vero etiam quatuor habet partes, una pars protenditur a femore usque ad collum, sed est facta secundum dispositionem [p] humani corporis, quia ante [q] pectus est stricta, et [r] a brachiis et [s] inferius in rotundum [t] obvolvitur circa [u] corpus; retro autem ad renes habent aliam peciam, que protenditur a collo usque ad aliam [v] peciam, que revolvitur circa corpus; super humeros autem [w] iste due pecie, anterior videlicet et posterior, ad duas laminas ferreas que sunt in utroque humero fibulis conectuntur [x]; et in utroque brachio unam habent peciam, que ab humeris protenduntur [y] usque ad manus, que etiam inferius sunt aperte; et in unoquoque crure unam peciam habent. Que pecie omnes fibulis coniunguntur. [z]

---

[a] BPVL om. *vel.... animali.* — [b] G *similiter.* — [c] C om. *corrigia.... in.* — [d] E codice O pars a cap. IV, n. 8 *manus quando* usque hunc locum avulsa est. — [e] BPVLO *se inclinant.* — [f] BPVL om. *etiam*; O om. *vel.... triplicantur.* — [g] BPVL om. *equi.* — [h] BPVL add. *parte faciunt.* — [i] BP om. *a cauda*; O *a capite usque ad caudam.* — [j] CO om. *et post sellam.* — [k] BPVL *due.* — [l] BPVL *parte.* — [m] VO *capud.* — [n] B *producuntur*; P *pretenduntur.* — [o] G *convincturas*; BPV *coniuncturas.* — [p] G *dispositioni.* — [q] B om. *ante.* — [r] BPVL om. *et.* — [s] V *vero.* — [t] BP om. *in rotundum.* — [u] VO add. *totum.* — [v] BPV *illam.* — [w] L add. *retro.* — [x] B *coniungitur.* — [y] PVL *humero*; PV *protenditur.* — [z] B om. *et in utroque.... coniunguntur*; O om. *fibulis.*

Digitized by Google

7. Galea autem est superius ferrea vel de calibe, [a] sed illud quod protegit in circuitu collum et gulam de corio est; [b] et omnes iste pecie de corio sunt formate, secundum modum superius annotatum.

8. Quidam autem omnia illa, [c] que superius diximus, habent de ferro in hunc modum formata: [d] unam laminam tenuem ad latitudinem unius digiti faciunt et ad longitudinem [e] palme unius, et ad [f] hunc modum faciunt laminas multas, et in unaquaque lamina octo foramina parvula faciunt, et interius tres corrigias strictas et fortes ponunt; et laminas unam [g] super aliam ponunt quasi ascendendo per gradus, et ligant laminas predictas ad corrigias tenuibus [h] corrigiolis, quas mittunt per [i] foramina superius annotata, et in [j] superiori parte consuunt [k] corrigiolam unam, que duplicatur ex utraque parte, et consuitur cum una corrigiola [l] ut lamine predicte bene et firmiter conhereant simul. [m] Et faciunt ex laminis quasi corrigiam unam, et postea ligant per pecias omnia, sicut superius dictum est. Et ista faciunt tam ad equorum quam ad hominum armaturas, et faciunt ita illa lucere quod potest homo faciem suam in eis [n] videre. [o]

9. Aliqui eorum [p] lanceas habent, et in collo [q] ferri lancee habent [r] unum uncum, cum quo detrahunt [s] hominem de sella si possunt. Longitudo suarum [t] sagittarum est duorum pedum et unius palme et digitorum duorum. Et quia diversi sunt pedes, mensuram pedis geometrici ponimus: duo [u] grana ordei pollicis transversio est, sexdecim pollices transversi faciunt unum geometricum pedem. [v] Ferramenta sagittarum sunt accutissima, et ex utraque parte incidentia quasi gladius biceps, et semper portant limas iuxta pharetram ad accuendum sagittas. Ferramenta predicta caudam habent accutam ad longitudinem [w] digiti, quam imponunt in lignum. [x]

---

[a] BPVLO om. *vel de calibe.* — [b] BPVL *fit.* — [c] L om. *illa.* — [d] G add. *in.* — [e] L *latitudinem.* — [f] BPVL *in.* — [g] C om. *unam*; O *laminam.* — [h] BP *tenuissimis*; O om. *super.... tenuibus.* — [i] B *ad*; PV add. *omnia.* — [j] C om. *in.* — [k] C *consuuntur.* — [l] BPVLO om. *que duplicatur.... corrigiola.* — [m] L *sibi.* — [n] C om. *in eis.* — [o] T om. *ad hunc modum.... videre.* — [p] BP om. *eorum*; T *etiam.* — [q] BPVL *fine.* — [r] O om. *habent.... lancee*; BP om. *unum.* — [s] L *trahunt.* — [t] V *sua.* — [u] BP *duodecim.* — [v] BPVTO om. *Et quia.... pedem.* — [w] L add. *unius.* — [x] T om. *Ferramenta predicta.... lignum.*

Digitized by Google

10. Scutum habent de viminibus vel de virgulis factum, sed non credimus quod portant nisi ad castra, et ad custodiam Imperatoris et principum, sed hoc tantum de nocte. [a] Sagittas etiam alias habent ad sagittandum aves et bestias et homines inermes, ad trium digitorum latitudinem; [b] sagittas autem [c] alias habent diversimodas ad aves et bestias [d] sagitandas. [e]

11. Cum ad bellum procedere volunt, precursores premittunt, qui nichil secum portant preter filtra sua et equos et [f] arma. Isti nichil rapiunt, domos non comburunt, bestias non occidunt, sed tantum homines vulnerant et mortificant, et si non possunt aliud mittunt in fugam. Multo libentius tamen [g] occidunt quam fugant. [h] Post istos sequitur exercitus, qui cuncta que [298] invenit accipit, et homines etiam si [i] inveniri possunt capiunt [j] vel occidunt. Nichilominus tamen principes exercitus ex omni parte mittunt predones post hoc ad inveniendum homines et iumenta, qui valde sagaces sunt ad querendum. [k]

12. Quando autem ad flumina perveniunt, hoc modo transeunt illa, etiam si sunt magna. Maiores unum rotundum et leve corium habent, in cuius summitate per circuitum crebras faciunt hanssas, in quibus funem imponunt [l] et stringunt, ita quod [m] in circuitu faciunt quemdam ventrem quem replent vestibus et aliis rebus, et fortissime ad invicem comprimunt; [n] post hoc in medio ponunt sellas et alias res duriores. Homines etiam in medio sedent, et ligant ad caudam equi navem hanc taliter preparatam. Unum hominem qui equum regat faciunt pariter [o] cum equo ante natare; vel habent [p] aliquando duos remos et cum illis remigant ultra aquam, et sic transeunt flumen. [q] Equos vero pellunt in aquam, [r] et unus homo [s] iuxta unum equum quem regit natat, et alii equi omnes illum sequun-

---

[a] BPVLO om. *sed non.... nocte.* — [b] BP *longitudinem.* — [c] L om. *autem.* — [d] C om. *et homines.... bestias*; O om. *sagittas.... bestias sagitandas.* — [e] P add. *De astuciis eorum in congressione.* — [f] C hab. *ad* — [g] G *tam.* — [h] BPV *fugent*; O om. *multo.... fugant.* — [i] C om. *si*; BP *invenire.* — [j] L *accipiunt.* — [k] BPVLO om. *Nichilominus.... querendum*; T om. *sed non credimus.... querendum.* — [l] O loco *in cuius.... crebras* hab. *et circumcirca coreum*; T *ponunt* C *strigunt.* — [m] G *itaque.* — [n] BP *componunt.* — [o] T om. *pariter.* — [p] C *abent.* — [q] VT *flumina*; O om. *et sic.... flumen.* — [r] V *flumen.* — [s] T om. *homo.*

Digitized by Google

tur ; et sic transeunt aquas et flumina magna. Alii [a] pauperiores unam bursam habent [b] de corio bene consutam — et talem [c] unusquisque tenetur habere, — in qua bursa [d] vel in quo sacco [e] vestes et omnes res suas imponunt, et in summitate saccum fortissime ligant, et suspendunt ad caudam equi, et transeunt, ut superius dictum est. [f]

13. Sciendum est quod quando [g] vident hostes, tunc vadunt ad eos, et unusquisque iacet tres sagittas vel quatuor contra adversarios suos ; [h] et si vident quod eos superare non possint, retro regrediuntur [i] ad suos. Et hoc faciunt in fraudem, ut adversarii eos sequantur [j] ad loca ubi insidias paraverunt. Et si eorum inimici insequuntur [k] ipsos ad predictas insidias, circumdant eos et sic vulnerant et occidunt. Item si vident quod magnus exercitus sit contra eos, aliquando divertunt ab eo per unam dietam vel per duas, [l] et aliam partem terre [m] invadunt et expoliant et interficiunt homines et [n] terram destruunt et devastant. Et si vident etiam [o] quod hoc facere non [p] possint, cedunt retro ad decem vel ad XII dietas aliquando, et morantur in loco tuto, quousque adversariorum exercitus separetur, et tunc furtim veniunt et depopulant totam terram. In bellis enim astutissimi sunt, quia iam per XL annos et amplius cum aliis gentibus dimicarunt.[q] [1]

14. Cum autem ad pugnam volunt accedere, [r] omnes acies ordinant sicut debent [s] pugnare. Duces vero [t] sive principes exercitus [u] bellum non intrant, sed stant [v] a longe contra inimicorum [w] exercitum, et pueros iuxta se habent in equis et

---

[a] BPVLT add. *vero.* — [b] BPVLT om. *habent.* — [c] CBPVLT om. *et talem.* — [d] CVTO *quam bursam;* O *vel saccum.* — [e] C *facto*; G *sacco.* — [f] B add. *De astuciis in congressione.* — [g] G *qum.* — [h] L om. *suos.* — [i] CBPVLO *possunt ;* VL *gradiuntur.* — [j] G *sequuntur* ; quod B om. — [k] BPV *sequuntur.* — [l] BP add. *dietas* ; V om. *per.* — [m] BPV add. *occulte.* — [n] C *ad* ; O om. *devastant.* — [o] BPVL om. *etiam.* — [p] B om. *non* ; BPVLO hab. *possunt.* — [q] P add. *De oppugnatione castrorum et civitatum.* — [r] BPO *procedere* ; O *debent* ; O loco *omnes* hab *3.* — [s] BP *debeant* ; L *deberent.* — [t] BPV om. *vero* ; O *primo* et om. *non* [*intrant*]. — [u] CBO om. *exercitus.* — [v] T om. *stant.* — [w] B *circa adversariorum.*

---

[1] De recessu fictitio Mongolorum in bello, cf. Yule-Cordier, *The Book,* I, 263 ; 265-66, n. 6.

Digitized by Google

mulieres et equos; et faciunt aliquando ymagines hominum et ponunt super equos. Hec ideo faciunt [a] ut multitudo magna [b] bellancium esse [c] credatur. Contra [d] faciem inimicorum [e] unam aciem captivorum et aliarum [f] gentium qui sunt inter eos transmittunt, et forsitan aliqui Tartari vadunt cum eis. Alias acies fortiorum hominum longe [g] mittunt a dextris et a sinistris, ut non videantur ab adversariis suis, et sic circumdant adversarios [h] et colligunt in medium, et sic [i] pugnare incipiunt ex omni parte. Et cum sint aliquando pauci, putantur ab adversariis, qui circumdati sunt, esse multi, et maxime cum videant illos qui sunt cum duce vel [j] principe exercitus pueros et mulieres et equos et homines ficticios, [k] ut dictum est [l] supra, [m] quos [n] credunt esse pugnatores, et per hoc terrentur et confunduntur. Et si forte adversarii bene pugnent, faciunt [299] eis viam ut fugiant; et statim cum fugere incipiunt et ab [o] invicem separari, insecuntur [p] eos, et plures tunc occidunt [q] in fuga [r] quam mortificare possint in bello. Sciendum tamen quod si [s] aliud possunt, [t] non libenter congrediuntur, sed homines et equos sagittis [u] vulnerant et occidunt. Et cum iam homines et equi sunt debilitati sagittis, tunc congrediuntur cum eis.[v] [1]

15. Munitiones in hunc modum expugnant. Si talis est munitio,[w] ipsam circumdant, immo aliquando [x] sepiunt, ut nullus possit ingredi vel exire. [y] Et pugnant [z] fortissime machinis et sagittis, et nec die nec nocte cessant a prelio, ut illi qui sunt in munitionibus non quiescant; ipsi tamen Tartari quiescunt, quia acies dividunt et una succedit alteri in pugna, ut non nimium

---

[a] T om. *Hec.... faciunt.* — [b] C *magnam.* — [c] BP om. *esse*; BP *appareat*; L *credantur.* — [d] B *Circa.* — [e] L *equorum.* — [f] G *aliorum*; P *aliorum gentilium.* — [g] C om. *longe.* — [h] BPO add. *suos.* — [i] BP om. *sic.* — [j] BP *et.* — [k] C *futicios*; BL *fictos.* — [l] C add. *et equos.* — [m] O *superius*; G *super.* In hoc loco relatio apud O desinit ob folia vi ablata. — [n] C *equos.* — [o] C *ad.* — [p] P *non sequuntur.* — [q] BP *occiduntur.* — [r] C *fugam.* — [s] C om. *si.* — [t] B om. *sciendum.... possunt.* — [u] BPV om. *sagittis.* — [v] BPVL om. *Et cum.... eis*; B add. *De oppugnatione castrorum et civitatum.* — [w] G *munitionem.* — [x] L add. *ita.* — [y] V *egredi.* — [z] L *expugnant.*

---

[1] De modo bellum faciendi, cf. etiam auctores varios apud Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 79-81.

Digitized by Google

fatigentur.[1] Et si eam taliter habere non possunt, grecum [a] prohiciunt ignem,[2] immo solent aliquando accipere arvinam [b] hominum quos occidunt, et liquefactam prohiciunt super domos. Et ubicumque venit ignis super pinguedinem illam, quasi inextinguibiliter ardet. Extingui tamen potest, ut dicitur, cum vino vel cervesia superfusa. Et si super carnem ceciderit, confricatione palme manus [c] potest extingui.[d]

16. Et si ita non prevalent, et civitas illa vel castrum habeat flumen, obstruunt illud, vel faciunt alium alveum, et submergunt illam munitionem si possunt. Si autem non possunt, suffodiunt [e] illam, et sub terra armati in ipsam ingrediuntur. Et cum iam intraverint,[f] una pars ignem imponit ut comburatur, et alia pars cum illius munitionis hominibus pugnat. Si autem nec sic illam vincere possunt, castrum vel munitionem suam faciunt contra illam, ut ab inimicorum iaculis non graventur; et contra illam multo tempore iacent, nisi forte exterius [g] adiutorium habeat exercitus qui pugnet cum eis et vi removeat ipsos.[h] Sed cum ante munitionem iacent, blande eis loquuntur et multa eis promittunt, ad hoc ut se [i] eorum manibus tradant. Et si illi se eis reddiderint dicunt: « Exite [j] ut secundum morem nostrum vos numeremus ». Et cum illi ad eos exeunt, querunt qui sunt artifices inter eos et illos reservant,[k] alios autem, exceptis illis quos volunt habere pro servis, cum securi occidunt.[3] Et [l] si aliquibus

---

[a] V om. *grecum.* — [b] C *arminam.* — [c] G *magnus.* — [d] BPVL om. *Extingui tamen.... extingui.* — [e] BV *fodiunt.* — [f] BPVL *intraverunt.* — [g] B om. *exterius* ; P hab. *exercitus.* — [h] T om. *unam aciem captivorum.... ipsos* ; BP add. *De perfidia quam exercent cum hiis qui se reddunt eis* (P *eisdem*) ; B *et de crudelitate quam faciunt de captivis.* — [i] C add. *in.* — [j] C *exire.* — [k] BP *observant.* — [l] V *Quod.*

---

[1] Ibid., 77.

[2] Quatremère, *Histoire des Mongols de la Perse*, I, 135 ; Reinaud et Favé, *Du feu grégeois*, ap. *Journal Asiatique*, 1849, II, 255-327 ; Quatremère, *Observations sur le feu grégeois*, ibid., 1850, I, 214-74 ; Reinaud, *Nouvelles observations sur le feu grégeois*, ibid., 371-76; cf. supra cap. V, n. 12.

[3] Hoc in loco Iohannes de Plano Carpini pluribus auctoribus de eadem materia agentibus contradicit, cf. Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 79, et n. 5.

Digitized by Google

aliis [a] parcunt, ut dictum est,[b] nobilibus et honestis hominibus [c] nunquam parcunt. Et si forte aliquo casu contingente reservant aliquos nobiles, nec prece nec precio ultra de captivitate possunt exire.[d]

17. In bellis [e] autem quoscumque capiunt occidunt, nisi forte velint aliquos reservare,[f] ut habeant eos pro servis. Occidendos autem dividunt per centenarios,[g] ut cum bipenni interficiantur ab eis; ipsi vero post hec dividunt per [h] captivos, et unicuique servo ad interficiendum [i] dant decem aut plures aut pauciores [j] secundum quod maioribus placet.

Quomodo faciunt hominibus pacem, et de terrarum nominibus quas subiugaverunt,[k] et de tyrannide quam exercent in hominibus suis, et de terris que eis viriliter restiterunt.[l] CAP. VII.

1. Descripto [m] quomodo pugnant, dicendum est de terris quas ipsorum [n] dominio subiugarunt, de quo isto modo scribemus: primo dicemus quomodo faciunt cum hominibus pacem, secundo de terrarum nominibus quas [o] subdiderunt, tercio de tyrannide quam exercent in eos,[p] quarto de terris que eis viriliter restiterunt.[q]

2. Sciendum [r] quod cum nullis hominibus [300] faciunt pacem nisi subdantur eis,[1] quia, ut dictum est supra,[s] a Chingischan habent mandatum ut cunctas [t] sibi si possunt subiciant nationes.[2]

---

[a] T om. *aliis*. — [b] BP om. *ut.... est*. — [c] V om. *et honestis*; VL om. *hominibus*. — [d] B *redire*. — [e] V *bello*; T *Imbelles*. — [f] BP *observare*; T *conservare*. — [g] B om. *per centenarios*. — [h] VL om. *per*. — [i] V om. *ad interficiendum*, hab. *quinque*. — [j] T om. *aut pauciores*. — [k] PL *et de terris quas sibi subiugaverunt, de nominibus earum* (P add. *terrarum*). — [l] C *restituerunt*; G *restituerent*; B loco *in hominibus.... restiterunt* hab. *in resistentes eis*; V hab. *De pugna Tartarorum*. — [m] P *dicto*; V *sequitur*; L *scripto*. — [n] BPVL *eorum*. — [o] BPVL add. *sibi*. — [p] B *christianis*; L *eis*. — [q] C *restituerunt*; BP add. *quomodo faciunt cum hominibus pacem*. — [r] BP add. *tamen*; VL add. *est*. — [s] C add. *postulant autem*; BV om. *a*. — [t] C *civitas*; G *cunctas*.

---

[1] Cf. Rubruc, cap. XXXIII, n. 3.

[2] Cf. supra, cap. V, n. 18. In hoc capitulo Iohannes de Plano Carpini pluries lectorem refert ad materiam ubi de eodem obiecto sermo est his

Digitized by Google

Et hec sunt illa que petunt ab eis, ut vadant in exercitu cum eis contra omnem hominem quando placet, et ut dent decimas de omnibus tam de hominibus quam de rebus. Computant enim decem pueros et unum accipiunt, et de puellis faciunt illud [a] idem, quos in terram eorum [b] deducunt et tenent eos pro servis; reliquos numerant et ordinant secundum morem eorum.[c]

3. Sed quando plene dominium habent super eos, si aliquid promiserunt eis, nichil observant, sed quascumque congrue possunt, occasiones inveniunt [d] contra eos. Nam cum essemus in Ruscia, missus fuit unus sarracenus [e] ex parte Cuyuckan,[f] ut dicebatur, et [g] Bati; et ille prefectus a quolibet homine qui habebat tres pueros unum accipiebat, ut postea nobis dicebatur; [h] et quicumque viri non habebant uxores illos deducebat, et faciebat de mulieribus etiam [i] illud idem que viros legittimos non habebant; pauperes vero,[j] etiam qui mendicando victum suum querebant, similiter [k] deportabat; reliquos autem [l] secundum eorum consuetudinem [m] numeravit, precipiens ut unusquisque tam parvus quam magnus, etiam infans unius diei, sive pauper esset sive dives, tale tributum preberet, ut scilicet daret unam pellem albi ursi et unum nigrum castorem et unum [n] nigrum sabulum et unam [o] nigram pellem cuiusdam animalis — quod in terra latibulum habet, cuius nomen in latinum transferre [p] nescimus, Poloni autem et Ruteni illam bestiam [q] appellant dorcori [r] [1] —

[a] BV om. *illud.* — [b] C *illorum*; PV *ipsorum*; B *ducant.* — [c] L om. *eorum.* — [d] BP *invenire.* — [e] L *sarracenorum*; B om. *ex parte.* — [f] B *Kuiukan*; P *Cuynochan*; V *cuiusdam*; L *Cuintcham.* — [g] C om. *et*; V expunxit; G add. — [h] BPVL om. *ut.... dicebatur.* — [i] BV om. *etiam*; P *autem*; B om. *illud.* — [j] BPVL om. *vero.* — [k] B om. *similiter*; CBL *deportabant.* — [l] BP *vero.* — [m] B *ordinem*; C *nunciavit.* — [n] BPVL om. *unum*; hab. *zabulum.* — [o] BP om. *unam.* — [p] BP *proferre*; BPVL *nescio.* — [q] BPVL om. *bestiam.* — [r] B *dochori*; P *dothori*; V *dolioz*; L *dochon*; V add. *in theutunico vocatur Ellecicisse*; L add. *sed theutonice dicitur illit.*

vel similibus verbis: sicut diximus. Sed semel et saepius haec materia invenitur in eodem numero vel in numeris immediate praecedentibus, ideo in his casibus superfluum mihi videbatur certiorem reddere lectorem in notulis ad calcem paginae de materia sic relata.

[1] Poloni dicunt *chomik*, Russi vero *Chorek*; est animal nomine cricetus seu haster.

Digitized by Google

et ûnam nigram pellem vulpinam. Et quicumque ista non dat, inter Tartaros debet duci et in eorum redigi servitutem.

4. Mittunt etiam pro principibus terrarum, ut ad eos veniant sine mora. Et cum venerint,[a] ibi debitum honorem nullum recipiunt, sed habentur ut alie viles persone, et oportet ut eis munera magna presentent tam ducibus quam uxoribus eorum et officialibus millenariis et [b] centenariis; immo omnes generaliter, et ipsi etiam servi, ab eis cum magna importunitate munera petunt,[c] et non solum ab ipsis, sed etiam a nunciis eorum [qui a] [d] potioribus [e] mittuntur ad ipsos.[f]

5. Aliquibus etiam inveniunt occasiones ut eos occidant, sicut de Michaele et aliis dictum [g] est;[1] aliquos vero ut [h] alliciant alios,[i] permittunt redire; aliquos [j] etiam potionibus perimunt vel veneno. Eorum enim intentio est, ut ipsi soli dominentur in terra. Iccirco querunt occasiones contra nobiles, ut illos occidant. Ab illis vero quos redire permittunt, petunt eorum filios aut fratres, quos [k] ulterius nunquam dimittunt, sicut factum [l] est de filio Ieroslai [2] et de quodam alio [m] duce Alanorum et aliis pluribus.[n] Et si moritur pater vel frater sine herede, filium vel fratrem nunquam dimittunt, immo illius principatum totaliter accipiunt sibi, sicut de quodam duce Solangorum vidimus esse factum.

6. Bastacos [o] sive prefectos suos [p] ponunt in terra [q] illorum quos redire permittunt, quibus oportet ut ad nutum [r] tam duces quam alii [s] debeant obedire. Et si homines alicuius civitatis vel terre non faciunt quod volunt isti bastaki, opponunt [t] eis quod sint Tartaris infideles, et sic civitatem illam vel terram destruunt et homines qui sunt in ea occidunt per manum va-

---

[a] BP *veniunt*; BPVL om. *ibi*. — [b] BPV om. *et*; P om. *centenariis*. — [c] G *perunt*; L *querunt*. — [d] C om. *qui*; Lab. *cum*. — [e] C *potionibus*; G *potentionibus*; BPVL om. *qui.... potioribus*. — [f] BPVL om. *ad ipsos*. — [g] BPVL *actum*. — [h] BPVL om. *ut*. — [i] BPVL *quos*; C *dimittunt*. — [j] C *alios*. — [k] C *quod*. — [l] BP *actum*; C *dictum*. — [m] L om. *alio*. — [n] L *plurimis*. — [o] BP *Bascatos*; V *Bascaros*; L *Baschathos*. — [p] BPVL om. *sive prefectos*. — [q] BPVL *terris*; V *ipsorum*; L *eorum*. — [r] C *metum*. — [s] BP *alios*; om. *debeant*; V *ut obediant omnes*. — [t] L *imponunt*.

---

[1] Cf. cap. III, n. 4.

[2] Cf. supra, cap. IX, n. 37.

Digitized by Google

lidam Tartarorum [301], qui ex mandato principis illius cui obedit terra illa veniunt, eis nescientibus,[a] et subito irruunt [b] super eos; sicut nuper contigit,[c] cum adhuc in terra Tartarorum essemus, de quadam civitate quam ipsimet de Ruthenis in terra [d] fecerant Comanorum. Et non solum princeps [e] Tartarorum qui terram usurpavit [f] vel prefectus ipsius, sed quicumque Tartarus [g] nobilis per civitatem sive [h] terram illam transit quasi dominatur [i] eidem, et maxime qui maior [j] est apud eos.

7. Insuper aurum et argentum et alia que volunt, et quando libet,[k] et quantum [l] placet, absque ulla contradictione [m] petunt et accipiunt. Insuper si sunt aliqua placita inter illos principes qui reddiderunt se ipsis, oportet ut [n] ad Imperatorem Tartarorum vadant ad placitandum, sicut nuper contigit [o] de duobus filiis Georgianie. [p] Unus enim erat legittimus et alter [q] adulterio natus, qui vocabatur David, legittimus autem Melic [r] nominabatur.[1] Filio autem [s] adultere, terre partem reliquerat pater; alius vero qui iunior erat, veniebat una [t] cum matre ad Tartarorum Imperatorem, pro eo quod David predictus [u] iter ad ipsum arripuerat [v] veniendi. Mater alterius scilicet Melic, Regina videlicet [w] Georgianie, per quam maritus regnum tenebat, quoniam regnum per feminas illud tenebatur, mortua fuit in via.[2] Illi autem cum venerunt dederunt maxima munera, et maxime legittimus filius qui repetebat terram quam reliquerat pater filio suo David, cum non deberet habere quia adultere filius erat; ille vero respondebat: [x] « Licet sim filius concubine, peto

[a] C *ut scientibus*. — [b] C om. *irruunt*; V *veniunt*. — [c] C *contingit*; BP om. — [d] C *terram*. — [e] C *principes*. — [f] V *usurpant*. — [g] V *Tartarorum*; BPVL om. *nobilis*. — [h] BPV add. *per*. — [i] C *dominator*; V *dominantur*. — [j] BP *dominatur*. — [k] C *licet*; BP om. *quando libet et*; V *quelibet*. — [l] C *quando*; L om. *et quantum placet*. — [m] BP *conditione*. — [n] BPV *quod*. — [o] C *contingit*. — [p] BP *Organie*; V *Garganie*; L *Georgie*; PL add. *Regis*. — [q] BPVL add. *de*. — [r] C *Melio*; B *Melich*; P *Melis*; L *Melit*. — [s] BPVL om. *autem*. — [t] L om. *una*. — [u] BP *mater David predicti*. — [v] C *arriperat*; G *arripuerat*. — [w] BVL om. *videlicet*. — [x] C *ridebat*.

[1] Cf. supra, cap. IV, n. 5.

[2] Rusudan, veneno se perimit, Dulaurier, *Les Mongols d'après les historiens Arméniens*, 449-52.

Digitized by Google

tamen ut fiat michi iusticia secundum consuetudinem [a] Tartarorum,[1] qui nullam differentiam [b] inter filios legittime ac ancille faciunt ». Unde fuit data sententia contra filium legittimum, ut illi David, qui [c] maior erat, subesset et terram haberet quiete ac pacifice quam dederat ei pater.[2] Et sic donaria que dederat et causam quam contra fratrem suum [d] habuerat amisit.

8. Ab illis etiam nationibus que longe sunt ab eis et coniuncte sunt aliis nationibus,[e] quas aliquo modo timent, que non sunt eis subiecte, tributum accipiunt, et quasi misericorditer agunt cum eis, ut non adducant exercitum super eos, vel [f] etiam ut alii non terreantur se tradere ipsis ; sicut factum est de Obesis sive Georgeanis, a quibus quadraginta milia [g] iperperorum [h] sive bisancium accipiunt pro tributo. Alias adhuc eos [i] in pace esse permittunt, tamen secundum quod intelleximus, ab eis rebellare proponunt.[j]

9. Terrarum nomina quas vicerunt sunt hec : Kitay,[k] [3] Naymani,[l] [4] Solangi, Karakitai [m] sive nigri Kitay,[n] [5] Comania,[o] [6] Cumae,[p] [7] Voyrat,[q] [8] Karanity,[r] [9] Huyur,[s] [10] Sumoal,[t] Merkyti,[u]

---

[a] BPVL *legem*. — [b] G *diversitatem* ; PV (*inter*) *filium* ; B add. *David*. — [c] PV *quia*. — [d] PVL add. *David*. — [e] C om. *que longe.... nationibus* ; V om. *et coniuncte.... eis*. — [f] C om. *vel*. — [g] BPVL *quinquaginta vel quadraginta* ; add. *ut dictum est*. — [h] C *imperperorum*. — [i] L om. *eos*. — [j] B add. *De nominibus terrarum quas sibi subdiderunt*. — [k] B *Kytay* ; PL *Kytai* ; V *Quitay*. — [l] P *Naimanni* ; C om. *Solangi*. — [m] BP *Karakytai* ; V *Caraquitay*. — [n] Cf. supra. — [o] C *Comana* ; BP *Cavana* ; V *Cananay Kytay*. — [p] B *Tymat* ; PL *Tumat* ; V *Tumacht*. — [q] C *Viocat* ; V *Voyra*. — [r] BP *Karaviti* ; V *Caranchi* ; L *Caranici*. — [s] C *Huyre* ; B *Uyur* ; P *Uini* ; V *Huiusur*. — [t] B *Symioal* ; V *Somoal* ; L *Soboal* ; P om. — [u] C *Malkici* ; V *Merquity*.

---

[1] Cf. supra, cap. IV, n. 9.

[2] Usurpator regionem Kharthli dictam recepit, alter vero Imeritiam, sub conditione tamen quod iste illi homagialis esset, Dulaurier, *Les Mongols d'après les historiens Arméniens*, 436-52 ; Tamarati, *L'Eglise Géorgienne*, ; Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 40-41.

[3] Cf. supra, cap. V, n. 9.

[4] Ibid., nn. 4-5. Solangi hodiernae Mandchuriae et Coreae partem habitabant ; cf. supra, cap. I, n. 3 ; Cap. IV, n. 5.

[5] Ibid. [6] Ibid., n. 11.

[7] Regio circa populum Kirghiz ; erat una ex variis tribubus quae populum Voyrat constituebat, d'Avezac, *Recueil*, 571.

[8] Cf. supra, cap. V, n. 8. [9] Ibid. [10] Ibid., n. 8.

Digitized by Google

Mecriti,[a 1] Sarihuiur,[b 2] Bascart[c] id est magna Hungaria,[3] Kergis,[d 4] Cosmir,[e 5] Sarraceni,[6] Bisermini,[f] Turcomani,[g 7] Byleri [h] id est [i] magna Bulgaria,[8] Catora,[j 9] Tomiti,[k 10] Buritabet,[l 11] Parossiti,[m 12] Cassi,[n 13] Alani sive Assi,[14] Obesi [o 15] sive Georgiani,[16] Nesto-

---

[a] C *Vieterci* ; B *Mekriti* ; V *Mecrity* ; L *Menici*. — [b] B *Saryphuyur* ; P *Sarihuyur* ; V *Saryhuync* ; L *Baryhryur*. — [c] C *Bascarc* ; B *Bistart* ; V *Bashart* ; L *Baschare*. — [d] C *Tergis*. — [e] L *Cosmit*. — [f] C *Beserem inytur* ; V *Bissermiti*. — [g] C *Cumani*. — [h] C *Bilery* ; V *Bileri*. — [i] V *enim* ; L om. *id est* ; P om. *Cosmir.... id est magna*. — [j] B *Karola* ; P *Korola* ; V *Corota* ; L *Colona*. — [k] C *Comity* ; V *Tomity* ; L *Thorati*. — [l] C *Bircithobet* ; B *Burithabet* ; V *Burich Obeth* ; L *Buritabeth*. — [m] C *Paressini* ; B *Porisiti* ; P *Porosyti* ; V *Patossiti*. — [n] BPVL add. *Iacobite*. — [o] G *Assioobesi*.

---

[1] Ibid., n. 3.

[2] Ibid., n. 8.

[3] Ibid., n. 29.

[4] Ibid., nn. 15 et 32.

[5] Casmir, Kaschmyr, d'Avezac, *Recueil*, 571 ; Hallberg, 122.

[6] Status sultani Alapiae, seu Beraeae, *Recueil*, 572.

[7] Cf. supra, cap. V, n. 25 et not. Turcomani forsan sunt variae tribus quae in regionibus maris Caspii et regionibus vicinis sunt dispersae, cf. d'Avezac, *Recueil*, 571-72.

[8] Cf. supra, cap. V, n. 29.

[9] Tribus a latere magnae Hungariae [?], d'Avezac, *Recueil*, 575.

[10] Tribus Daghestan ? Ibid.

[11] Cf. supra, cap. V, n. 14.

[12] Cf. ibid., n. 30.

[13] Tribus Cassinae quae regiones inter mare Caspium et montes hyperboreos ad meridiem magnae Bulgariae et magnae Hungariae occupabat, Pullé, *Historia Mongalorum*, 197. d'Avezac, *Recueil*, 574 duas alias solutiones etiam suppositivas proponit, sc. forsan est regio caucasia, aut portio quaedam Tangut ad septentrionem Lhassa.

[14] Cf. circa historiam Alanorum sive Assorum, Rockhill, *The Journey*, 88-89, n. 2 ; Vailhé, Alania, ap. *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques*, I, 1334-38.

[15] Sunt Abazes aut Abkhases — in unum reducti cum Georgianis a Iohanne, cf. d'Avezac, *Recueil*, 497 ; Bretschneider, *Medieval Researches*, 304-05 ; Beazley, *The Texts*, 291.

[16] Cf. supra, cap. V, n. 33 ; Rockhill, *The Journey*, 264, n. 4.

Digitized by Google

riani,[1] Armeni,[a 2] Kangit,[b 3] Comani,[4] Brutachi,[c 5] qui sunt iudei, Mordui,[6] Torci,[d 7] Gazari,[e] Samogedi,[f 8] Perses,[g 9] Tarci,[h 10] India minor sive Ethyopia,[11] Circasi,[i 12] Rutheni,[j 13] Baldach,[k 14] Sarti.[l 15] Alie terre sunt [m] plures, sed earum nomina ignoràmus.

---

[a] P om. *Armeni*. — [b] PL *Cangyt*; V *Cangit*. — [c] B *Bruthachy*; C *Brucarchi*; L *Brutathy*. — [d] B *Corzi*; P *Corty*; V *Torchi*; L *Torcy*. — [e] V *Gazetri*. — [f] BL *Samogey*; P *Samoyegi*; V *Samoegi*. — [g] B *Bersy*. — [h] BPV *Tati*; L *Thaos*. — [i] B *Cyrcassi*; PV *Circassi*; L *Yrchasy*. — [j] C *Cutheni*; B *Butheny*; V *Ruthen*. — [k] C *Baldas*; P *Baldac*; V *Balthac*; L *Baldahc*. — [l] C *Sarci*; PV *Sarti*; L *Sarthi*. — [m] BP om. *sunt*.

---

[1] Nestorianismus est religio, non populus, ideo locus certus determinari nequit, Pullé, *Historia Mongalorum*, 197; secundum d'Avezac, *Recueil*, 572-74, hic potius sedes patriarchalis indicata videtur, sc. Chaldea.

[2] Cf. supra, cap. V, n. 33.

[3] Cf. infra, cap. IX, n. 22. Hii a Rubruc Cangle dicuntur, et totam provinciam Kansu et regiones vicinas occuparunt, cf. Rockhill, *The Journey*, 150, n. 2; Beazley, *The Texts*, 291; Barthold-Stübe, *Zur Geschichte des Christentums*, 59-61.

[4] Cf. supra, cap. V, n. 11.

[5] Inhabitantes regionem plani fluminis Kur, seu secundum auctores mahumeticos regionem Berdai, cf. Rockhill, *The Journey*, 12; Beazley, *The Texts*, 290-291; Blochet, *Notes de géographie et d'histoire d'Extrême Orient*, 350.

[6] Cf. supra, cap. V, n. 29.

[7] Cf. ibid., n. 26. *Torci* pro *Turci*, d'Avezac, *Recueil*, 709.

[8] Ibid., n. 31.

[9] Ibid., n. 34.

[10] Haytonus dicit: « Gentes illius regni [Tarsi] nominantur Yogor ». *Recueil des Historiens des Croisades, Documents Arméniens*, II, cap. II, 262. Regio eorum erat Mongolia, quam antea Uiguri-Turci] inhabitabant, E. Blochet, *Notes de géographie et d'histoire d'Extrême Orient*, 351-52.

[11] Cf. supra, cap. V, n. 12.

[12] Ibid., cap. IX, n. 32.

[13] Ibid., n. 27.

[14] Minus recte de Bagdad hic sermo est, quia civitas ista tantum an. 1258 capta destructaque est, cf. Altunian, *Geschichte der Mongolen*, 45; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 270-71. Verisimiliter de civitatibus captis Erzerum (1242) et Erzinghian (1243) loquitur, cf. Beazley, *The Texts*, 286.

[15] Sunt Mahumetani secundum cl. Rockhill, *The Journey*, 48-49, n. 3. Isti enim a Mongolis Sartol vocantur; a Rubruc sarraceni; a Iohanne

Digitized by Google

Vidimus etiam viros et mulieres fere [a] de omnibus terris superius nominatis.[b]

10. Hec autem sunt nomina terrarum que eis viriliter restiterunt, nec sunt adhuc subdite eis. [c] India magna, [d] quedam pars Alanorum, quedam pars Kytaorum,[e] Saxi.[f] [1] Quamdam enim civitatem Saxorum predictorum [302], ut nobis dicebatur ibidem,[g] obsederunt et debellare temptaverunt. At [h] ipsi fecerunt machinas contra machinas [i] ipsorum, et Tartarorum machinas omnes fregerunt, nec civitati appropinquare poterant ad pugnam propter machinas et balistas. Tandem unam viam sub terra fecerunt, et prosilierunt in civitatem, et temptabant incendere civitatem, [j] alii vero [k] pugnabant. Homines autem civitatis unam partem [l] ad extinguendum ignem posuerunt, et alia pars fortiter pugnabat cum eis qui intraverant [m] civitatem, et multos occiderunt ex [n] eis, alios vulneraverunt, compellentes eos ad suos redire. Ac ipsi videntes quod nichil possent eis [o] facere et quod multi homines ex eis [p] morerentur, recesserunt ab eis.

11. In terra sarracenorum et aliorum, qui quasi sunt inter eos domini, [q] accipiunt omnes artifices meliores et in omnibus operibus suis ponunt. Alii autem artifices [r] dant eis de opere suo tributum; segetes omnes condunt in horreis dominorum

---

[a] BP om. *fere*. — [b] V om. *superius*; L *supra*; B add. *De nominibus terrarum* (P *De terris*); BP *que eis viriliter restiterunt*. — [c] BP om. *nec sunt.... eis*. — [d] BPVL add. *Mangia*. — [e] C *Quitaorum*. — [f] C *Saxa*; L *Sayi*. — [g] BPVL om. *ut nobis.... ibidem*. — [h] GP *Ac*. — [i] B *circa*; V loco *machinas.... machinas* hab. *maximas*; BPVL *eorum*. — [j] C om. *temptabant.... civitatem*. — [k] C om. *vero*. — [l] L add. *populi*. — [m] BV *intraverunt*. — [n] C om. *ex*. — [o] C *ei*. — [p] BPVL om. *ex eis*. — [q] C *diu*. — [r] C om. *meliores et.... artifices*.

---

de Plano Carpini Sarti. Secundum Deniker, *Races et peuples de la Terre*, 437, laud. ap. Pullé, *Historia Mongalorum*, 197, adhuc hodiedum in Turkestan Russico vivunt; secundum d'Avezac Bukariae indigeni sunt, *Recueil*, 571; cf. P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 15, n. 2.

[1] Gothi Chersonesi, Rockhill, *The Journey*, 36, n. 1; W. Tomaschek, *Die Gothen in Taurien*; N. Brian-Chanivov, *Les origines de la Russie historique*, 259-64; Yule-Cordier, *The Book*, II, 492, n. Vel secundum Bretschneider est populus civitatis Saksin, super Rham inferiorem, *Mediaeval Researches*, I, 296, n.

Digitized by Google

suorum. Dimittunt tamen eis semina,[a] et quantum ipsis competenter sufficit pro expensis; aliis autem[b] unicuique[c] unum pondus de pane[d] satis modicum dant in die et nichil aliud, nisi ter in septimana modicum quid de carnibus eis prebent; et illis tantum[e] hoc artificibus faciunt qui in civitatibus commorantur. Insuper quando dominis[f] placet, cum uxoribus et filiis iuvenes omnes accipiunt, et post se cum omnibus famulis suis cogunt[g] ire, qui de cetero sunt de numero Tartarorum, immo potius de numero[h] captivorum, quia etsi[i] inter ipsos sunt numerati, non tamen habentur in reverencia sicut Tartari, sed habentur pro servis,[j] et ad omnia pericula ut alii captivi[k] mittuntur. Ipsi enim in bellis sunt primi, et etiam si debet[l] palus vel aqua periculosa transiri,[m] eos oportet primo vadum temptare. Ipsos etiam est necesse operari omnia que sunt facienda. Ipsi[n] si in aliquo offendunt vel[o] non obediunt ad nutum, ut asini verberantur.

12. Et ut breviter dicam, modicum quid manducant et[p] modicum bibunt et pessime induuntur, nisi forte aliquid possint[q] lucrari ut aurifabri et alii artifices boni. Sed aliqui tam[r] malos dominos habent quod nichil eis dimittunt, nec habent tempus pre multitudine operum dominorum ut sibi aliquid operentur, nisi furentur sibi[s] tempus, quando forsan deberent[t] quiescere vel dormire, et hoc si uxores vel propriam stationem[u] permittuntur habere. Alii autem qui[v] tenentur in domo pro servis, omni miseria sunt repleti. Vidimus[w] eos ire in bracis[x] pelliceis sepissime et toto corpore nudos in maximo solis ardore, et in hyeme paciuntur maximum frigus; vidimus etiam aliquos pedicas et digitos manuum de magno frigore perdidisse; audivimus etiam aliquos[y] esse mortuos, vel etiam de magno algore quasi in omnibus membris inhutiles esse factos.

---

[a] G *femina*. — [b] BPVL om. *suorum.... autem*. — [c] G *uniquique*. — [d] BPVL om. *de pane*. — [e] G *tamen*. — [f] C *dominus*. — [g] BPVL *faciunt*. — [h] B om. *de numero*. — [i] CB *et*. — [j] V *quasi servi*. — [k] BP *cum aliis captivis*. — [l] G *debent*. — [m] C *transire*. — [n] BPVL add. *etiam*. — [o] BPVL add. *si*. — [p] BPVL add. *etiam*. — [q] CL *possunt*; V *possent*. [r] B *tamen*. — [s] BV om. *sibi*; P om. *nisi.... sibi*. — [t] BPVL *debent*. — [u] P *concubinam*. — [v] C *que*; G *qui*. — [w] BPVL *vidi enim*. — [x] C *brachiis*; L om. *pelliceis*. — [y] BPL *alios*.

Digitized by Google

Quomodo bello Tartaris [a] occurratur, et quid [b] intendunt,[c] et de armis [d] et ordinatione acierum, et quomodo [e] occurratur eorum astuciis in pugna,[f] et munitione castrorum et civitatum, et quid faciendum est [g] de captivis.[h] CAP. VIII.

1. Dicto de terris que obediunt eis, supponendum est quomodo bello occurratur [i] eisdem, quod videtur nobis hoc modo dicendum: primo quidem scribendum est quid intendunt, secundo de armis et ordinatione acierum, [j] tercio quomodo occurratur eorum astuciis [k] in congressione, quarto de munitione castrorum [303] et civitatum, quinto quid faciendum est de captivis.[1]

2. Intentio [m] Tartarorum est sibi subicere [n] totum mundum si possunt, et de hoc a [o] Chingiscan habent mandatum, sicut superius dictum est.[1] Iccirco eorum Imperator sic in litteris suis [p] scribit: « Dei fortitudo omnium hominum [q] Imperator », et in superscriptione sigilli sui est hoc: « Deus in celo et Cuyuccan [r] super terram, Dei fortitudo omnium hominum [s] Imperatoris sigillum ».[2] Et ideo cum hullis hominibus faciunt pacem, ut dictum est, nisi forte se in manibus eorum tradant.[3] Et quia, excepta christianitate, nulla est terra in orbe quam ipsi timeant,[t] idcirco ad pugnam se preparant contra nos. Unde noverint [u] universi quod, nobis existentibus in terra Tartarorum, in solempni curia, que iam ex pluribus annis indicta erat fuimus, ubi

---

[a] B *bellis Thartharorum.* — [b] G *quod.* — [c] C *attendunt*; B om. *et.... intendunt.* — [d] BP add. *contra eos.* — [e] BP *qualiter.* — [f] BP *congressione.* — [g] G *quod*; BP *sit.* — [h] P add. *eorum*; V *Quomodo bello occuratur Tartaris*; T om. *titulum.* — [i] C *occurantur.* — [j] C om. *acierum.* — [k] BP om. *eorum astuciis*; hab. B *eis*; P *eisdem.* — [l] BPVL add. *eorum*; BVP add. *De intentione Thartarorum* (P *eorum*). — [m] T *sciendum preterea quod intentio.* — [n] BP *subdere.* — [o] BPVLT om. *a.* — [p] BP om. *suis.* — [q] T om. *Dei*; L om. *hominum.* — [r] C *Tuyuoschan*; G *Tuynoschan*; B *Kuyukan*; V *Cayunckan*; L *Cuyuchcan*; T *Chingischan.* — [s] C om. *hominum.* — [t] BPVLT om. *ipsi*; C *teneant.* — [u] C *noverunt.*

---

[1] Cf. supra, cap. V, n. 18.
[2] Cf. infra, rel. Benedicti Poloni, n. 13.
[3] Cf. supra, cap. VII, n. 2.

Digitized by Google

elegerunt Cuyuc in [a] Imperatorem in presencia nostra, qui in lingua eorum dicitur [b] Chan. Qui Cuyuccan [c] predictus erexit cum omnibus principibus vexillum contra Ecclesiam Dei et romanum imperium, et contra omnia regna christianorum et populos occidentis, [d] nisi forsan facerent ea que mandat [e] domino Pape et potentioribus [f] ac omnibus christianorum populis occidentis.[g] [1]

3. Quod nulla ratione faciendum est, nobis videtur, [h] tum [i] propter nimiam servitutem etiam [j] intollerabilem que est hactenus inaudita, quam vidimus oculis nostris, in quam redigunt omnes gentes sibi subiectas; tum propter ea quia in eis nulla est fides, nec aliqua gens potest confidere in verbis eorum; [k] — quicquid promittunt non observant, quando vident tempora sibi favere; et subdoli sunt in omnibus factis et promissis eorum. Intendunt etiam delere omnes principes, omnes nobiles, omnes milites et honestos viros [l] de terra, ut superius dictum est, et [m] hoc faciunt subdole [n] et artificiose in subdictos suos [2] — tum [o] quia indignum est ut [p] christiani subdantur eisdem, propter abhominationes eorum, et quia in nichilum redigitur cultus Dei, et anime pereunt, et corpora ultra quam credi possit multimode [q] affliguntur — in principio quidem sunt blandi, sed postea [r] ut scorpio cruciant et affligunt —; tum quia pauciores sunt numero, et corpore debiliores quam populi christiani. [s]

4. In predicta autem curia sunt bellatores et principes exercitus assignati. De decem hominibus mittunt tres cum famulis eorum, de omni terra potestatis eorum. Unus exercitus debet intrare per Hungariam, secundus per Poloniam, ut nobis dice-

---

[a] VL om. *in*. — [b] C om. *in Imperatorem.... dicitur*. — [c] C om. *Qui Cuyuccan*. — [d] C *occidendis*; BP *occidentes*. — [e] BP *mandavit*; V *mandant*. — [f] BPVL *potentibus*. — [g] C *occidendis*. — [h] BPVL om. *nobis videtur*. — [i] G *cum*. — [j] BP om. *etiam*; VL *et*; BPV om. *intolerabilem*. — [k] L add. *quia*. — [l] B om. *omnes milites*; VL om. *et honestos*; BPVL om. *viros*. — [m] BPVL *sed*. — [n] C *sub dolo*. — [o] C *tum*; G *tunc*; BPVL add. *etiam*. — [p] BPVL *quod*. — [q] PL *multitudine*. — [r] B add. *pungunt*. — [s] T om. *quod nulla.... christiani*.

---

[1] Cf. infra, cap. IX, n. 38.

[2] Cf. supra, cap. VII, n. 3.

Digitized by Google

batur.[a] Venient [b] autem pugnaturi continue decem et octo annis, tempus est [c] eis assignatum procedendi.[d] In martio preterito [e] exercitum invenimus indictum per omnes Tartaros per quos transivimus ad terram Ruscie. [f] Venient autem in tribus vel in quatuor annis usque in Comaniam. De Comania autem insultum [g] facient in terras superius annotatas ; ignoramus tamen [h] utrum incontinenti [i] post terciam hyemen veniant, vel ad tempus adhuc expectent,[j] ut melius venire possint [k] ex improviso.[l]

5. Hec omnia firma sunt et vera, nisi Dominus aliquod impedimentum pro sua gratia faciat eis,[m] sicut fecit quando venerunt in Hungariam et Polloniam. Debebant enim procedere pugnando xxx annis, sed interfectus fuit tunc Imperator [n] veneno, et propter hoc quieverunt a preliis usque nunc.[1] Sed modo quia positus est Imperator de novo, iterum [o] ad pugnam [304] se incipiunt preparare. Sciendum [p] quod Imperator proprio [q] ore dixit, quod vellet mittere exercitum in Livoniam et Prusciam.[r] Et quoniam [s] intendit omnem terram delere, vel in servitutem redigere — que servitus est quasi intollerabilis nostre genti, ut superius dictum est [2] — occurrendum igitur est eis bello.

6. Et [t] si una provincia non vult alteri opem ferre, terra illa delebitur contra quam pugnant, et cum illis hominibus quos capiunt pugnabunt [u] contra aliam terram, et in acie erunt

---

[a] BPVL T om. *ut.... dicebatur.* — [b] BPL *veniunt* ; T om. *autem.* — [c] BPVLT add. *etiam.* — [d] BPVL om. *procedendi.* — [e] L *anno Domini 1247.* — [f] BPVL loco *exercitum.... Ruscie* hab. *se de terra sua moverunt* (L *movebunt*) ; T *se debuerunt movere de terra sua.* — [g] C *non saltum* ; B *insultus.* — [h] C *cum.* — [i] B om. *utrum incontinenti.* — [j] C *exspectant.* — [k] C *possunt.* — [l] VL om. *ignoramus.... improviso* ; B *ex insperato.* — [m] T om. *eis.* — [n] BPVLT add. *eorum.* — [o] B om. *iterum* ; L add. *de novo.* — [p] VL *Ad hoc sciendum est.* — [q] BPVL add. *suo* ; L om. *proprio.* — [r] V *Brussiam* ; L *Pruciam* ; V add. *Quomodo occurendum est eis bello in congressione.* — [s] G *qum* ; BP *intendunt* ; L *volunt.* — [t] BPVL *sed.* — [u] C *pugnabant* ; B *circa.*

---

[1] Imperatorem Ogodai veneno periisse non constat ; sed maxime potibus deditus an. 1241 mense martio in morbum incidit, et mense decembri eiusdem anni mortuus est. Anno 1246 successor electus est, cf. supra, cap. V, n. 20 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 255.

[2] Cf. supra, cap. VII, nn. 11-2.

Digitized by Google

primi. Si male pugnant occidentur ab eis ; si autem bene, ipsos cum promissis et adulationibus tenent, et etiam ut ab eis non fugiant, promittunt eos facere [a] dominos magnos. Sed post hec quando securi possunt esse de ipsis ut non recedant, [b] faciunt eos infelicissimos [c] servos, ac de mulieribus, quas volunt [d] pro serviciis et [e] concubinis tenere, faciunt illud idem. Et ita cum hominibus devicte provincie destruunt aliam terram. Nec [f] est aliqua provincia que per se [g] possit eis resistere, sicut nobis videtur, nisi Deus velit pugnare pro ipsis, [h] quia de omni terra potestatis eorum, ut superius dictum est, homines congregantur [i] ad bellum.[1] Unde si [j] christiani se ipsos et suam terram et christianitatem volunt servare, oportet quod in unum conveniant [k] reges, principes et barones et terrarum rectores, et mittant de comuni consilio [l] homines contra eos ad pugnam, antequam ipsi incipiant per terram [m] diffundi ; quoniam [n] postquam incipiunt spergi per terram, nullus [o] congrue auxilium [p] alteri [q] potest prebere, quoniam ipsi catervatim undique homines querunt ac occidunt.[r] Et si se claudunt in castris, ponunt tria vel quatuor milia hominum aut plures [s] circa castrum vel civitatem qui obsideant [t] eam, et nichilominus diffunduntur per terram homines occidentes.[u]

7. Quicumque autem volunt pugnare cum eis, hec arma debent habere : arcus bonos et fortes et [v] balistas quas multum timent et sagittas sufficientes et bonum dolabrum [w] de bono ferro vel securim cum lungo manubrio ; feramenta sagittarum [x] de arcu vel de balista debent, ut Tartari, quando sunt calida temperari in [y] aqua cum sale mixta, ut fortia sint ad penetrandum arma eorum ; gladios etiam lanceas cum unco,[z] qui valent ad detrahen-

---

[a] L *eis quod facient.* — [b] L *redeant.* — [c] V *vilissimos.* — [d] V om. *quas volunt.* — [e] L *in.* — [f] V *Non.* — [g] B om. *Et ita.... se.* — [h] BPVL om. *sicut nobis.... ipsis.* — [i] BPVL *congregant.* — [j] B om. *si.* — [k] C *comunicant.* — [l] BP *consensu.* — [m] B *in* ; L *terras.* — [n] G *quam* ; B *quia.* — [o] P om. *nullus.* — [p] BP *consilium.* — [q] P add. *non.* — [r] P add. *De munitione castrorum et civitatum.* — [s] BPVL om. *aut plures.* — [t] C *obsidiant.* — [u] B add. *De armis que valent contra Thartaros et ordinacione acierum* ; P *De armis eorum.* — [v] C om. *et.* — [w] C *odolabrum.* — [x] C *sagittorum.* — [y] BP *cum.* — [z] C *uncto* ; G *unco.*

---

[1] Cf. ibid., n. 11.

Digitized by Google

dum [a] eos de sella, quia de ipsa facillime cadunt ; ac cultellos, loricas duplicatas, quia illas de facili [b] sagitte eorum non penetrant ; et galeam et arma et [c] alia ad protegendum corpus et equum ab armis et sagittis [d] eorum. Et si aliqui non sint ita bene armati, ut diximus, [e] debent ire post alios ut faciunt Tartari, et trahere contra eos [f] arcubus vel balistis. Nec deberent [g] parcere pecunie quando comparant [h] arma, ut possint animas et corpora et libertatem et res alias observare.[1] [1]

8. Acies debent [j] ordinare ut ipsi, per [k] millenarios ac centenarios, decanos [l] et duces exercitus. Qui duces nequaquam prelium debent intrare sicut non intrant duces eorum, sed debent exercitus [m] videre et ordinare. Legem etiam ponere debent ut [n] simul incedant ad bellum sive alias, sicut [305] sunt ordinati. Et quicumque [o] reliquerit [p] alium sive ad bellum procedentem, sive pugnantem, vel quicumque fugerit nisi [q] comuniter cedant, graviter debet puniri, [r] quia tunc pars bellancium sequitur [s] fugientes et sagittis eos occidunt, et pars cum hiis qui remanent [t] pugnat, et sic confunduntur ac occiduntur remanentes ac fugientes. Et sic [u] similiter quicumque fuerit conversus ad predam tollendam, [v] antequam omnino sit exercitus adversariorum [w] devictus, maxima pena debet mulctari ; [x] talis enim apud Tartaros sine ulla miseratione occiditur. [y] Locus ad prelium [z] est eligendus, si fieri potest, ut campus sit planus, et ut possint undique videre.[a] Et debent [b] habere si possunt silvam magnam a tergo vel a latere, ita tamen quod non [c] possunt intrare inter ipsos et silvam. Nec

---

[a] B *extrahendum* ; VL *trahendum*. — [b] BPVL om. *de facili* ; C add. *eorum*. — [c] BPVL om. *et*. — [d] BP om. *et sagittis*. — [e] BVL *dixi*. — [f] BPVL add. *de*. — [g] GBPVL *debent*. — [h] CB *comparent*. — [i] L *conservare* ; P add. *De ordinatione acierum eorum*. — [j] C *deberet* ; G *debent*. — [k] BP om. *per*. — [l] C om. *decanos*. — [m] C *de exercitu*. — [n] B et ; V add. *non*. — [o] BP *si quis*. — [p] V om. *reliquerit* ; L *relinquit*. — [q] BPVL add. *omnes*. — [r] BPVL *gravissime* ; B *punietur* ; P *punitur* ; VL *puniatur*. — [s] G *seguitur*. — [t] C *remanet*. — [u] BPV om. *quia tunc.... sic*. — [v] C *collectam*. — [w] C *centurnorum* ; G *centuriorum devinctus* ; VL *contrariorum*. — [x] BPVL *mulctetur* ; C *multari*. — [y] B add. *quomodo occuratur eis in congressione*. — [z] L *preliandum*. — [a] B *possit.... videri* ; P om. *videre*. — [b] BPVL om. *debent*. — [c] B om. *non*.

---

[1] Observare = conservare, cf. Ducange, *Glossarium*.

Digitized by Google

debent [a] omnes convenire in unum, sed facere acies multas et divisas ab [b] invicem, non tamen nimis distantes. Et contra [c] illos qui primo veniunt, [d] debent [e] unam aciem mittere que eis occurrat; et si Tartari simulant fugam, non multum vadant post eos, nisi forte quantum possunt videre, nè forte ipsos ad paratas [f] insidias trahant, sicut facere solent. Et alia sit [g] parata ad iuvandum ipsam aciem si fuerit oportunum.

9. Insuper habeant speculatores ex omni parte, ut videant quando veniunt alie acies Tartarorum retro a dextris et a sinistris, et semper debent mittere [h] aciem contra aciem [i] que eis occurrat. Ipsi enim semper nituntur concludere adversarios suos [j] in medio; unde magnam cautelam debent habere, ne hoc facere possint, quia sic exercitus facillime debellatur. Acies [k] autem debent hoc cavere, ne diu currant post eos propter insidias quas solent [l] parare; plus enim fraudulentia quam fortitudine pugnant.

10. Duces exercitus semper esse debent parati ad mittendum adiutorium, si necessarium est [m] illis qui sunt in pugna; et propter hoc etiam debent vitare nimium cursum post eos, ne forte fatigentur equi eorum; quoniam [n] nostri multitudinem equorum non habent. Sed Tartari illum equum [o] quem equitant uno die, [p] illum non ascendunt in tribus vel in quatuor diebus post hec, unde non curant si fatigentur, [q] propter multitudinem equorum quam habent. Et si Tartari cedunt, non tamen nostri deberent [r] recedere vel ab invicem separari, quia simulando [s] faciunt [t] hoc ut exercitus dividatur, ut post hoc libere ingrediantur et destruant omnem [u] terram. Debent etiam cavere, ne [v] faciant nimias [w] expensas ut solent, ne propter penuriam redire cogantur, [x] et dent Tartaris viam ut ipsos et alios occidant, et destruant totam

---

[a] BPV *simul*; L *similiter*. — [b] C *ad*. — [c] B *circa*. — [d] V *conveniunt*; L *post veniunt*. — [e] C add. *eis*. — [f] V *occultas*. — [g] B add. *acies*. — [h] BP add. *unam*. — [i] BP add. *aliam*. — [j] VL *eorum*. — [k] BPVL add. *omnes*. — [l] C *sollent*; G *solent*. — [m] BP om. *si.... est*. — [n] B *quia*. — [o] BPVL om. *equum*. — [p] V om. *uno die*. — [q] L add. *equi eorum*, om. *equorum*. — [r] BPV *debent*; B *cedere*. — [s] BP add. *ad fugam*; V add. *similative*. — [t] B add. *propter*. — [u] BPVL om. *omnem*. — [v] BPVL *ut non*. — [w] C *minas*; G *nimas*. — [x] C *cogentur*; L *compellantur*.

Digitized by Google

terram,[a] et propter eorum superfluitatem nomen Domini[b] blasphemetur. Sed hoc debent facere diligenter, ut si contingat[c] aliquos pugnatores redire,[d] quod alii loco eorum succedant.

11. Duces etiam nostri debent die noctuque facere exercitum[e] custodire, ne repente et subito irruant super eos, quia Tartari ut demones, multas excogitant[f] artes nocendi. Immo tam de nocte quam de die semper[g] debent esse parati,[h] neque expoliati debent iacere, nec delitiose[i] ad mensam sedere, ut imparati non valeant inveniri, quia Tartari vigilant[j] semper ut videant quomodo[k] possint nocere. Homines vero terre qui Tartaros expectant, vel super se timent venire, occultas foveas debent habere, in quibus tam segetes[l] quam alia[m] reponere debent,[n] propter duo : ut videlicet Tartari non [306] possint illa habere, et ut si eis Dominus propicius fuerit, valeant ea postea invenire. Eis fugientibus de terra, debent[o] fenum et stramina comburere vel fortiter occultare,[p] ut equi Tartarorum[q] minus inveniant ad comedendum.[r]

12. Civitates autem et castra si volunt munire,[s] videant prius qualia sint in situ.[t] Situs[u] enim talis debet esse castrorum,[v] quod machinis et sagittis expugnari non possint, et aquam habeant[w] sufficientem et ligna, et si fieri potest quod introitus et exitus eorum[x] tolli non possit, et quod habeant[y] homines sufficientes qui possint vicissim pugnare. Et debent vigilare diligenter ne aliqua astucia possint Tartari castrum furari; expensas ad multos annos debent habere sufficientes. Custodiant tamen diligenter expensas et illas in mensura[z] manducent, quia nesciunt quanto tempore ipsos[a] in castris oporteat esse inclusos.[b] Quia quando[c] ipsi incipiunt, multis annis obsident[d]

---

[a] V om. *et destruant.... terram.* — [b] BP *Dei.* — [c] C *contigat.* — [d] BPVL *recedere.* — [e] C *exercitus et*; BP *custodiri.* — [f] L add. *iniquitates et.* — [g] BPV om. *semper.* — [h] BPVL add. *sed.* — [i] B add. *debent*; V add. *se.* — [j] V om. *quia Tartari*; BV *invigilant.* — [k] L om. *videant quomodo.* — [l] L om. *tam*; BPL *sagittas.* — [m] BP add. *arma.* — [n] BP *possint.* — [o] C om. *debent.* — [p] L om. *vel.... occultare.* — [q] BP add. *eo.* — [r] B add. *De munitione castrorum et civitatum.* — [s] C *invenire.* — [t] C *insita.* — [u] C *sicut.* — [v] C *eorum*; L *in castris.* — [w] BP om. *habeant.* — [x] BPVL *eis.* — [y] C *habeat.* — [z] G *misura.* — [a] BPVL *eos.* — [b] BP *conclusos.* — [c] BP *cum*; om. *ipsi*; L *quando enim.* — [d] C *obsidunt*; V *per multos annos.*

Digitized by Google

unum castrum, sicut fit hodierna die in terra Alanorum de quodam monte quem, ut credimus, [a] iam obsederunt per duodecim annos; qui [b] viriliter restiterunt et multos Tartaros et nobiles occiderunt.

13. Alia autem castra et civitates,[c] que talem situm non habent, debent fortiter vallari foveis profundis muratis et muris [d] bene paratis, et arcus et sagittas sufficientes et lapides ac fundas debent habere. Et debent diligenter cavere quod non permittant Tartaros ponere machinas suas, sed suis machinis debent eos repellere. Et si forte aliquo ingenio vel aliqua arte Tartari erigant [e] machinas suas, debent eas destruere machinis suis si possint; [f] balistis etiam et fundis et machinis debent resistere ut civitati non [g] appropinquent. Alias etiam debent esse parati, ut superius dictum est. De castris etiam et civitatibus que sunt in fluminibus posite, debent diligenter videre ne possint submergi. Sed ad hoc sciendum est, quod Tartari plus diligunt quod homines se in civitatibus et castris [h] claudant, quam [i] pugnent cum eis in campo. Dicunt enim illos [j] suos esse porcellos in ara conclusos, unde ponunt custodes, ut superius dictum est.[k] [1]

14. Si autem [l] aliqui Tartari de equis suis in bello prohiciantur,[m] statim sunt capiendi, quia cum sunt [n] in terra, fortiter sagittant, et equos ac homines vulnerant et occidunt. Et si servarentur,[o] tales possunt esse quod haberetur per eos quasi [p] perpetuo [q] pax, aut pecunia magna daretur [r] pro eis, quoniam se ad invicem diligunt satis. Sed quomodo Tartari cognoscantur, superius dictum est, ubi de forma eorum est expressum.[2] Tunc [s] quando capiuntur, si debent servari ne fugiant, diligens custodia

---

[a] BPVL *credo*. — [b] BP add. *eis*. — [c] V om. *civitates*. — [d] C *muratis*. — [e] BPVL *erigunt*. — [f] BPL *possunt*; V om. *si possint*. — [g] C *appropinquant*; P *propinquent*. — [h] L om. *et castris*. — [i] PL add. *quod*. — [j] V *alios*. — [k] BP add. *Quid faciendum sit de captivis eorum*. — [l] C *enim*. — [m] BPVL *prohiciuntur*. — [n] V add. *in bello vel*. — [o] BPVL *servantur*. — [p] BVL om. *quasi.... eos*. — [q] BPL *perpetua*. — [r] V *datur*; L *redimantur*. — [s] BPVL *Tamen*.

---

[1] Cf. supra, cap. VIII, n. 6.
[2] Cap. II, n. 2.

Digitized by Google

est habenda.[a] Sunt et [b] alie multe gentes cum eis, que per [c] formam superius annotatam [1] possunt ab ipsis eognosci. Est autem [d] hoc sciendum quod multi in exercitu sunt cum eis qui, si viderent tempus et haberent fiduciam, quod nostri non occiderent eos, ex omni parte exercitus, sicut ipsimet nobis dixerunt,[e] pugnarent cum ipsis,[f] et peiora mala [g] facerent eis quam alii, qui sunt eorum adversarii manifesti.[h]

15. Hec autem que superius scripta sunt, ut illi qui viderunt et audierunt tantum [i] diximus referendo, non ut instruamus discretos qui per exercicium pugne bellorum noverunt astucias; credimus [307] enim quod [non]nulla meliora et utiliora cogittabunt et facient illi qui ad hoc prudentes sunt et instructi, poterunt attamen [j] per illa que superius dicta sunt, habere de eis occasionem et materiam cogitandi; scriptum est enim: *audiens [sapiens] sapientior erit* [k] *et intelligens gubernacula possidebit.*[2]

De provinciis et situ earum per quas transivimus, et de testibus qui nos invenerunt ibidem, et de curia Imperatoris Tartarorum et principum eius. CAP. IX.

1. Dicto quomodo bello occuratur eisdem, ultimo dicemus de via quam fecimus, et de situ terrarum per quas transivimus, et ordinacione curie Imperatoris et principum eius, et testibus qui in terra Tartarorum nos invenerunt.

2. Cum iam proposuissemus, ut dictum est prius alias,[3] ad Tartaros proficisci,[l] ad Regem pervenimus Boemorum.[4] Requisito consilio eius, cum esset nobis familiaris dominus ab

[a] BPVL *adhibenda.* — [b] BL *etiam*; P om. *et.* — [c] G *pro*; B om. *per.* — [d] BPVL *etiam.* — [e] C om. *dixerunt.* — [f] BPV *eis.* — [g] C *mara*; G *mala*; L *plura.* — [h] PV add. *Expliciunt gesta Tartarorum.* BPVL hic relationi finem faciunt. T om. *Sciendum quod.... manifesti.* — [i] G *tamen.* — [j] C *et tamen.* — [k] G *sapienti oporterit.* — [l] S *Nos igitur ex mandato Sedis Apostolice cum iremus ad orientis nationes, elegimus prius ad Tartaros proficisci; quia timebamus ne per illos in proximo Ecclesie Dei periculum immineret. Itaque pergentes.*

[1] Cap. II.
[2] Prov., I, 5.
[3] Cf. supra, Prolog., n. 2.
[4] Wenceslaus IV, an. 1205 natus, an. 1240-1253 regnavit.

Digitized by Google

antiquo,[1] que via esset nobis melior ad eundum, respondit quod esset melius, prout ei videbatur, ire per Poloniam et Rusciam. Habebat enim consanguineos in Polonia,[2] quorum adiutorio Rusciam intrare possemus ; et datis litteris suis et bono conductu [per] iter [a] ut per Poloniam transiremus,[b] fecit etiam nobis expensas dari per terras et civitates eius, quousque ad ducem Slesie [c] Boleslaum veniremus nepotem ipsius,[3] qui nobis etiam erat familiaris et notus. Ipse etiam dedit nobis litteras suas et conductum securum et expensas per [d] villas et civitates, usquequo veniremus ad Lancisci [e] ducem Conradum.[f] [4] Quo tempore, nobis gratia Dei favente, venerat ibi dominus Wasilico [g] dux Ruscie,[5] a quo intelleximus de facto plenius Tartarorum. Miserat enim ibi nuntios suos, qui ad ipsum et fratrem suum Danielem redierant, portantes securitatem de transeundo ad Bati domino Danieli.[6] Qui dixit nobis quod si nos vellemus ire ad ipsos, oporteret nos habere munera magna ad dandum eis, quia illa cum importunitate maxima requirebant ; et si non [h] dabantur, sicut etiam verum est, non poterat nuncius cum eis congrue facta sua facere, immo etiam quasi pro nichilo reputatur.[7]

3. Nos autem nolentes quod negotium domini Pape et Ecclesie propter hoc impediretur, de hoc quod datum nobis fuerat causa elemosine ne [i] defficeremus, ad subsidium vie nostre, emi feci-

---

[a] G *item*. — [b] S om. *pariter.... transiremus*. — [c] C *Glesie*. — [d] C *et*. — [e] S *Lautiscie*. — [f] C *Conraudum*. — [g] C *Vasilica*. — [h] C om. *non*. — [i] C *non*.

---

[1] Ordinem Fr. Minorum Iohannes in Bohemia plantaverat ; Wenceslai IV soror B. Agnes Ordinem Clarissarum ibi incepit. Circa B. Agnetem, Wenceslaum et fratres Minores, cf. BF I, 134-35 ; 156-57 ; 159 ; 216 ; 241-42 ; 353 ; 506 ; W. Seton, *Some new Sources* ; Erben, *Regesta*, I, 429.

[2] Cf. infra, n. 3.

[3] Boleslaus IV, Pudicus cognominatus.

[4] Patruus Boleslai, Polonorum Dux.

[5] Frater Danielis iunior.

[6] De isto viro 1201-1264, cf. Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches*, III, 198-200 ; 219-27 ; IV, 31-33 ; Schiemann, *Russia Polonia*, 260-74 ; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 221-24.

[7] Cf. supra, cap. V, n. 23.

Digitized by Google

mus quasdam castrorum pelles et quorumdam etiam animalium [a] aliorum.[b] Dux Conradus et ducissa Cracovie [c] [1] et quidam milites et Episcopus Cracovie [2] hoc scientes, plures etiam huiusmodi [d] nobis pelles donarunt. Dux etiam Conradus et filius eius [3] et Episcopus [e] Cracovie rogaverunt multum attente ducem Vasiliconem predictum, ut nos ad transeundum ad Tartaros iuvaret in quantum posset; qui respondit [f] quod faceret hoc libenter. Unde nos secum duxit in terram ipsius; et cum detinuisset nos aliquot diebus in expensis eius, ut aliquantulum quiesceremus,[g] et fecisset nobis venire Episcopos suos de nostro rogatu, legimus eis litteras domini Pape, in quibus monebat eos quod deberent redire ad Ecclesie unitatem sancte matris.[4] Nos etiam monuimus eos et etiam induximus,[h] in quantum potuimus, tam ducem quam Episcopos et alios omnes qui convenerant ad illud idem. Sed quia eodem tempore quo dux predictus in Poloniam venit, frater eius Da[308]niel iverat ad Bati et presens non erat, finaliter respondere non potuerunt,[5] sed ad plenariam responsionem oportebat suum reditum [i] expectare.

4. Post hec dux predictus usque in Kioviam [j] nobiscum unum servientem transmisit; nichilominus tamen ibamus semper sub periculo capitis propter Ruthuanos,[k] [6] qui sepe insultum [l] faciebant occulte quantum poterant super terram Ruscie, et maxime in locis illis per que debebamus transire. Et quia maior pars hominum Ruscie a Tartaris fuit occisa vel in captivitatem deducta, iccirco eis resistere potenter minime possent. A Ruthenis tamen

---

[a] G *aliorum.* — [b] C *duorum.* — [c] C *durissa Eracorne.* — [d] C *huius.* — [e] C *dux*; S *Dux Wasilico a Duce Cracovie et Episcopo.... attente rogatus.* — [f] C *respondet.* — [g] C *quiescerimus.* — [h] C *duximus.* — [i] C *redditum.* — [j] C *Kioniam* et sic deinceps. — [k] S *Lituanos.* — [l] C *consultum.*

---

[1] Gremislawa, vidua ducis Poloniae Leszek, Schiemann, *Russia Polonia*, 573.

[2] Prandota Iohannes 1242-1266, Eubel, *Hierarchia Cathol.*, I, 222.

[3] Leszek, Beazley, *The Texts*, 287.

[4] Huius epistolae textus nos latet, cf. P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 9, n. 1.

[5] Cf. Altaner, *Geschichte der Dominikanermissionen*, 220-23.

[6] G. de Rubruc voce 'Ruteni' utitur, cf. cap. XIX, n. 3.

Digitized by Google

per servientem predictum eramus securi.[a] Unde, gratia Dei favente et ab inimicis crucis Christi nos eripiente,[b] pervenimus in Kyoviam, que metropolis est Ruscie.

5. Et cum pervenissemus illuc, habuimus de via nostra consilium cum millenario et aliis nobilibus qui erant ibidem. Qui responderunt nobis quod si duceremus ad Tartaros [c] equos illos quos habebamus — cum nives essent magne et nescirent fodere erbam sub nive, sicut equi Tartarorum, neque inveniri posset aliquid aliud ad manducandum pro ipsis, cum Tartari nec stramina nec fenum nec pabulum habeant — morerentur omnes. Unde nos habito consilio, decrevimus cum duobus pueris qui custodirent illos, dimittere illos [d] ibidem. Quare oportuit nos millenario munera dare, ut ipsum haberemus propicium ad dandum nobis equos subducticios et conductum. Antequam tamen in Kioviam veniremus, in Danilone [e] [1] usque ad mortem fuimus infirmati; nichilominus tamen in veiculo [f] in magno frigore per nivem fecimus nos trahi. Et ne christianitatis posset negotium impediri, dispositis ergo omnibus istis negociis in Kyovia, secundo die post festum purificationis Domine Nostre,[2] cum equis millenarii et conductu de Kiovia iter arripuimus ad illas barbaras nationes.

6. Pervenimus ad quamdam villam, que erat immediate sub Tartaris, que Canove [g] [3] appellatur. Prefectus autem ville nobis dedit equos et conductum usque ad aliam villam, in qua erat quidam Alanus prefectus, qui vocabatur Micheas,[h] qui *omni malitia et nequitia* erat plenus.[4] Ipse enim miserat contra nos in Kioviam quosdam satellites suos mendaciter qui nobis dicerent ex parte Corenze,[i] [5] quod essemus nuncii et quod veniremus

---

[a] S *At per predictum servientem eramus securi a Ruthenis, quorum etiam maxima pars occisa vel captivata erat a Tartaris.* — [b] G *eripientes.* — [c] C *in Kyoviam.* — [d] C om. *dimittere illos.* — [e] C *Darifone.* — [f] C *ciculo.* — [g] C *Canone.* — [h] G *Mitheas.* — [i] C *torrente*; S om.

---

[1] Varia sunt huius nominis loca; ideo determinatu qualis pagus hic requiratur difficile est, cf. Rockhill, *The Journey*, 4, n. 3.

[2] 3 februarii.

[3] Kaniew in flumine Borysthenis seu vulgo Dnieper.

[4] Cf. Rom., I, 29.

[5] Cf. supra, cap. V, n. 21.

Digitized by Google

ad ipsum. Et hoc ideo faciebat, quamvis non esset verum, ut posset a nobis munera extorquere.[a] Cum autem perveniremus ad ipsum, reddidit se valde difficilem nobis, et nisi munera promisissemus eidem, nullo modo conducere nos volebat. Nos autem videntes quod aliter ultra procedere non poteramus, promisimus ei aliqua donaria dare. Et cum daremus ei ea que nobis videbantur, nolebat recipere, nisi plura daremus eidem. Unde oportuit nos addere secundum voluntatem ipsius; et quedam nobis subdole et furtive et malitiose subtraxit.

7. Post hec recessimus secunda feria quinquagesime [1] cum ipso, et duxit nos usque ad primam custodiam Tartarorum. Et cum in prima sexta feria post [b] diem [c] cinerum [2] hospitaremur,[d] dum sol accederet ad occasum, Tartari super nos armati horribiliter irruerunt, querentes quales homines essemus [309]. Et cum respondissemus quod nuncii essemus domini Pape, quibusdam cibariis a nobis acceptis, continuo discesserunt.

8. Mane facto surgentes, cum aliquantulum processissemus, nobis maiores eorum qui erant in custodia occurrerunt, interrogantes quare veniremus ad eos et quod negotium haberemus. Quibus respondimus quod eramus nuncii domini Pape, qui christianorum dominus erat et pater, qui nos idcirco mittebat, tam ad Regem quam ad principes et Tartaros omnes, quia placebat eidem quod christiani omnes Tartarorum essent amici, et pacem haberent cum eis; insuper quod desiderabat quod essent magni apud Deum in celo. Iccirco monebat eos, tam per nos quam per litteras suas,[e] dominus Papa, quod christiani efficerentur et fidem reciperent domini nostri Iesu Christi, quia aliter salvari non possent; mandabat [f] preterea quod mirabatur de tanta occisione hominum, et maxime christianorum et potissime Ungarorum, Moravorum,[g] Polonorum qui sunt ei subditi, que per Tartaros

[a] C *extorquente*. — [b] C *prima*. — [c] C *die*. — [d] C *hospitaremus*. — [e] C om. *per.... suas*. — [f] Apud C omnia in tempore praeterito adsunt praeter tria verba sc. *mandat*, *miratur* et *est*; apud S vero omnia in tempore praesenti narratur. Ideo tria menda apud C hoc in loco adesse opinor, quae correxi. — [g] S *Montanorum*.

[1] 19 februarii.
[2] 23 februarii.

Digitized by Google

facta erat, cum eos in nullo lesissent nec ledere attemptassent; et quia Dominus Deus erat graviter offensus super hoc,[a] monebat eos quod de cetero caverent a talibus et penitentiam agerent de commissis. Adhuc diximus, quod dominus Papa rogabat quod rescriberent ei quid de cetero facere vellent, et que sit eorum intentio, et quod de omnibus supradictis eidem per suas litteras responderent.

9. Auditis causis et intellectis superius annotatis, dixerunt quod super ista verba vellent subducticios equos usque ad Corensam[b] et ducatum prebere, et statim munera petiverunt et a nobis acceperunt.[c] Oportebat enim nos de necessitate facere voluntatem. Datis ergo muneribus, et subducticiis equis acceptis, de quibus ipsi descenderunt, cum eorum ducatu[d] ad Corenzam arripuimus iter eundi. Ipsi tamen velociter equitantem cum hiis verbis que diximus eisdem ad ducem predictum, unum nuncium premiserunt. Dux autem iste dominus est[e] omnium, qui in custodia positi sunt[f] contra omnes homines occidentis, ne forte subito et improvise irruant[g] super eos. Iste dux habet sub se, ut audivimus,[h] sex[i] milia hominum armatorum.

10. Cum autem pervenissemus ad ipsum, fecit longe a se nobis ponere stationes, et misit ad nos servos suos procuratores, qui quererent a nobis cum quo eidem inclinare vellemus, hoc est dicere, quevis ei munera dare. Nos respondimus quod dominus Papa aliqua munera non mittebat, quia non erat certus quod ad illos[j] pervenire[k] possemus. Insuper iveramus per loca valde periculosa, propter Ruthuanorum[l] timorem, qui frequenter discurrunt per vias a Pollonia usque fere ad Tartoros, per quos transitum feceramus. Verumptamen de hiis que habemus ad victum nostrum, de gratia Dei et domini nostri Pape, sicut poterimus, honorabimus[m] ipsum.[n] Et cum plura dedissemus eidem, non sufficerunt ei nisi[o] per interpositas personas peteret plura, promittens quod faceret nos duci honeste, si admitteremus

---

[a] C add. *nocebat alias*. — [b] C *Coreizam*. — [c] C *et quod fecimus*. — [d] S *ductu*. — [e] C om. *est*. — [f] C om. *sunt*. — [g] C *irruent*. — [h] G *andavimus*. — [i] S *sexaginta*. — [j] C *nos*. — [k] C *pervenisse*. — [l] C *Luthuanorum*, sed cf. supra cap. IX, n. 4. — [m] C *honerabimus*. — [n] C *ipsam*. — [o] S om. *nisi*.

Digitized by Google

petitionem ipsius; quod oportebat nos facere, si volebamus vivere et mandatum domini Pape congrue ducere ad effectum.

11. Acceptis muneribus, duxerunt nos ad ordam sive ad tentorium ipsius [310], et fuimus instructi ut inclinaremus ter [a] cum genu sinistro ante hostium stationis, et caveremus attente ne pedem super limen hostii poneremus, quod fecimus diligenter, quia sententia mortis est super illos qui scienter limen stationis ducis alicuius conculca[n]t.[1] Postquam intravimus, oportuit nos,[b] coram duce et aliis [c] maioribus omnibus qui specialiter erant ad hoc advocati, dicere flexis genibus ea que superius dixeramus. Obtulimus ei et litteras domini Pape. Sed quia noster interpres quem de Kyovia, dato precio, duxeramus, non erat sufficiens ut per eum littere possent interpretari, nec ad hoc aliquis alius ydoneus habebatur, iccirco non potuerunt interpretari. Quo facto, equi nobis dati fuerunt et tres Tartari, duo qui erant decani et alius erat homo Bati, qui nos ducerent cum magna festinatione ad ducem predictum. Iste [d] autem Bati est potentior, excepto Imperatore cui obedire tenetur, pre cunctis principibus Tartarorum.[2]

12. Secunda autem feria, que est post primam dominicam quadragesime,[3] arripuimus iter ad ipsum, et equitando quantum equi poterant ire trotando, quia habebamus equos recentes fere omni die ter vel quater, et equitabamus de mane usque ad noctem, immo de nocte sepissime, et ante quartam feriam maioris ebdomade [4] ad ipsum non potuimus pervenire.

13. Ivimus autem per totam terram Comanorum, que tota est plana, et habet quatuor flumina magna. Primum Neper [e]

---

[a] C add. *ante hostium.* — [b] C add. *ut.* — [c] S om. *aliis.* — [d] S *Ipse.* — [e] C *Nesper.*

---

[1] Cf. supra, cap. III, n. 7.

[2] Filius Djudji, primogeniti Chingis Chani. Potentia sua super Kiptchak, regionem inferioris Syr Daria ad septentrionem marium Aral et Caspii, vallium fluminum Rhae et Tanais, et demum super quasdam regiones ad septentrionem maris Nigri se extendebat, cf. Beazley, *The Texts*, 288; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 226, 240 et passim usque 409.

[3] 26 febr.

[4] 4 april.

Digitized by Google

appellatur,[1] iuxta quod ex parte Ruscie ambulabat Corenza, et ex parte altera per illa campestria Mauci,[a] [2] qui est maior quam Corenza; secundum Don,[3] super quod ambulat quidam princeps, qui habet sororem Bati in uxorem, qui Carbon [b] appellatur; [4] tercium Volga,[5] istud flumen est valde magnum, super quod vadit Bati; quartum Iaec appellatur,[6] super quod millenarii duo, unus ex una parte fluminis et alter ex altera parte vadunt. Omnes isti in hyeme ad mare descendunt, et in estate super ripam eorumdem fluminum ascendunt ad montes.[7] Mare autem istud est mare Magnum,[8] de quo exiit brachium S. Georgii quod Constantinopolim vadit.[9] Super Neper [c] autem fuimus per glaciem multis diebus. Ista flumina sunt magna, piscibus multum plena et maxime Volga.[10] Que flumina intrant [d] mare Grecie, que dicitur mare Magnum,[11] super cuius maris littora satis periculose per glaciem in pluribus locis venimus [e] multis diebus; congelatur enim circa littora bene ad tres leucas interius.[12]

14. Sed antequam ad Bati veniremus,[f] duo ex nostris Tartaris precesserunt ad indicandum ei [g] omnia verba que apud Corenzam

[a] C *Monti* aut *Mouti* aut *Mouci*; deinceps autem Maucy. Istud nomen iam hic posui. S *Monti*. — [b] S *Tirbon*. — [c] C *Nepe*; S *Nepre*. — [d] C *intravit*. — [e] C *unius*. — [f] S *perveniremus*. — [g] C om. *ei*.

[1] Dnieper, seu Borysthenes.

[2] Secundogenitus Chagatai. [3] Tanais.

[4] Verisimiliter idem est ac Scatatay, qui apud Rubruc occurrit, cap. X, n. 1, cf. Rockhill, *The Journey*, 8, n. 2.

[5] Rha seu communiter Etilia. [6] Seu Ural.

[7] Cf. Rubruc, cap. XIII, n. 10; cap. XIX, n. 2.

[8] Mare Nigrum, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 98, n. 3.

[9] Bosphorus, cf. Beazley, *Dawn of modern Geography*, II, 154-55.

[10] Cf. Rubruc, cap. I, n. 3; cap. XIII, n. 10.

[11] Hoc in loco confusio non parva adest apud Iohannem de Plano Carpini mare Nigrum et Caspium permiscentem, aut potius quatuor flumina unius maris sc. Nigri affluentia facientem. In his erroribus antiquorum auctorum sententiam sequitur, cf. d'Avezac, *Recueil*, 486-87; Rockhill, *The Journey*, 9, n. 1; Beazley, *The Texts*, 290; Pullé, *Historia Mongalorum*, 215.

[12] Iohannes de Plano Carpini unus est ex prioribus auctoribus occidentalibus qui fluminum nominibus in lingua vulgari utitur. Hoc ex interprete eius russico provenit, cf. Rockhill, *The Journey*, 8, n. 2; Beazley, *The Texts*, 289.

Digitized by Google

dixeramus. Cum autem perveniremus ad Bati, in terre finibus Comanorum, fuimus bene positi per unam leucam longe a stationibus suis. Quando autem debebamus duci ad curiam eius, fuit nobis dictum quod debebamus inter duos ignes transire, quod nos aliqua ratione facere nolebamus. Sed dixerunt nobis : « Secure ite, quia pro nulla causa facimus vos inter istos duos ignes transire, nisi propter hoc quod si vos aliquod malum cogitatis domino nostro, vel si forte venenum portatis, ignis auferat omne [a] malum ». Quibus respondimus : « Propter hoc transibimus, ne de tali re nos reddamus suspectos ».

15. Et cum pervenissemus ad ordam, fuimus interrogati a procuratore suo [311], qui Eldegai [b] vocatur, cum quo vellemus [c] inclinare, id est que vellemus ei munera dare. Cui respondimus ut prius Corenze dixeramus, scilicet quod dominus Papa [d] non miserat munera, sed nos de hiis que habebamus, de gratia Dei et domini Pape pro expensis, ipsum, sicut possumus, volumus honorare. Datis muneribus et acceptis, interrogavit a nobis procurator ipsius, qui Eldegay appellatur, causam adventus nostri. Cui diximus easdem causas quas Corenze superius dixeramus.

16. Auditis causis, introduxerunt nos in stationem, facta prius inclinatione et audita amonitione de limine non calcando,[e] ut dictum est.[1] Intrantes autem, flexis genibus diximus verba nostra ; [2] dictis verbis, litteras obtulimus, et rogavimus ut darentur nobis interpretes, qui litteras valerent transferre ; qui in die parasceve [3] nobis dati fuerunt. Et diligenter transtulimus eas cum ipsis in littera ruthenica, sarracenica [f] [4] et in littera [g] Tartarorum. Que interpretatio fuit Bati presentata, quam legit et

[a] G *omnem*. — [b] S *Eldegay*. — [c] C *velleremus* ; G *vellemus*. — [d] G *Pape*. — [e] C om. *non calcando*. — [f] C *suakacenia*. — [g] C *multa*.

[1] Cf. n. 11 ubi etiam in nn. 10-11 omnia dicuntur quae inter Corenzam et Iohannem facta sunt.

[2] Hic usus bis apud Rubruc notatur, cap. XIX, n. 7 ; cap. XXVIII, n. 16.

[3] 6 april.

[4] Sc. lingua persica, cf. P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 15. Igitur minus recte Rémusat, *Mémoires sur les relations politiques des princes chrétiens*, 428 ; d'Avezac, *Recueil*, 485, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 290, qui sub illo verbo linguam arabicam aut tursicam intelligunt.

Digitized by Google

notavit attente. Tandem ad nostram reducti fuimus stationem, sed nulla cibaria nobis dederunt, nisi [a] una vice aliquantulum milii in una scutella, quando venimus in prima nocte.

17. Iste autem Bati satis se magnifice tenet, habens hostiarios et omnes officiales sicut et Imperator eorum. Sedet etiam in eminentiori loco, quasi in trono, cum una de uxoribus suis; alii autem, tam fratres sui et filii [b] quam alii minores, sedent inferius in medio super bancum; alii vero homines post eos in terra, sed viri a dextris et femine a sinistris. Tentoria autem de panno lineo habet magna et satis pulcra, que Regis Ungarie fuerunt.[1] Nec aliquis extraneus ad tentorium audet accedere, preter familiam, nisi vocatus,[c] quantumcumque sit magnus et potens, nisi forsan sciatur quod sit voluntas ipsius. Nos autem, dicta causa, sedimus a sinistris, sic etenim [d] faciunt omnes nuncii in eundo, sed in redeundo ab Imperatore, ponebamur semper a dextris.[2] In medio prope hostium stationis ponitur mensa, super quam ponitur potus in aureis et argenteis vasis. Nec unquam bibit Bati nec aliquis princeps Tartarorum maxime cum in publico sunt, nisi cantetur vel citarizetur eidem. Et cum equitat, semper portatur solinum [e] vel tentoriolum super capud eius in hasta, et sic faciunt cuncti maiores principes Tartarorum, et etiam uxores eorum. Predictus autem Bati hominibus suis est satis benignus, timetur tamen valde ab eis; sed crudelissimus est in pugna, sagax est multum et etiam hastutissimus in bello, quia longo [f] tempore iam pugnavit.

18. In die autem sabbati [g] sancti [3] vocati fuimus ad stationem, et exivit ad nos procurator Bati predictus, dicens [h] ex parte eius quod iremus ad Imperatorem Cuiuc [i] in terram ipsorum,

---

[a] C *in*. — [b] C om. *et filii*. — [c] G *vocatur*. — [d] C om. *sic etenim*, hab. *et*. — [e] C *sibolum*. — [f] C *longuo*; G *longo*. — [g] C *salbati*. — [h] C *dominus*. — [i] S *Cuyne*.

---

[1] Bela IV, 1235-70, post cladem a Tartaris Lignitz inflictam, usque ad mare Adriaticum fugit.

[2] Pars sinistra parte dextra nobilior est, cf. Desmaisons, *Histoire des Mongols et des Tartares*, II, 195; d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, III, 387-89; Rockhill, *The Journey*, 125, n. 1.

[3] 7 april.

Digitized by Google

et retentis quibusdam ex nostris sub hac specie quod vellent [a] eos remittere ad dominum Papam. Quibus litteras dedimus de omnibus factis, quas referrent eidem; [b] sed cum rediissent [c] usque ad Maucy,[d] ibidem retenti fuerunt usque ad reditum nostrum.[1]

19. Nos autem, in die resurrectionis Domini,[2] dicto officio et facta [e] qualicumque comestione, cum duobus Tartaris qui nobis apud [312] Corenzam erant assignati, recessimus cum multis lacrimis, nescientes utrum ad mortem vel ad vitam iremus. Eramus tamen ita infirmi quod poteramus vix equitare. In tota illa quadragesima fuit cibus noster milium cum aqua et sale tantum, et in aliis diebus ieiuniorum similiter, nec habebamus aliquid bibere preter nivem in caldario liquefactam.

20. Comania vero habet ab aquilone, immediate [f] post Rusciam [g] Morduynos,[3] Byleros, id est magnam Bulgariam,[4] Bastarcos, id est magnam Hungariam; [5] post Bastarcos [h] Parositas [6] et Samogetas; [i] [7] post Samogetas illos qui dicunt habere faciem caninam in occeani lictoribus, in desertis.[8] A meridie autem habet Alanos,[9] Circassos,[10] Gazaros,[j] [11] Greciam, Constantinopolim et terram Yberorum,[k] [12] Cathos,[l] [13] Bruthachios [14] qui dicuntur [m] esse

[a] C *sub spe quod nollent*; G *vollent*. — [b] C *eisdem*. — [c] C *reddissent*. — [d] S *Montii*, add. *ducem supradictum*. — [e] C om. *et facta*. — [f] C *in medietate*. — [g] S *Russiam*. — [h] C habet (*Rusciam*) *id est magnam Bulgariam, Morduinos, Bileros, Liberos id est magnam Bulgariam, Bascarcas*, (*Porossitas*). — [i] C *Samacedos*. — [j] C *Gazatos*. — [k] S *Iberorum*. — [l] C *Tacos*. — [m] C *dicitur*.

[1] Cf. infra, n. 46. [2] 8 april.
[3] Cf. supra, cap. V, n. 29; cap. VII, n. 9.
[4] Cf. ibid.
[5] Cf. ibid.
[6] Cf. ibid., n. 30.
[7] Cf. ibid., n. 31.
[8] Cf. ibid.
[9] Cf. ibid., n. 26.
[10] Cf. ibid.; cap. VII, n. 9.
[11] Cf. ibid., n. 26.
[12] Yberia idem vult ac Georgia, Rockhill, *The Journey*, 12, n.; 46, n.; Beazley, *The Texts*, 290; Hallberg, 239-40.
[13] Sunt Kakhetiani in Georgia, d'Avezac, *Recueil*, 495; Beazley, *The Texts*, 290.
[14] Cf. supra, cap. VII, n. 9.

Digitized by Google

iudei, hii capud radunt, et terram Siccorum,[a] [1] et Georgianorum,[2] et Armenorum,[b] et [c] terram Turcorum. Ab occidente habet Ungariam et Rusciam. Et est [d] terra predicta [e] maxima et [f] longa.[3]

21. Ivimus autem per eam fortissime equitando — quoniam habebamus omni die equos recentes quinquies in die aut septies,[g] non quando per deserta ibamus, ut superius dictum est,[4] et tunc accipiebamus equos meliores et fortiores, qui possent continuum sustinere laborem. [h] — ab initio quadragesime usque ad octo dies post pascha.[5] Istos autem Comanos Tartari occiderunt; quidam etiam a facie ipsorum fugerunt, et alii sunt in eorum servitutem redacti. Plurimi tamen ex eis qui fugerunt, revertuntur ad ipsos.

22. Post hoc terram intravimus Kangittarum,[i] [6] que magnam habet in plurimis locis [j] penuriam aquarum, in qua etiam [k] homines pauci morantur. Unde homines Ierozlai ducis Ruscie qui in terram [l] Tartarorum ibant ad ipsum, fuerunt propter sitim plures mortui in illo deserto. In qua terra et etiam Comania, multa invenimus capita et ossa hominum mortuorum iacere tamquam sterquilinium super terram. Per quam terram [m] ivimus ab octo diebus post pascha usque fere ad ascensionem Domini Nostri.[7] Isti homines erant pagani,[8] et tam Comani quam Kangitte [n] non

---

[a] S *Cithorum.* — [b] S *Armeniorum.* — [c] C om. *et.* — [d] C om. *Et est.* — [e] S *Comania.* — [f] C *est.* — [g] S *pluries.* — [h] S add. *et hoc.* — [i] C *Gangicarum.* — [j] C om. *habet in.... locis.* — [k] C om. *in qua etiam.* — [l] C *terra.* — [m] C repetit *per quam terram.* — [n] S *tam ipsi quam Comani.*

---

[1] Zicchia regio est in Caucasi extremitate, et praeter ripam orientalem-septentrionalem maris Nigri, posita. d'Avezac, *Recueil,* 497; Pullé, *Historia Mongalorum,* 218.

[2] Cf. supra, cap. V, n. 33; cap. VII, n. 9.

[3] Cf. ibid., cap. V, n. 11.

[4] Cf. supra, cap. IX, n. 12.

[5] 21 febr. - 16 april. Benedictus Polonus dicit se post duas hebdomadas e terra Comanorum egressos; sed iter computat solummodo postquam ordam Batu reliquerat, cf. infra, n. 6. Duae narrationes perfecte quadrant, cf. Rockhill, *The Journey,* 13, n. 1.

[6] Cf. supra, cap. VII, n. 9.

[7] 16 aprilis - circa 17 maii (ascensio Domini).

[8] Potius christiani aut mahúmetani erant, cf. Barthold-Stübe, *Zur Geschichte des Christentums,* 59-61.

Digitized by Google

laborant,[1] sed tantum [a] de animalibus vivebant, nec edificabant domos sed in tabernaculis habitabant. Istos etiam Tartari deleverunt et habitant in terra ipsorum, et illi qui remanserunt redacti sunt in servitutem eorum.

23. De terra Kangittarum [b] intravimus terram Biserminorum.[2] Isti homines linguam comanicam loquebantur et adhuc loquuntur, sed legem sarraceni tenent. In hac terra invenimus urbes innumeras subversas et castra dirupta et villas multas desertas. In hac terra est quidam fluvius magnus, cuius nomen ignoramus,[3] super quem est civitas quedam que vocatur Iankinc,[4] et alia vocatur Barchin,[5] et alia que vocatur Orpar,[6] et alie [c] plures,[d] quarum nomina ignoramus.[e] Hec terra habebat dominum qui dicebatur Altisoldani, qui destructus est a Tartaris cum omni progenie sua, cuius nomen proprium [ignoramus].[f] [7] Terra autem habet montes maximos. A meridie autem habet Iherusalem,[g] Baldac [h] et totam [313] terram sarracenorum; in

[a] G *tamen.* — [b] C *Gangicarum.* — [c] G *alia.* — [d] C repetit *plures*; hab. *quorum.* — [e] S om. *In hac.... ignoramus.* — [f] C om. *ignoramus*; S om. *cuius.... ignoramus.* — [g] S *Hierusalem.* — [h] S *Baldach.*

[1] Cf. Rubruc, cap. XVIII, n. 4. De illis dicit: « [Mare Caspium].... ad aquilonem vero habet illam sollitudinem in qua modo sunt Tartari, prius vero erant quidam Comani qui dicebantur Cangle ».

[2] Cf. supra, cap. V, n. 25; cap. VII, n. 9.

[3] Syr Daria.

[4] Yanghikend, d'Avezac, *Recueil*, 512; Bretschneider, *Notices of the Mediaeval Geography*, 135; Pullé, *Historia Mongalorum*, 225.

[5] Barkhalikend auctorum Persiae, aut Pa-erh-chen auctorum Sinarum, ibid.

[6] Frahn pro Urghendj opinatur, *Ibn Fozlan*, 162; d'Avezac, *Recueil*, 505-11 pro Tana ad os Tanais (Don) pugnat; Bretschneider, *Notices of the Mediaeval Geography*, 236, et Rockhill, *The Journey*, 14, n. potius de civitate Otrar hic agere volunt, cuius ruinae inventae sunt in parte dextra fluminis Syr Daria, ad orientem castri Perowsky; Hallberg, 385; 547-49.

[7] Nomen Altisoldani aut Sultani supremi erat Alayeddin Mahommed, et filii eius erant Rokneddin, Ghayateddin, Gelaleddin et Ozlakschah. Sultanus fugiens, in insula maris Caspii mortuus est, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 216-22; Rockhill, *The Journey*, 15; Beazley, *The Texts*, 283.

Digitized by Google

finibus illis propinquis morantur [a] duces Burin [1] et Cadan,[2] qui sunt fratres carnales. Ab aquilone partem terre nigrorum Kytaorum [b] et occeanum habet; in illa moratur Siban,[c] qui est frater Bati. Per quam ivimus a festo ascensionis fere ad octo dies ante festum beati Iohannis Baptiste.[3]

24. Deinde terram nigrorum Kythaorum [d] fuimus ingressi,[4] in qua tantum de novo unam civitatem edifficaverunt, que Divult [e] appellatur,[f] ubi Imperator domum edificavit, in qua vocati fuimus ad bibendum.[5] Et ille qui erat ex parte Imperatoris ibidem, fecit plaudere coram nobis maiores civitatis et etiam duos filios eius.

25. Inde exeuntes invenimus [g] quoddam mare, non multum magnum, cuius nomen quia non interrogavimus, ignoramus. [h] In littore autem illius maris est quidam mons parvus in quo est quoddam foramen, ut dicitur, unde in hyeme exeunt tam magne tempestates ventorum, quod homines vix et cum magno periculo possunt transire.[6] In estate ibi semper auditur sonitus ventorum, sed tenuiter de foramine exit, sicut nobis inchole referebant.[i]

---

[a] G *morentur*. — [b] S *Kythaorum*. — [c] S *Syban*. — [d] C *Kaniorum*. — [e] C *qui*; G *Dinult*. — [f] S om. *in qua.... appellatur*. — [g] C om. *invenimus*. — [h] S om. *cuius nomen.... ignoramus*. — [i] S om. *sicut.... referebant*.

---

[1] Cf. Rubruc, cap. XXIII, n. 2, ubi eius mors narratur.

[2] Kadan erat filius Ogodai, non vero Chagatai, Rockhill, *The Journey*, 15, n.

[3] 17 maii - circa 16 iunii.

[4] Cf. supra, cap. V, n. 5; cap. VII, n. 9.

[5] Omyl, in valle Imil, Pullé, *Historia Mongalorum*, 242-43. Rockhill, *The Journey*, 16, n. 1; Beazley, *The Texts*, 276, civitatem ponunt super flumen Imil.

[6] Ala-kul, secundum Rockhill, *The Journey*, 16, n. 2; sed ipse auctor suae hypotheseos debilitatem vidit. Dicit enim quod Iohannes de Plano Carpini non accurate itinerarium notavit, aut quod textus genuinus in hoc loco desideratur. Nam ventus a Fr. Iohanne descriptus, secundum Rockhill, ibid., a lacu Ebi-nor et a deserto ultra provenit; ergo itinerantes prius lacum invenisse quam civitatem Omyl oportet. Pullé, *Historia Mongalorum*, 283-86, auctoritate Sven Hedin et aliorum, dicit locum de quo ventus ille magnus oritur accurate determinari non posse, ex eo quod multi similes venti in diversis locis dantur. Quoad « quoddam mare non multum magnum », identificari non posset cum lacu Ala-kul aut Ulungur, sed cum Zungariae planitie, iuxta itinerantium viam quae Kuldja, Manas et Barkul iungit.

Digitized by Google

Per littora illius maris ivimus per plures dies. Quod [a] mare plures insulas habet ; et illud dimisimus a sinistris. Terra autem hec [b] habundat fluminibus multis, non magnis tamen ; in ripis fluminum ex utraque parte sunt silve, sed in latitudine parum habent.[c] [1] In terra illa habitat Ordu [d] qui est senior [e] super Bati, immo est omnium ducum Tartarorum antiquior ; [f] [2] et est [g] orda[h] sive curia patris [i] ipsius, in qua est una de uxoribus eius que ipsam regit. Consuetudo enim [j] est apud Tartaros, quod principum et maiorum curie non delentur, sed semper ordinantur alique mulieres que ipsas regant, et eis partes denariorum dantur, sicut dominus eorum dare [k] solebat.

26. Post hec venimus ad primam ordam Imperatoris, in qua erat una de uxoribus suis, et quia nondum videramus Imperatorem, noluerunt nos vocare,[l] nec intromittere ad ordam ipsius, sed fecerunt nobis in tentorio nostro secundum Tartaros valde bene serviri, et ut quiesceremus, nos per unam diem retinuerunt ibidem.

27. Inde procedentes in vigilia beati Petri [m] [3] terram intravimus Naimanorum,[n] qui sunt pagani.[4] In die autem Apostolorum Petri et Pauli [5] cecidit ibidem magna nix, et habuimus maximum frigus. Hec autem terra [o] supra modum est montuosa et frigida, et de planicie ibi modicum invenitur — et iste due

---

[a] S add. *quidem licet non multum sit magnum.* — [b] C *hoc* ; G *hec.* — [c] S om. *Terra autem.... habent.* — [d] C *Ortu.* — [e] C *seniort.* — [f] C *antiquorum.* — [g] C *etiam.* — [h] C *ordon.* — [i] G *Imperatoris.* — [j] C *eius.* — [k] C *dari.* — [l] C *vocari.* — [m] S *sanctorum Petri et Pauli.* — [n] S *Naymanorum.* — [o] C add. *est.*

---

[1] Haec planicies in verno tempore ob abundantiam aquarum quae a montibus descendunt fere in mare mutatur, Pullé, *Historia Mongalorum*, 283.

[2] Cf. supra, cap. V, n. 20.

[3] 28 iunii.

[4] Rubruc, cap. XVII, n. 2, dicit Naimanos esse christianos. Naimani erant christiani sed ad paganitatem se verterunt paulo ante itinerarium Fr. Iohannis, Barthold-Stübe, *Zur Geschichte des Christentums*, 64-65. Nau, *L'Expansion nestorienne*, 271-72, eos nestorianos dicit, sic Rockhill, *The Journey*, 17, n. 4.

[5] 29 iunii.

Digitized by Google

nationes non laborant, sed sicut Tartari in tentoriis habitant, quas etiam ipsi deleverunt — per quam ivimus multis diebus.

28. Deinde terram intravimus Mongalorum, quos nos Tartaros appellamus. Per quam terram, sicut credimus, ivimus per tres septimanas fortiter equitando, et in die beate Marie Ma[g]dalene [1] venimus ad [a] Cuiuc, qui nunc [b] est Imperator.[2] Per omnem istam viam valde venimus festinanter, quia preceptum erat Tartaris nostris, ut cito nos ducerent ad curiam sollempnem, iam ex pluribus annis indictam propter [c] electionem, ut mature venire possemus.[d] Iccirco surgebamus de mane, et ibamus usque ad noctem sine comestione, et sepius veniebamus tam tarde quod non comedebamus in sero, sed illud quod debebamus manducare in vespere dabatur nobis in mane [314]. Et quantumcumque poterant equi trotare ibamus, equis enim nullo modo parcebatur, quia in die sepius habebamus equos recentes; et illi qui lapsi erant redibant, ut superius dictum est,[3] et sic absque ulla intermissione equitabamus velociter.

29. Quando autem pervenimus, Cuyuc fecit nobis dare tentorium et expensas, quales Tartari solent dare, nobis tamen melius quam aliis nunciis faciebant. Ad ipsum tamen vocati non fuimus, pro eo quod nondum electus erat, nec [e] adhuc de imperio se [f] intromittebat. Interpretationem tamen litterarum domini Pape et verba que dixeramus a Bati predicto erant ei mandata. Et cum stetissemus per quinque vel sex dies ibidem, ad matrem suam [4] nos transmisit, ubi curia sollempnis adunabatur. Et cum pervenissemus ibidem, iam extensum erat tentorium magnum, quod erat de alba purpura [g] preparatum, et

---

[a] C om. *ad.*, S hab. *ad Cuyne Imperatorem electum pervenimus.* — [b] C *non.* — [c] C *post.* — [d] S om. *ut mature.... possemus.* — [e] C om. *nondum.... nec.* — [f] C om. *se.* — [g] C *purpina.*

---

[1] 22 iulii.

[2] Ogodai an. 1241 moritur, sed Kuriltai seu congressus ad eligendum novum Imperatorem sc. Kuyuk tantum an. 1246 verno tempore locum habuit.

[3] Cf. supra, n. 21.

[4] Turakina, quae post mortem Ogodai tutelam regni habuit, Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 253.

Digitized by Google

nostro iudicio erat tam grande quod plus quam duo milia hominum poterant esse sub illo. Et in circuitu erat factum ligneum tabulatum, quod variis ymaginibus erat depictum. In secundo vel tercio die ivimus cum Tartaris, qui nobis erant ad custodiam assignati, et ibi convenerunt omnes duces, et unusquisque cum hominibus suis equitabat per colles et planiciem in circuitu.

30. In prima die omnes albis purpuris fuerunt vestiti, in secunda rubeis — et tunc venit Cuyuc ad tentorium illud — tercia die omnes in blaveis purpuris, quarta [a] die in optimis baldakinis.[1] In tabulato illo iuxta tentorium erant due porte maiores, per unam solus Imperator debebat intrare, et ad illam nulla erat custodia quamvis esset aperta, quia per illam nullus audebat ingredi vel exire ; per aliam omnes qui admittebantur intrabant, et ad illam erant custodes cum gladiis, arcubus et sagittis. Et si aliquis appropinquabat tentorio ultra terminos qui positi erant, si capiebatur verberabatur, si fugiebat sagitabatur, tamen sine ferro erat sagitta.[b] Equi erant longe quantum bis, ut credimus, poterat sagitare. Duces undique cum pluribus ex hominibus suis ibant armati, sed nulli, nisi essent decem, usque ad equos poterant ire, immo graviter percutiebantur qui ambulare aliter attemptabant.[c] Et multi erant qui in frenis pectoralibus, sellis et postellis, iudicio nostro, auri circa xx marchas [2] habebant. Et sic duces infra tentorium colloquebantur et, ut credimus, de electione tractabant. Alius autem universus populus longe extra [d] tabulatum erat predictum. Et ita fere usque ad meridiem morabantur, et tunc incipiebant lac bibere iumentinum, et usque ad vesperas tantum [e] bibebant, quod mirabile visu erat. Nos autem vocaverunt interius et dederunt nobis cervesiam, quia lac iumentinum minime habebamus. Et hoc fecerunt nobis pro magno honore. Sed tantum [f] compellebant nos ad bibendum, quod sustinere

---

[a] C *tertia.* — [b] S *si fugiebat, sagitta sive* (sine ?) *ferro sagittabatur.* — [c] S om. *Equi erant.... attemptabant.* — [d] G *ex.* — [e] G *tam.* — [f] SG *tamen*

---

[1] Cf. infra, Benedicti Poloni relationem, n. 9 ; Rubruc, cap. XIX, n. 5 ; cap. XXXVI, n. 1 ; Odoricum, cap. XXIX, n. 2.

[2] Valor circiter 250 librarum aurearum.

Digitized by Google

propter dissuetudinem nullo modo poteramus; unde ostendimus eis quod nos gravabat, et ideo nos compellere dimiserunt.

31. Foris [a] autem erat dux Ierozlaus de Susdal [b] Ruscie [1] et duces plures Kythaorum [c] et Solangorum, duo quoque [d] filii Regis Georgianie,[e] [2] nuncius Calif de Baldac [f] qui erat Soldanus [315], et plus quam decem alii Soldani sarracenorum,[g] ut credimus [3] et ut a procuratoribus nobis dicebatur. Erant enim ibi plus quam quatuor milia nuntiorum inter illos qui portabant tributa et illos qui munera deferebant, et Soldanos et duces alios qui veniebant ad tradendum se ipsis,[h] et illos pro quibus ipsi miserant, et illos qui erant terrarum prefecti. Hii omnes simul ponebantur extra tabulatum, et eis simul bibere prebebatur, nobis autem et duci Ieroslao [i] semper dabant locum superiorem, quando exterius eramus cum ipsis. Putamus, si bene meminimus, quod ibi fueramus bene per quatuor septimanas, et credimus quod ibi fuit electio celebrata, non tamen publicata fuit ibidem; et propter hoc maxime credebatur, quod ibi semper quando Cuyuc de tentorio exibat cantabatur eidem, et cum quibusdam virgis pulchris que in summitate lanam habebant coccineam inclinabant, quod nulli alii duci fiebat, quousque exterius morabatur.[4] Hec autem Sira orda nominatur ab eis.[5]

32. Quando exeuntes equitavimus ad alium locum, omnes unanimiter per tres aut quatuor leucas, ubi erat in quadam pulchra planicie, iuxta quemdam [j] rivum inter montes,[6] aliud tentorium preparatum, quod apud ipsos orda aurea appellatur,[7] ubi debebat poni in sede in die assumptionis Domine Nostre; [8]

---

[a] C *Foras.* — [b] C *subdas.* — [c] C *Kicarorum.* — [d] G *quorum.* — [e] S *Georgie.* — [f] S *Baldach.* — [g] C add. *et.* — [h] S *ipsos.* — [i] C *Jeroslac.* — [j] G *quiddam.*

---

[1] Cf. supra, cap. IV, n. 5.

[2] Cf. supra, ibid., et cap. VII, n. 7.

[3] Cf. Beazley, *The Texts*, 292.

[4] Insignia ducis supremi, cf. d'Avezac, *Recueil*, 580.

[5] Cf. supra, cap. I, n. 4.

[6] Flumen illud est Orkhon, nisi Sira ordu seu Ormektua modernae civitati Urmukhtin respondeat, quia tunc rivus esset Shara ossu, cf. Rockhill, *The Journey*, 22, n. 1.

[7] Mongolica dicitur Altan ordu, cf. ibid. [8] 15 augusti.

Digitized by Google

sed propter grandinem que cecidit, de qua dictum est supra,[1] fuit dilatum. Tentorium autem illud erat positum in columpnis, que aureis laminis erant tecte, et clavis aureis cum aliis lignis erant afixe, et de baldakino erat tectum superius et [interius] parietum,[a] sed exterius alii erant panni. Ibi fuimus usque ad festum beati Bartholomei,[2] in quo convenit maxima multitudo. Et contra meridiem versis vultibus stabant, [ita] [b] quod quidam erant qui ad iactum lapidis longe erant ab aliis, et semper procedebant longius et longius, facientes orationes flectendo genua contra meridiem. Nos autem utrum facerent incantationes vel flecterent genua Deo [c] vel alteri nescientes, genuflectiones facere nolebamus. Et cum diu ita fecissent, reversi sunt ad tentorium, et posuerunt Cuyuc in sede imperiali, et flexerunt duces genua coram eo, et post hec universus populus, exceptis nobis qui non eramus eis subiecti.[3] Deinde bibere inceperunt, et ut moris eorum est, usque ad vesperas continue potaverunt. Post hec venerunt carnes cocte in curribus sine sale, et inter quatuor vel quinque unum membrum dederunt. Interius autem dederunt carnes et brodium cum sale pro salsa, et sic cunctis diebus quando convivia faciebant.

33. In loco illo fuimus coram Imperatore vocati, et cum Chingay protonotarius [4] scripsisset nomina nostra et illorum a quibus eramus missi et ducis Solangorum et aliorum, alta voce clamavit recitans illa coram Imperatore et ducibus universis. Quo facto, flexit unusquisque nostrum genu [d] sinistrum quater [e] [5]

---

[a] C *baldekino* ; S om. *et.... parietum.* — [b] C om., S *Et quidam.* — [c] C om. *Deo.* — [d] C add. *nostrum.* — [e] G *quatuor.*

---

[1] Cap. I, n. 5. [2] 24 augusti.

[3] Cf. Rockhill circa usum genuflexionum, *The Journey*, 22, n. 2.

[4] Erat christianus de gente Keraita oriundus — non vero Uigur ut Rockhill dicit, *The Journey*, 23, n. 1 — De influxu eius maximo apud Chingis et alios Imperatores, cf. P. Pelliot, *Les Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême Orient*, 628-29 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 263. Ab officio ministri principalis destitutus, poena capitali damnatus est, cf. ibid.

[5] Minus recte Rockhill hic errorem invenire putat, *The Journey* 23, n. 2 ; multa enim sunt testimonia contraria, cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 391 ; 393, n. 4.

Digitized by Google

et monuerunt nos ne limen inferius tangeremus. Et cum nos pro cutellis diligentissime quesivissent et nullatenus invenirent, intravimus ostium a parte orientali, quoniam ab occidente nullus nisi Imperator solus audet intrare, vel etiam dux si tentorium eius est ; minores autem de talibus non [316] multum curant. Et istud fuit primum quod in presencia eius suam intravimus stationem, postquam factus fuit Imperator. Ibidem etiam omnes nuncios recepit, sed tentorium suum paucissimi intraverunt.

34. Ibi etiam tanta donaria a nunciis fuerunt data, in serico, in samictis purpuris et baldakinis [a] et cingulis sericeis cum auro preparatis, pellis nobilibus et aliis donariis, quod mirabile erat videre. Ibi etiam quoddam soliolum [b] sive tentoriolum,[1] quod portatur super capud Imperatoris, fuit presentatum eidem, quod totum erat preparatum cum gemmis.[c] Ibi etiam quidam prefectus unius provincie duxit ei camelos multos, tectos cum baldakinis,[d] et selle erant posite super eos cum quibusdam instrumentis, in quibus homines interius sedere valebant, et sicut credimus fuerunt quadraginta vel quinquaginta,[e] et equos multos et mulos faleratos sive armatos, quosdam de corio, quosdam de ferro. Et nos etiam si vellemus dare donaria fuimus requisiti, sed iam consumpseramus omnia fere, [ita] [f] quod ei dare minime habebamus. Ibidem longe a stationibus super montem erant positi plus quam quingenti currus, qui omnes auro et argento et sericeis vestibus erant pleni, qui cuncti inter Imperatorem et duces divisi fuerunt. Et singuli duces partes suas diviserunt inter homines suos, tamen sicut placuit eis.

35. Inde recedentes venimus ad alium locum, ubi [g] positum erat unum tentorium mirabile totum de purpura ruffa, quod dederunt Kitay ; ibi etiam interius introducti fuimus. Et semper quando intrabamus, dabatur nobis bibere cervesia vel vinum ; prebebantur etiam nobis carnes cocte, si volebamus habere. Solariolum unum de tabulis erat alte preparatum, ubi tronus

---

[a] C *baldekinis*. — [b] G *solium* ; S *solinum*. — [c] C *geminis*. — [d] C *baldekinis*. — [e] S om. *et sicut.... quinquaginta*. — [f] C om. *ita*. — [g] C add. *erat*.

---

[1] Unus ex ornatibus regiis, ex antiquitate in usu apud orientales, Rockhill, *The Journey*, 23, n. 3.

Digitized by Google

Imperatoris erat positus. Tronus autem erat de ebore mirabiliter sculptus.[a] Ibi etiam era[n]t aurum et lapides pretiosi, si bene meminimus, et margarite. Et per gradus ascendebatur [b] illud quod rotundum erat parte posteriori. Banci etiam erant positi in circuitu sedis, ubi domine sedebant in scamnis a parte sinistra, a dextris autem nemo sedebat [c] superius, sed duces sedebant in bancis [d] in medio, et alii sedebant post eos.[1] Et omni die veniebat multitudo maxima dominarum.

36. Ista tria tentoria, de quibus superius diximus,[2] erant valde magna. Alia autem tentoria habebant sue uxores de filtro albo, que satis erant magna et pulcra. Ibidem divisi fuerunt, et mater Imperatoris ivit in unam partem et Imperator in aliam, ad iudicia facienda. Capta autem erat amica Imperatoris istius que veneno [e] interfecerat patrem eius,[3] tempore eo quo exercitus eorum in Hungaria [f] fuit; unde propter hoc exercitus, qui erat in predictis partibus, retrocessit; de qua cum aliis pluribus fuit factum iudicium, et fuerunt occisi.

37. Eodem tempore mortuus fuit Ierozlaus, dux magnus in quadam parte Ruscie que Susdal [g] nominatur.[4] Hic modo fuit vocatus ad matrem Imperatoris, que dedit ei manducare et bibere, quasi pro honore de manu ipsius. Et reversus est ad hospicium, incontinenti est infirmatus, et fuit mortuus post [h] septem dies [317], et totum corpus miro modo factum est glaucum. Quare credebatur ab omnibus quod potionatus esset ibidem, ut suam terram libere et plenarie possiderent.[5] Et ad hoc est argu-

[a] C *fultum*. — [b] C *margarete*; C *attendebatur*. — [c] C *scannis*; S om. *parte posteriori.... sedebat*. — [d] S add. *inferius et hoc*. — [e] C add. *interfecerunt alias*. — [f] C *Ungalia*. — [g] CS *Soldal*. — [h] C *per*; G *pre*.

[1] Cf. infra dicta Fr. Benedicti, n. 10.

[2] Cf. nn. 29; 32; 35.

[3] Cf. supra, cap. V, n. 6; de illius amicae Imperatoris coniuratione scriptores loqui non videntur, cf. d'Avezac, *Recueil*, 592; Rockhill, *The Journey*, 25, n. 1; attamen conspiratores Ujugen et eius asseclae capite damnati sunt, ibid.; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 254.

[4] Cf. supra, cap. IV, n. 5.

[5] Auctores maximi momenti Ieroslaum naturali morbo mortuum esse putant. Eius corpus Vladimir translatum est, Karamsin-Hauenschild *Geschichte des Russischen Reiches*, IV, 27-28; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, II, 76-77.

Digitized by Google

mentum quod incontinenti, nescientibus hominibus suis qui erant ibi, misit [Imperator] nuncium festinanter in Rusciam ad Alexandrum filium eius ut veniret ad ipsum, quia vellet ei terram patris donare. Qui ire voluit, sed remansit. Et medio tempore dabat litteras ut ipse veniret, et terram patris sui haberet. Credebatur tamen ab omnibus quod eum occideret si veniret, vel etiam perpetuo captivaret. [a] [1]

38. Quo mortuo, duxerunt nos Tartari nostri ad Imperatorem, si bene memores fuimus de tempore, et cum audivisset Imperator per Tartaros nostros, quod venissemus ad eum, iussit nos redire ad matrem pro eo quod volebat secundo die erigere vexillum contra omnem terram occidentis, sicut nobis ab illis qui sciebant firmiter dicebatur, ut superius dictum est ; [2] volebat [b] enim quod nos nesciremus. Et cum reversi fuimus, stetimus paucis diebus, et iterum fuimus reversi ad ipsum, cum quo stetimus bene per mensem, in tanta fame et siti quod vix poteramus vivere, quia expense que dabantur pro quatuor vix uni sufficieba[n]t, nec invenire poteramus aliquid ad emendum, quia forum erat nimis remotum. Et nisi Dominus preparasset nobis quemdam Rutenum, qui vocatur Cosmas qui erat aurifaber [c] Imperatoris satis dilectus, qui nobis in aliquo sustentavit, ut credimus, mortui fuissemus nisi Dominus in aliquo alio nos iuvasset. [d]

39. Hic autem ostendit nobis tronum Imperatoris, quod ipse fecerat, antequam poneretur in sede, et sigillum eius quod fabricaverat ipse, et etiam nobis dixit superscriptionem eiusdem sigilli ; et etiam alia multa secreta [e] Imperatoris predicti [cognovimus per eos] qui cum ducibus aliis venerant, Rutenos plures Ungaros et scientes latinum et gallicum et clericos Rutenos, et alios qui fuerant cum eis, [3] aliqui qui xxx annis, in bellis et aliis

---

[a] S om. *Et ad hoc.... captivarete.* — [b] G *nolebat.* — [c] G *aurifabrum.* [d] S om. *nisi Dominus.... iuvasset.* — [e] G *segreta.*

---

[1] Haec facta minus recte narrantur. Nam Alexander Newsky ordu Mongolorum petivit et an. 1249 domum rediit. Circa historiam Alexandri, cf. Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches*, IV, 51-77 ; Palmieri, *Alexandre Iaroslavitch Nevsky*, 261-62.

[2] Cap. VIII, n. 2.

[3] Cf. supra, cap. V, n. 33.

Digitized by Google

factis et sciebant omnia facta eorum, quia sciebant linguam et cum eis assidue morabantur, aliqui XX, aliqui X, aliqui plus, aliqui minus, a quibus poteramus perscrutari omnia. Et ipsi nobis voluntarie et aliquando sine interrogatione, quia sciebant nostram voluntatem, omnia referebant.[a]

40. Post hec misit Imperator pro nobis [et fecit nobis] [b] dici per Cingay protonotarium [c] suum, quod nostra verba et negotia scriberemus et daremus eidem. Quod et fecimus, et scripsimus ei omnia verba que apud Bati antea dixeramus, sicut superius dictum est.[d] [1] Et transactis pluribus diebus, fecit nos iterum vocari, et dixit nobis per Kadac procuratorem totius imperii [2] coram Bala [3] et Cingay protonotariis et aliis scriptoribus multis, quod omnia verba diceremus; quod fecimus voluntarie libenter — interpres autem noster fuit, tam ista vice quam alia, Temer miles Ierozlay, presente clerico qui erat cum eo, et etiam alio clerico qui erat cum Imperatore [e] — et interrogavit nos tunc temporis si erant apud dominum Papam qui intelligerent litteram Rutenorum vel sarracenorum aut [f] etiam Tartarorum. Cui respondimus quod nec ruthenam nec tartari[c]am nec sarracenam litteram habebamus [318], verumptamen sarraceni erant in terra, sed a domino Papa erant remoti; diximus tamen quod nobis videbatur expedire quod scriberent in tartarico et nobis interpretarentur, et nos scriberemus [g] in nostra littera diligenter, et portaremus tam litteram quam interpretationem ad dominum Papam. Et tunc recesserunt a nobis ad Imperatorem.

41. In die autem beati [h] Martini [4] iterum fuimus vocati, et venerunt ad nos Cadac, Cingay et Bala scriptores predicti, et nobis litteram de verbo ad verbum interpretati fuerunt. Et cum

---

[a] S om. *cognovimus.... referebant.* — [b] S hab. *pro nobis misit, nobisque per Chingay protonotarium suum dici fecit;* C om. *et fecit nobis.* — [c] C *per notarium.* — [d] S om. *et scripsimus.... est.* — [e] S om. *et dixit.... Imperatore.* — [f] G *autem.* — [g] C *scribimus.* — [h] C om. *beati.*

---

[1] Cap. IX, nn. 15-16.

[2] Sicut in vita religionis sic in morte poenae Chingai socius erat, Beazley, *The Texts*, 294; P. Pelliot, *Les Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême Orient*, 628.

[3] Cancellarius Imperii sicut Chingai.

[4] 11 novembris.

Digitized by Google

scripsissemus [a] in latino, faciebant sibi per singulas orationes interpretari, volentes scire si nos in verbo aliquo erraremus. Et cum ambe littere fuerunt scripte, fecerunt nos legere [b] semel et secundo, ne forte minus aliquod haberemus, et dixerunt nobis : « Videte quod omnia bene intelligatis, quia non expediret quod non intelligeretis omnia, quoniam [c] debetis ad tam remotas provincias proficisci ». Et cum respondissemus : « Intelligimus omnia bene »,[d] litteras in sarracenico rescripserunt ut possit aliquis inveniri in partibus istis qui legeret eas si dominus Papa vellet.

42. Mos est Imperatoris Tartarorum ut nunquam extraneo nisi per interpositam personam loquatur, quantumcumque sit magnus,[1] sed audit et respondet [e] per interpositam personam, ut dictum est. Quandocumque tamen negotium coram Cadac proponunt,[f] vel audiunt responsionem Imperatoris, illi qui sunt sub eo stant flexis genibus usque ad finem verborum, quantumcumque sint magni.[2] Non potest nec etiam est consuetudo quod aliquis loquatur aliquid supra aliquam rem, postquam ab Imperatore est diffinitum.[3] Imperator autem predictus sicut habet procuratorem et protonotarios et scriptores, sic habet omnes officiales [g] in negotiis tam publicis quam privatis, exceptis advocatis, quia sine strepitu iudiciorum secundum arbitrium Imperatoris omnia fiunt. Alii etiam principes Tartarorum de hiis que ad eos pertinent faciunt illud idem.

43. Iste autem Imperator potest esse XL vel XLV annorum aut plus, mediocris est stature, prudens est valde, et astutus nimium, et multum seriosus, et gravis in moribus. Nec unquam videt homo eum de facili [h] ridere vel facere aliquam levitatem, sicut nobis christiani [i] dicebant qui assidue morantur cum eo.[4]

---

[a] G *scripsisemus*. — [b] C *legem*. — [c] G *qui*. — [d] S om. *quoniam.... bene*. — [e] C *respondit*. — [f] G *proponitur*. — [g] C om. *officiales*. — [h] G *facilius* ; C *videre*. — [i] C add. *videbant alias* ; G loco *alias* hab. *vel*.

---

[1] Hoc minus recte dictum videtur, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 218 ; Beazley, *The Texts*, 292.

[2] Cf. cap. IX, n. 32.

[3] Cf. Rubruc, cap. XXIV, n. 4.

[4] Circa indolem et qualitates Chani, cf. E. Blochet, *Introduction à l'histoire des Mongols*, 160-61 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 257-59.

Digitized by Google

Dicebant etiam nobis christiani, qui erant de familia eius, quod credebant firmiter quod deberet fieri christianus, et de hoc habent signum apertum, quoniam ipse tenet clericos christianos, et dat eis expensas christianorum; etiam capellam semper habet ante maius tentorium eius, et [a] cantant publice et aperte, et pulsant ad horas secundum morem Grecorum ut [b] alii christiani, quantacumque sit ibi multitudo Tartarorum vel etiam hominum aliorum.[1] Quod non faciunt alii duces.

44. Proposuit Imperator mittere nobiscum nuncios suos, sicut nobis Tartari nostri dixerunt, qui nobiscum venire debebant. Volebant tamen, ut credimus, quod nos hoc peteremus ab eo, quia ad hoc unus de Tartaris nostris, qui senior erat, nos monuit ad petendum. Sed quoniam [c] ut venirent nobis bonum non videbatur, respondimus [d] ei quod nostrum non erat petere, sed si ipse Imperator de sua voluntate mitteret eos, nos vellemus eos ducere secure, Domino adiuvante. Nobis [e] autem propter [319] plures causas ut venirent expedire non videbatur. Prima enim quod timuimus, ne visis [f] dissentionibus ac guerris que sunt inter nos, magis contra nos animarentur ad veniendum. Secunda causa fuit quia pavorem habebamus quod terre exploratores esse deberent. Tertia causa fuit quod verebamur ne interficerentur, quoniam gentes nostre pro magna parte arrogantes sunt et superbe. — Quando servientes qui erant nobiscum, ex rogatu Cardinalis, qui est legatus Alemannie,[2] in habitu tartarico ibant ad ipsum, fere a Teutonicis lapidati fuerunt in via et coacti sunt deponere habitum illum.[3] — Consuetudo enim

[a] S *ubi*. — [b] C *aut*. — [c] G *qum*. — [d] C *respondemus*. — [e] G *Nos*. — [f] C *vissis ;* G *missis*.

[1] Cf. epistolam Sempad (1243) ap. Yule-Cordier, *Cathay*, I, 263 : « Devant leur portes sont les eglizes, la on sonne les cloches selonc les Latins, et tables selonc la maniere des Grieus » ; cf. Nau, *L'expansion nestorienne en Asie*, 273.

[2] Petrus Capocius, cf. Moroni, *Dizionario*, t. VIII, 61-62 ; pro bibliographia, cf. U. Chevalier, *Repertoire Bio-Bibliographie*, 775.

[3] d'Avezac, *Recueil*, 481 ; Rockhill, *The Journey*, 30 ; Pullé, *Historia Mongalorum*, 207 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 390, hunc locum minus recte intelligunt, dicentes hos servientes prius ab Hugone a Sancto Caro — quem erronee tunc temporis in Germania

Digitized by Google

est Tartarorum nunquam facere pacem cum hominibus illis qui nuncios eorum occidunt, quin [a] de ipsis sumant vindictam. Quarta causa est quia pavebamus, quod vi deberent nobis auferri, sicut de quodam principe sarracenorum, qui adhuc est in captivitate, nisi mortuus sit, aliquando factum fuit.[b] Quinta causa est quia de adventu eorum nulla erat utilitas, cum nullum haberent mandatum aliud vel potestatem nisi quod deferrent [c] litteras Imperatoris ad dominum Papam et ad alios principes quas nos [d] habebamus, et malum credebamus quod inde posset contingere. Iccirco nobis non placuit quod venirent.

45. Tercia die post hec, scilicet in festo beati Bricii,[1] dederunt nobis licenciam et litteram Imperatoris sigillo signatam, mittentes nos ad matrem Imperatoris, que dedit unicuique [e] nostrum unum pelliceum vulpinum, quod habebat de foris pilos et intus erat cum audaco suductum, et purpuram unam, de quibus Tartari nostri furati sunt unum passum de unaquaque, et de illa que [f] dabatur servienti sunt meliorem medietatem furati. Quod nos non latuit, sed noluimus [g] inde facere verba.

46. Tunc arripuimus iter ad revertendum, et venimus per totam hyemem, iacentes sepius in deserto in nive, nisi quando poteramus nobis cum pede facere locum ubi non erant arbores sed planus campus; et sepe inveniebamus nos totos coopertos de nive, quando ventus ipsam pellebat. Et sic venimus ad ascensionem Domini [2] ad Bati, cui diximus quod responderet domino Pape. Qui respondit quod nollet aliquid demandare, nisi quod scripserat Imperator; dixit tamen quod dixi[sse]mus [h] domino Pape et aliis maioribus omnino que scripserat Imperator dili-

[a] G *quoniam.* — [b] S om. *sicut de.... fuit.* — [c] C *afferre.* — [d] C *non.* — [e] G *uniquique.* — [f] C *qua.* — [g] C *nolumus.* — [h] C *diximus.*

legatione fungentem asserunt — Fr. Iohanni datos et nunc domum revertentes. Sensus absque dubio sequens mihi videtur: Cardinalis Legatus Petrus Capocius Fr. Iohannis de Plano Carpini servientes in habito tartarico videre desiderabat; ideo isti sic vestiti Legatum adierunt, quod tamen a Teutonicis minime tolerabatur. Hunc sensum innuit etiam P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, ap. *Revue de l'Orient Chrétien*, 1924, 265-66, n.

[1] 13 novembris.

[2] 9 maii.

Digitized by Google

genter.[a] Et datis nobis litteris de conductu, recessimus ab eo, et venimus[b] usque ad Maucy[c] in sabbato[d] infra octavam pentecostes,[1] ubi erant nostri socii et servientes, qui erant retenti, quos ad nos reduci fecimus.[2]

47. Et inde venimus usque ad Corenzam, qui etiam petivit iterum a nobis donaria. Et non dedimus, quia non habebamus. Qui dedit nobis duos Comanos, qui erant de numero[e] Tartarorum, usque ad Kyoviam Ruscie. Tartarus tamen noster non dimisit nos, usque exiremus ultimam custodiam Tartarorum. Isti autem alii qui nobis a Corenza erant dati, in sex diebus ab ultima custodia usque Kioviam nos duxerunt. Venimus autem ibi xv diebus ante festum beati Iohannis Baptiste.[3] Kiovienses autem quando adventum nostrum perceperunt,[f] omnes occurrerunt nobis letanter. Congratulabantur enim nobis, quasi nos a mortuis[g] surgeremus. Sic fecerunt nobis per totam Poloniam, Boemiam et Rusciam.

48. Daniel et Wasilco frater eius fecerunt nobis magnum [320] festum, et tenuerunt nos contra voluntatem nostram bene octo dies. Medio tempore inter se et cum Episcopis et aliis probis viris consilium habentes super his que locuti fueramus eisdem, [quando][h] ad Tartaros procedebamus,[4] nobis responderunt comuniter dicentes quod dominum Papam vellent habere in dominum specialem et in[i] patrem, et sanctam[j] romanam Ecclesiam in dominam et magistram, confirmantes etiam omnia que de hac materia prius per suum abbatem[5] transmiserant. Et super hoc nobiscum suas litteras et nuncios transmiserunt.[k][6]

[a] S om. *dixit tamen.... diligenter.* — [b] C add. *ab eo.* — [c] C *Mancy*; S *Montii*, cf. supra. — [d] C *salbato.* — [e] S *plebe.* — [f] C om. *adventum nostrum*; C *perperceperunt*; G *perceperunt*; S *percipientes.* — [g] G *mortuus.* — [h] C *qui* aut *qm*; G *quando*; S *in processu nostro ad.* — [i] G om. *in.* — [j] G *secundum.* — [k] Explicit relatio apud S.

[1] 25 maii; Rockhill erronee post octavam intelligit, et tunc minus recte 2 iunii loco 1 dicit, *The Journey*, 31.

[2] Cf. supra, cap. IX, n. 18. [3] 9 iunii. [4] Cf. supra, cap. IX, n. 3.

[5] Abbas Gregorius de Monte s. Danielis, Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 223.

[6] Pro unionis ambarum ecclesiarum historia, cf. Marković, *Gli Slavi ed i Papi*, I, 363-65; II, 16-25; Pierling, *La Russie et le Saint Siège*, XVI-XVIII; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 220-24.

Digitized by Google

49. Et ne aliqua dubitatio, [a] quin [b] fuerimus ad Tartaros, apud aliquos oriatur, nomina illorum scribimus qui ibidem nos invenerunt. Rex Daniel Ruscie cum omnibus militibus et hominibus suis,[c] qui venerant secum, nos [d] invenerunt prope stationes Carbon, qui habet sororem Bati [in uxorem] ; [e] [1] apud Corenzam invenimus Nongrot centurionem [f] Kiovie et socios eius, qui etiam nos per quamdam partem vie duxerunt ; et isti post nos venerunt usque ad Bati. Apud Bati invenimus filium ducis Ierozlay,[2] qui habebat secum militem unum de Ruscia qui vocatur Sangor, qui fuit natione Comanus sed nunc est christianus, ut alter Ruthenus qui apud Bati noster fuit interpres, de terra susdaliensi. [g] Apud Imperatorem Tartarorum invenimus ducem Ierozlaum,[h] qui mortuus est ibidem,[3] et militem suum qui vocatur Temer, qui fuit interpres noster apud Cuyuccam,[i] [4] Imperatorem scilicet Tartarorum, tam in translatione litterarum Imperatoris ad dominum Papam, quam in verbis dicendis et respondendis. Ibi etiam erat Dubazlaus clericus ducis predicti, Iacobus Michael et iterum Iacobus servientes ipsius.[5] In reversione in terram Biserminorum, in civitate Lemfinc,[6] invenimus Coligneum qui de mandato uxoris Jerozlay et Bati ibat [j] ad predictum Ierozlaum, et Cocteleban et omnem societatem eius. Isti omnes reversi sunt in terram susdaliensem [l] in Ruscia, a quibus [m] po-

[a] G *dubitatione.* — [b] G *quando.* — [c] C *sunt.* — [d] C add. *prope Bati.* — [e] C om. *in uxorem*, cf. supra cap. IX, n. 13. — [f] C *centurio.* — [g] C *soldaliensi.* — [h] C *Iovellum.* — [i] G *Cuyuc tam.* — [j] C *ibant.* — [l] C *susdanensem* ; G *soldanensem.* — [m] C add. *poterunt alias* ; G pro *alias* hab. *alius.*

[1] Cf. supra, cap. IX, n. 13.

[2] Alexander Nevsky, cf. supra, cap. IX, n. 37.

[3] Cf. supra, cap. IX, n. 37.

[4] Cf. ibid., n. 40.

[5] Cf. Nau, *L'Expansion nestorienne en Asie*, 273.

[6] d'Avezac, *Recueil*, 515 ; Rockhill, *The Journey*, 31, n. 1, hanc civitatem non invenerunt ; ultimus tamen auctor eam in valle Syr Daria sitam esse putat (forsan autem est Chimkent) ; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, Beazley nomen civitatis Lemfinc pro Iankint stare putant, *The Texts*, 383 ; Blochet civitatem quamdam Lemlinc nomine laudat ; istud vero nomen slavica forma forsan esset pro [A]lemlinc seu Almaligh, *Notes de géographie et d'histoire d'Extrême Orient*, 348.

Digitized by Google

terit si oportuerit veritas inveniri. Apud Maucy [a] invenerunt socios nostros qui remanserunt dux Ierozlaus et societas eius, dux etiam quidam in Ruscia, Sancopoltus nomine, et societas eius. Et in exitu Comanie invenimus ducem Romanum qui intrabat ad Tartaros et societatem ipsius, et ducem Olaha qui exibat [b] et societatem ipsius. Nuncius etiam ducis de Cherneglove [c] exivit nobiscum de Comania, et diu per Rusciam venit nobiscum ; et omnes isti sunt duces rutheni.

50. Civitas omnis Kyovie testis est, quoniam [d] nobis dedit [e] conductum et equos usque ad primam custodiam Tartarorum,[1] et in reversione recepit nos cum conductu Tartarorum et equis eorum, qui revertebantur ad ipsos. Et omnes homines Ruscie per quos transitum fecimus, qui receperunt litteras sigillatas Bati et mandatum, quod nobis equos et expensas preberent, quod si non facerent, occiderentur ab eo.

51. Insuper [f] testes sunt mercatores Wratislavie,[g] qui usque in Kyoviam venerunt nobiscum, [et] sciverunt quod nos manus intravimus Tartarorum ; et multi alii mercatores, tam de Polonia, quam de Austria, qui venerunt in Kioviam postquam ad Tar[321]taros ieramus. Sunt et testes mercatores de Constantinopoli [h] qui per Tartaros in Rusciam venerunt, et erant in Kiovia, cum de terra reversi sumus Tartarorum. Nomina autem mercatorum illorum sunt hec : Michael Ianuensis [i] et Bartholomeus, Manuel Veneticus, Iacobus Reverius Acre, Nicolaus Pisanus,[2] isti sunt maiores ; alii minores sunt : Marchus, Henricus,[j] Iohannes, Vasius, iterum Heinricus Bonadies, Petrus Paschami. Alii plures fuerunt, sed eorum nomina nescimus.

52. Rogamus cunctos qui legunt predicta, ut nichil minuant nec apponant, quia nos omnia que vidimus vel audivimus ab

---

[a] C *Moncy*, cf. supra. — [b] C *extat*. — [c] C *Cherneglorie*. — [d] G *qui*. [e] C *dederunt*. — [f] G *Infra*. — [g] C *Wratislarve*. — [h] C *Constantinopolim*. — [i] C *genasi enim*, stat pro genovensis ? — [j] G *Heinricus*.

---

[1] Cf. supra, cap. IX, n. 5.

[2] Manuel Venetius, Jacobus Reverius Acre et Nicolaus Pisanus, omnes tres venitiani essent. Iacobus de familia Venier esset quae Acre domicilium habebat ; Nicolaus autem ex familia venitiana Pisani ortus esset, cf. Heyd, *Histoire du Commerce*, I, 297, n. 1 ; 319, n. 7.

Digitized by Google

aliis, quos credebamus fide dignos, sicut Deus testis est, nichil scienter addentes, scripsimus previa veritate. Sed quia illi per quos transitum fecimus, qui sunt in Polonia, Boemia et Teutonia et in Leodio et Campania, suprascriptam historiam [a] libenter habebant, iccirco eam rescripserunt antequam esset completa et etiam plene contracta, [b] quia neque tunc [c] tempus habueramus quietis, ut eam possemus plene complere. Ideo nemo miretur quia in ista plura sunt et melius correcta quam sint in illa, quoniam [d] istam, postquam habuimus qualecumque ocium, correximus [e] ad plenum et perfectum, sive perfectius illa que nondum erat [f] completa.

Explicit historia Mongalorum quos nos Tartaros appellamus.

---

[a] C *historia*. — [b] G *conducta*. — [c] C *dum*. — [d] G *quam*. — [e] C *correxerimus* ; G *correximus*. — [f] C *erant*.

Digitized by Google

II.

Fr. BENEDICTUS POLONUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Fr. Benedictus Polonus natione, in annalibus Fr. Minorum vix memoratur.[1] Per Vratislaviam ad Tartarorum Chanum transiens, Fr. Iohannes de Plano Carpini eum assumpsit « ut esset sibi socius laboris et tribulationis ac interpres ».[2] Legatione finita et per Coloniam redeuntes, Fr. Benedictus « cuidam prelato et quodam scholastico Coloniensi, hystoriarum non ignaro.... viva voce et dilucide explanavit [itineris processum] ; que libello speciali quem iidem fratres de ortu et ritu, ceterisque circumstantiis Tartarorum retulerunt, ipso fratre oretenus singula declarante, sunt adiecta ».[3]

Exinde huic relationi valor non mediocris inest, quia ex ea varii passus intellectu difficiles itinerarii Fr. Iohannis cum istis collati facilius explanantur.

d'Avezac hanc relationem una cum itinerario Fr. Iohannis prima vice edidit an. 1838,[4] ultimis vero temporibus cl. G. Pullé illam secundum novum codicem evulgavit.[5]

Duo codices hucusque noti relationem Fr. Benedicti prae se ferunt sc. Parisiis, Bibl. Nation. Colbert 2477 = P et Vindobonae, Bibl. Caes. 512 = B.[6]

---

[1] *Anal. Francisc.*, II, 71.

[2] Cf. supra relationem Fr. Iohannis, Prol., n. 3.

[3] *Annales S. Pantaleonis Coloniensis*, ap. MGH SS XXII, 542.

[4] Cf. supra editiones.

[5] Ibid.

[6] Cf. supra sub. art. *codices* ; sic etiam menda quae apud editionem G. Pullé, cf. ibid., notavimus sub littera *G*.

Digitized by Google

Pro editione relationis Fr. Benedicti, B ut fundamentum secuti sumus, sed lectiones variantes apud P occurrentes, meliorem textum praebentes in ipsa relatione assumpsimus; ceteras vero ad calcem paginae notavimus.

De epistola magni Chani ad Summum Pontificem.

Textus huius epistolae in fine relationis Fr. Benedicti apud B P et O invenitur. Insuper in codice 389 (Rec. 713) Bibliot. Caesareae Vindobonensis reperitur.[1] T etiam quamdam epistolam habet, quae tamen magis litterarum exemplar quod Fr. Ascelinus secum portavit quam illud de quo hic est sermo, prae se fert.[2] Deinde exemplar quod maxime cum originali concurrit a Fr. Salimbene scriptum est.[3] Demum paucis abhinc annis ipsum epistolae originale repertum est [4] et gallice a clmo P. Pelliot translatum fuit.[5]

Post haec textum deficientem B et P notare cum innumeris variantibus lectionibus apud cod. Bibl. Caes. Vindobon. 389 et Salimbene et T occurrentibus superfluum nobis visum est, excepto O cuius epistola usquedum ignota remansit. Quam ob causam textus, quem Salimbene habet, optimus, quia ex originali copia Fr. Iohannis de Plano Carpini sumptus est « ex illo autem libro [Fr. Iohannis] nichil scribere volui nisi epistolas superius memoratas »[6] tantum datur; sed ad calcem folii translationem gallicam, de qua infra, necnon O posuimus.

---

[1] Cf. *Cronica Fr. Salimbene*, ed. Holder-Egger, MGH SS XXXII, 207, n. 7.

[2] P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 13, n. 2.

[3] *Chronica Fr. Salimbene*, ed. Holder-Egger, 208.

[4] P. Pelliot, *Mongols et Papes aux XIIIe et XIVe siècles*, 9-10; Idem, *Les Mongols et la Papauté*, 15-16.

[5] Idem, *Les Mongols et la Papauté*, 18-23.

[6] Ed. Holder-Egger, *Cronica*, 207.

Digitized by Google

[RELATIO FR. BENEDICTI POLONI]

1. Anno Domini M.CC.XL.[a] V frater Iohannes de Ordine Minorum fratrum, dictus de Plano Carpini, a domino Papa[b] missus ad Tartaros cum alio fratre eiusdem Ordinis,[c] in pascha[1] exiens a Lugduno Gallie ubi Papa[d] fuit,[2] profectus in Poloniam[3] assumpsit in Wratislavia[e] tercium fratrem eiusdem Ordinis Benedictum nomine, Polonum genere,[4] ut esset sibi socius laboris et huius sollicitudinis[f] ac[g] interpres. Qui mediante Conrado duce Polonorum[5] pervenerunt[h] Kioviam, civitatem Ruscie que nunc est sub servitute Thartarorum.[i] Quorum civium rectores conductum eis dederunt ad sex dietas, usque ad primam custodiam Thartarorum circa principium Comanie.[j]

2. A cuius custodie ducibus cum audissent eos esse nuntios Pape, postulatis et receptis ab eis muneribus, dicti duo fratres Iohannes et Benedictus, tercio fratre debilitato,[k] cum equis et clientulis quos secum adduxerant ibidem relictis,[6] ut eis man-

---

[a] G *quadringentesimo*. — [b] G *Pape*. — [c] P om. *eiusdem Ordinis*. — [d] G *Pape*. — [e] B *Watislavia*; P *Vretselavia*; G *Wratislavia*. — [f] P *sollicitationis*. — [g] G *at*. — [h] P add. *usque*. — [i] P *Tartarorum*. — [j] B *Comonie*. — [k] B add. *et*.

---

[1] 16 aprilis.

[2] Erat enim vigilia Concilii Lugdunensis.

[3] Socius erat Stephanus Bohemus, ut dicunt chronica Ordinis, cf. *Anal. Francesc.*, II, 71; III, 266. Wadding. *Scriptores*, 221; Golubovich, *Biblioteca*, I, 213.

[4] Cf. supra, [Prologus], n. 3.

[5] Cf. supra, cap. IX, n. 2.

[6] P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, ap. *Revue de l'Orient chrétien* 1924, 265, n. Fr. Stephanum Bohemum cum Fr. Iohanne de Plano

Digitized by Google

dabatur, in ipsorum Thartarorum equis cum [a] sarcinulis suis sibi salvis perducti sunt ad secundam custodiam. Et ita per plurimas custodias equis permutatis.

3. Tertia die pervenerunt ad ducem unius exercitus, qui prefectus [b] erat octo milibus armatorum,[1] cuius ministri postulantes et recipientes [c] munera, ipsos ad ducem suum Corenzam [d] perduxerunt. Hic interrogavit ab eis causam itineris et qualitatem negotii; qua comperta adiunxit eis tres Thartaros de suis, qui procurarent eis [e] in equis,[f] in expensis de exercitu ad exercitum, donec venirent ad principem Bati nomine, qui est unus de maioribus principibus Thartarorum, qui et Ungariam devastavit.

4. In media via transierunt fluvios dictos Nepere et Don; in quo itinere expenderunt quinque septimanas et plus, scilicet [g] a dominica Invocavit [2] usque ad feriam quintam cene Domini,[3] in [h] quo die venerunt ad Bati,[i] ipsum invenientes super magnum flumen Ethil [j] quem Rusci vocant Volga, qui creditur esse Thanais.[k] [4]

5. Ministri itaque Bati postulata ab eis receperunt munera, scilicet XL pelles castorum [l] et LXXX pelles taxorum. Que munera portata sunt [m] inter duos ignes sacratos ab eis [5] et fratres

---

[a] P *et.* — [b] P *profectus.* — [c] B add. *ipsius.* — [d] B *Cureniza*; P *Curoniza*; G *produxerunt.* — [e] P *eos.* — [f] P add. *et.* — [g] B om. *scilicet*; G *ad octava.* — [h] P om. *in.* — [i] B *Beati*, sic deinceps. — [j] B om. *Ethil.* — [k] P *Tanais.* — [l] P *castrorum.* — [m] G *fuerunt*; C add. *ab eis.*

Carpini et Benedicto Polono usque ad campum Batu fuisse putat; ibique — « retentis quibusdam ex nostris » cap. IX, n. 18, quos postea invenerunt apud Mauci, cap. IX, n. 49 — remansit usque ad reditum Fr. Iohannis de Plano Carpini; et tunc cum isto et Fr. Benedicto Polono ultra Coloniam regressi sunt.

[1] Ibid., n. 6, Prefectus Micheas.

[2] 25 februarii 1246.

[3] 5 april; cf. supra, cap. IX, n. 12: « et ante quartam feriam maioris ebdomade ad ipsum non potuimus pervenire ».

[4] Auctores classici omnes flumina Thanais et Rha (Wolga, Atilia = Ethil) prope cursuum finem convenire credebant, et ore uno in palus Maeotis (mare Azof) fluere, Rockhill, *The Journey*, 34, n. 4: Rubruc tamen accurate de his scripsit, cf. infra, cap. XIII, n. 10.

[5] Cf. supra, cap. III, n. 10.

Digitized by Google

coacti sunt sequi munera, quia sic [a] mos est apud Thartaros expiare nuncios et munera per ignem. Post ignes stabat currus continens auream statuam Imperatoris, que similiter solet adorari,[1] sed fratres omnino adorare renitentes, compulsi sunt tantum [b] capita inclinare. Bati ergo [c] audita legatione et de verbo ad verbum examinata, cum [d] litteris suis una cum predictis Thartaris ductoribus eorum post v dies, scilicet tercia feria post pascha,[2] misit eos ad filium magni Imperatoris, cuius filii nomen est Cuy[u]cchan, [e] in terram [f] nativitatis Thartarorum.

6. Dimissi sunt [g] itaque a Bati principe, et ligatis [h] membris institis propter tollerandum laborem equitandi, post duas ebdomadas [i] egressi sunt Comaniam.[j] [3] In Comania autem plurimum invenerunt absyntium.[4] Nam hec terra olim dicebatur Pontus, sicut Ovidius de Ponto commemorat: *Tristia per vastos horrent absynthya* [k] *campos.*[5] Fratres vero euntes per Comaniam a dextris habuerunt terram Saxorum quos nos credimus esse Gothos, [l] et hii sunt christiani; [6] postea Alanos [m] qui sunt christiani; [7] postea Gazaros qui sunt christiani; [8] in hac terra sita est Ornam, [n] [9] civitas opulenta a Thartaris capta per submer-

---

[a] B *sicut.* — [b] P *tamen.* — [c] G *igitur.* — [d] B om. *cum.* — [e] B *Kyvekan.* — [f] P *terra.* — [g] P om. *sunt.* — [h] B *ligati*; G *ligatis*; P *legatis.* — [i] G *ebdomas*; P *ingressi.* — [j] B *Camaniam.* — [k] G *absynthym.* — [l] P *Gotos.* — [m] B *Alanes*; P *Alani.* — [n] G *Ornarum.*

---

[1] Cf. supra, cap. III, n. 4.

[2] 10 aprilis; Iohannes de Plano Carpini dicit cap. IX, n. 19: « In die resurrectionis Domini » (8 april).

[3] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 21, et not.

[4] Anabasis Ammodendron.

[5] Ovidius, Epist. I, lib. III.

[6] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. VII, n. 10; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 71; Heyd-Raynaud, *Histoire du commerce*, II, 207-10.

[7] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. VII, n. 10; *Sur les anciennes églises chrétiennes dans le Caucase*, 389; Barbier de Meynard et Pavet de Courteille, *Maçoudi, Les prairies d'Or*, t. II, 42-43; P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême-Orient*, 641-42; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, Extr. 20-26.

[8] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 26.

[9] Cf. ibid., cap. IX, n. 23.

Digitized by Google

sionem [a] aquarum; deinde Cyrcassos [b] et hii sunt christiani; postea Georgianos et hii sunt christiani.[1]

7. In Ruscia vero in antea habuerunt Morduanos a sinistris, hi sunt pagani et habent capud retro rasum pro maiori parte; postea Byleros [c] et hii sunt pagani; postea Bascardos [d] qui sunt antiqui Ungari; [2] postea Cynocephales [e] capud caninum [f] habentes; [3] postea Parocitas qui habent os parvum et angustum, nec quidquam [g] possunt masticare,[h] sed sorbicia [i] sumunt et vaporibus carnium et fructuum reficiuntur [4] [1 v].

8. In fine Comanie [j] transierunt fluvium cui nomen Iarach,[k] [5] ubi incipit terra Kangitarum. Per illam fecerunt [l] xx dietas, ubi paucos homines invenerunt sed plurimas paludes et amplas salsas et flumina salsa, quas credimus esse meotidas [m] paludes; [6] transierunt etiam octo diebus per vastam solitudinem squalentem [n] prorsus ariditate et sabulosam. Post terram Kangitarum venerunt Turkyam,[7] ubi primo invenerunt magnam civitatem Iankynt,[o] [8] facientes circa decem dietas per eamdem Turkyam; habet autem Turkya legem Machometi.[9] Post Turkyam intraverunt terram que vocatur Karakytai, id est [p] nigri [q] Kitay,

---

[a] P *submersiones*. — [b] B *Cyrcassor*; G *Cyrcassos*; P *Cyrcassorum*. — [c] B *syleros*. — [d] B *Basardos*. — [e] B *Cynocephalos*. — [f] P *canium*. — [g] G *quidquid*; P *quid aliud*. — [h] B *manducare*. — [i] P *sorbici*. — [j] B *Camanie*. — [k] P *Jajach*. — [l] G *fuerunt*. — [m] P *meondas*. — [n] B *scalentem*. — [o] P *Janekyn*. — [p] B delevit *id est* quod tamen G in textu retinet. — [q] P *niger*.

---

[1] Tamarati, *L'Eglise Géorgienne*; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 67-71.

[2] Pro istis tribus populis, cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 29, cum notulis.

[3] Cf. ibid., n. 31.

[4] Cf. ibid., n. 30.

[5] Fluvius qui vulgo Ural dicitur, cf. ibid., cap. IX, n. 13.

[6] Mendum circa Maeotidarum paludum positionem verisimiliter, ut ex verbo *credimus* inferre licet, ex auditorum ignorantia geographica oritur. Pro earum paludum situ, cf. tabulam adiunctam.

[7] Iohannes de Plano Carpini accuratius hanc regionem, « terram Biserminorum » nominat, cf. cap. V, n. 25.

[8] Cf. ibid., n. 26.

[9] Cf. ibid., n. 25.

Digitized by Google

et hii sunt pagani, in qua nullam civitatem invenerunt, in qua invenerunt mare a sinistris, quod credimus esse Caspium mare. Post hanc terram intraverunt terram Naymanorum, in qua nullas villas vel civitates invenerunt,[a] qui quondam fuerunt domini Thartarorum.[1] Post hanc intraverunt terram Thartarorum in festo Marie Magdalene [2] ubi [b] invenerunt Imperatorem apud tentorium magnum quod vocatur Syra orda, ubi morati sunt per quatuor menses, et interfuerunt [c] electioni [d] Cuiu[c]kan [e] Imperatoris eorum.

9. Et idem frater Benedictus Polonus viva voce nobis retulit, quod ipsi ambo viderunt ibidem circiter quinque milia hominum magnatum et potentum, qui omnes induti [f] baldakino [g] prima die comparuerunt in electione Regis, sed nec ipsa die, nec sequenti die, cum comparuissent in albis samitis, concordaverunt, tercia autem die, induti rubeis samitis, concordantes electionem celebraverunt.[3] Testatus est eciam idem frater circa tria milia nunciorum similiter [h] de diversis mundi partibus missorum affuisse, qui responsiones, litteras vel tributa vel xennia [i] diversimoda et multa valde ad eamdem curiam detulerant, inter quos dicti fratres induti numerabantur et ipsi super [j] tunicas suas baldakino [k] prout necessitas urgebat,[4] quia nulli nuntiorum, nisi adcurate vestito, [l] vultum Regis electi et coronati licuit intueri.

10. Introducti ergo [m] in Syra ordam, scilicet in [n] stacionem Imperatoris, viderunt ipsum coronatum, in [o] mirifico habitu effulgentem, sedentem in medio tentorii super quoddam tabulatum, auro et argento multipliciter decoratum et desuper cancellatum, [p] super quod quatuor distinctionibus ascensuum [q] per gradus ascendebatur. Et tres quidem ascensus erant anterius

---

[a] P om. *in qua.... invenerunt.* — [b] P *ibi.* — [c] B om. *et interfuerunt.* — [d] G *delectioni,* — [e] P *Cueuckan.* — [f] G *iuduti.* — [g] B *baldekyno.* — [h] P *scilicet.* — [i] P *munera* ; B *diversi omnida* ; G *diversimoda.* — [j] P *desuper.* — [k] B *baldekyno.* — [l] P *vestiti.* — [m] G *igitur.* — [n] P om. *in.* — [o] P *et.* — [p] P add. *ascensus erant anterius ad tabulatum.* — [q] G *ascensum.*

---

[1] Cordier, *Histoire générale de la Chine,* II, 196-98.
[2] 22 iulii.
[3] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 30.
[4] Cf. Rubruc, cap. XIX, n. 5 ; Salimbene, *Cronica,* 207.

Digitized by Google

ad tabulatum, per quorum medium solus Imperator ascendebat et descendebat, [a] per reliquos duos collaterales potentes et mediocres, [b] per quartum vero, qui erat a [c] dorso eius, mater et uxor sua et consanguinei ascendebant. Similiter [d] Syra orda habebat tres introitus in modum portarum, quarum media et maxima que, longe [e] alias precellens, semper est patula et sine omni custodia, solo rege per eam exeunte et introeunte; et si aliquis [f] alius per eam ingrederetur, irremediabiliter interficeretur. Relique due collaterales firmate seris, acerrimos habent custodes ab eisdem cum armis observate, per quas alii cum reverencia, metu statute pene, intrant.

11. Tercia die per officiales et interpretes audita est legatio domini Pape cum discussione et maturitate, et postea fratres missi sunt ad matrem Imperatoris, quam reperierunt in alio loco sedentem eciam in magno tentorio pulchro valde; que magis urbanius et familiarius ipsos [g] pertractans, ad filium [h] remisit. Ubi cum morarentur frequenter adiungebant se Georgianis inter Thartaros existentibus,[1] qui sunt satis ab ipsis [j] honorati, quia sunt strenui [k] et bellicosi.[1] Hii homines Georgiani dicuntur, eo quod sanctum Georgium in preliis suis advocant, habendo[que eum in] [l] patronum,[2] et pre aliis sanctis [m] eum honorant; utentes greco ydiomate in scripturis sacris, et cruces super stationes et currus suos habentes. Consuetudines Grecorum in divinis [n] inter Thartaros observant.[3]

12. Expleto itaque negocio pro quo [2r] fratres venerant, dimissi ab Imperatore cum litteris sigillo suo signatis ad dominum Papam reportandis, revertebantur cum nunciis [o] Soldani

---

[a] P *ascendit et descendit.* — [b] P *nobiles et alii.* — [c] P *quod erat in.* — [d] P *super.* — [e] P *media que et maxima longe.* — [f] P *per quam intrante; et si quis.* — [g] G *ipso.* — [h] G *alium.* — [i] P *existentes* — [j] P *Tartaris.* — [k] B *strennui*; G *strenui.* — [l] B *quasi*; P om. *quasi.* — [m] G *per aliis factis.* — [n] P add. *officiis.* — [o] G *nuncii.*

---

[1] Cf. Jordanus, *Mirabilia*, 60.

[2] Sic Iacobus de Vitriaco, cf. Bongars, *Gesta Dei per Francos*, II, 1095; Tamarati, *L'Eglise Géorgienne*, 415-16, n. 1. Rubruc vero nomen eorum a flumine Cur deducit, cap. XXXVII, n. 21.

[3] Iurisdictioni Patriarcharum Graecorum subiecti erant, Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 71.

Digitized by Google

Babylonie versus occidentem viam facientes, et cum simul per XV dies processissent, dicti nuncii [a] eos dimiserunt declinantes ad meridiem. Ipsi autem fratres ad occidentem progrediebantur et apud Coloniam transito Rehno [b] reversi sunt ad dominum Papam [c] Lugdunum, litteras Imperatoris Thartarorum eidem presentantes quorum tenor per interpretationem factam talis est.[1]

[a] B *procecissent* ; G *nunciis*. — [b] G *Rheno*. — [c] P add. *apud*.

[1] Ista epistola sumpta est ex Cronicis Fr. Salimbene, neglectis aliis copiis, sc. quae apud B et P occurrunt necnon apud Holder-Egger, *Cronica Fr. Salimbene*, 207-208 secundum cod. Vindobonensem Bibl. Caesareae 389. Epistolae copia quae a Fr. Salimbene datur alias longe superat, P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 13, ex eo quod originalis versionis transcriptio est, cf. *Cronica Fr. Salimbene*, 207. Istud originale tribus partibus constat, quarum prima tursice, secunda seu corpus epistolae persice et tertia seu sigillum mongolice exaratur. In opello nuper laudato, 18-23, cl. P. Pelliot versionem gallicam super originale documentum elaboratam publici iuris fecit. Ad textum latinum melius intelligendum, hanc versionem gallicam transcribimus :

Dans la force du Ciel éternel, [nous] le Khan océanique du grand peuple tout entier ; notre ordre.

Ceci est un ordre envoyé au grand pape pour qu'il le connaisse et le comprenne. Après en avoir tenu conseil dans les.... des territoires du kārāl, vous nous avez envoyé une requête de soumission, que nous avons entendu de vos ambassadeurs. Et si vous agissez selon vos propres paroles, toi qui es le grand pape, avec les rois, venez ensemble en personne pour nous rendre hommage, et nous vous ferons entendre à ce moment-là les ordres [résultant] du yāsā. Autre [chose]. Vous avez dit que si je recevais le baptême, ce serait bien ; tu m'en as informé moi-même et tu m'as envoyé une requête. Cette tienne requête, nous ne l'avons pas comprise. Autre [chose]. Vous m'avez envoyé ces paroles : « Vous avez pris tous les territoires des Mājar et des Kiristān ; je m'en étonne. Dites-nous quelle était la faute de ceux-là ? ». Ces tiennes paroles, nous ne les avons pas comprises non plus. L'ordre de Dieu, Cingiz-Khān et le Qā'ān [1] l'ont envoyé tous deux pour le faire entendre. Mais à l'ordre de Dieu [ces gens] n'ont pas cru. Ceux-là dont tu parles ont même tenu un grand conseil (?), ils se sont montrés arrogants et ont tué nos envoyés-ambassadeurs.[2] Dans ces territoires, les hommes [c'est le] Dieu éternel qui les a tués et anéantis. Sauf par l'ordre de Dieu, quelqu'un, par sa

[1] Cf. supra, cap. V, n. 11.

[2] Russi Tartarorum nuntios occiderunt an. 1223, cf. Karamsin-Hauenschild, *Geschichte des Russischen Reiches*, III, 197.

Digitized by Google

13. Dei fortitudo, omnium hominum Imperator, magno Pape litteras certissimas atque veras. Habito consilio pro pace habenda

seule force, comment tuerait-il, comment prendrait-il? Et si tu dis: « Je suis chrétien ; j'adore Dieu ; je méprise et.... [les autres] », comment sais-tu qui Dieu absout et en faveur de qui il octroie la miséricorde, comment le sais-tu pour que tu prononces de telles paroles?

Dans la force de Dieu, depuis le ciel levant jusqu'à son occident, tous les territoires nous ont été octroyés. Sauf par l'ordre de Dieu, comment quelqu'un pourrait-il rien faire? A présent, vous devez dire d'un coeur sincère: « Nous serons [vos] sujets ; nous vous donnerons notre force ». Toi en personne, à la tête des rois, tous ensemble, sans exception, venez nous offrir service et hommage. A ce moment-là nous connaîtrons votre soumission. Et si vous n'observez pas (?) l'ordre de Dieu et contrevenez à nos ordres, nous vous saurons [nos] ennemis.

Voilà ce que nous vous faisons savoir. Si vous [y] contrevenez, en quoi en connaîtrions-nous? Dieu en connaîtra.

Dans les derniers jours de jumāda le second de l'année 644 (3-11 novembre 1246).

Dans la force du ciel éternel, du Khan océanique du peuple des grands Mongols, l'ordre. S'il arrive à des peuples soumis et [des peuples] révoltés,[1] qu'ils le respectent et qu'ils craignent.[2]

[1] Cf. P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, ap. *Revue de l'Orient chrétien*, 1924, 322-32.

[2] Haec epistola prout in O adest sequitur: « Dei fortitudo et omnium hominum Imperator magno Pape litteras certas et veras. Habito consilio tuum ad nos nuncium misistis, volens pacem et amiciciam habere nobiscum. Si igitur verum est quod pacem vis habere, tu Papa cum omnibus Regibus et potentibus venias ad nos, et tunc audies diffinitionem pacis ac nostram pariter voluntatem. Tuarum series litterarum continebat quod debemus baptizari et effici christiani. Ad quod tibi breviter respondemus quod non intelligimus qualiter hoc facere debeamus. Ad hoc etiam quod in tuis litteris habebatur quod miraris de tanta hominum occisione, et precipue christianorum ; ad hoc similiter respondemus quod non intelleximus ad quid miraris. Sed ne videmur sub silentio preterire, tibi taliter respondemus: quia precepto Dei et scripture Chyngiscan et Can non obedierunt ; malum etiam consilium habentes nuncios occiderunt. Propterea Deus delevit eos ac etiam in manibus nostris tradidit ; quod si non fecisset ipse Deus, homo homini quid facere potuisset. Sed vos christiani occidentis Deum adoratis et alias naciones contemnitis, et vos solos creditis christianos. Sed quomodo scitis si tibi Deus suam gratiam conferre dignetur? Tu igitur Papa venias cum Regibus tuis et potentibus ad nos et da nobis fortitudines tuas. Et si non venis et nostrum consilium non audieris, pro certo sciemus quod gratiam non vis nobiscum, postea autem quid futurum sit nescimus, solus Deus veritatem novit ».

Digitized by Google

nobiscum, tu Papa et omnes christiani, nuntium tuum nobis transmisisti sicut ab ipso audivimus, et in tuis litteris habebatur. Igitur si pacem nobiscum habere desideratis, tu Papa et omnes Reges et potentes, pro pace diffinienda ad me venire nullo modo postponatis, et tunc nostram audietis responsionem pariter atque voluntatem.

Tuarum continebat series litterarum, quod deberemus baptiçari et effici christiani. Ad hoc tibi breviter respondemus, quod hoc non intelligimus qualiter hoc facere debeamus. Ad aliud quod etiam in tuis litteris habebatur, scilicet quod miraris de tanta occisione hominum et maxime christianorum et potissime Pollonorum, Moravorum et Ungarorum, tibi taliter respondemus quod etiam hoc non intelligimus. Verumtamen ne hoc sub silentio omnimodo transire videamur, taliter tibi dicimus respondendum: Quia littere Dei et precepto Cyngis-Chan et Chan non obedierunt et magnum consilium habentes nuntios occiderunt, propterea Deus eos delere precepit et in manibus nostris tradidit. Alioquin, quod si Deus non fecisset, homo homini quid facere potuisset? Sed vos homines occidentis solos vos christianos esse creditis et alios despicitis. Sed quomodo scire potestis, cui Deus suam gratiam conferre dignetur? Nos autem Deum adorando in fortitudine Dei ab oriente usque in occidentem delevimus omnem terram. Et si hec Dei fortitudo non esset, homines quid facere potuissent? Vos autem si pacem suscipitis et vestras nobis vultis tradere fortitudines, tu Papa cum potentibus christianis ad me venire pro pace facienda nullo modo differatis; et tunc sciemus quod vultis pacem habere nobiscum. Si vero Dei et nostris litteris non credideritis et consilium non audieritis, ut ad nos veniatis, tunc pro certo sciemus quod guerram habere vultis nobiscum. Post hec quid futurum sit nos nescimus, solus Deus novit. Cyngis-Chan primus Imperator. Secundus Ochoday-Chan. Tertius Cuiuch-Chan.

Digitized by Google

Digitized by Google

III.

Fr. GUILLELMUS DE RUBRUC.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Biographia.

Fr. Guillelmus in pago Rubruc in Gallia [1] circa 1215-1230 [2] natus est. De iuventute et de anno ingressus in Ordinem franciscalem nihil scitur: [3] ex variis tamen relationis locis Fr. Guillelmum ante recessum suum in orientem Parisiis commoratum fuisse deduci potest.[4] Anno 1248 cum Ludovico IX in Terram Sanctam verisimiliter profectus est, atque illi Provinciae francis-

[1] Rubruc prope Castrum Morinum, vulgo Cassel. MSS. enim infra laudata habent Rubruc aut Rubruk, quod cum Ruisbroek in provincia Brabantica Belgii minime quadrat; deinde nomen « Flandricus lector » quod ei a Fr. Iacobo ab Iseo datur, *Anal. Francisc.* I, 416; Golubovich, *Biblioteca*, I, 232-33, fratrem ex provincia civili Flandrica, non vero Brabantica, certo certius indicat. Demum si Ruisbroek in Brabantia natus esset, sicut plures volunt, tunc provinciae franciscanae Coloniensis filius fuisset, quod aegre cum relatione itineris, ubi de Parisiis et amicis suis ibidem loquitur (cf. not. 4 infra), conveniret.

Circa quaestionem an Fr. Guillelmus natione Gallus aut Belga fuit uno verbo dicendum quod tunc temporis pagus Rubruc in comitatu Flandriae, nunc vero in Gallia est positus, cf. Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 24-25, Hildebrand, ap. *Neerlandia Franciscana*, V, 1922, 69-70; Idem, *Willem van Rubroek*, ap. *Voortrekkers van den Nederlandschen Stam*, 14-18.

[2] Alii dicunt inter 1220-30, cf. Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 24, n. 2.

[3] Ibid., 25.

[4] Cf. infra cap. XIII, n. 10: « Fluvius ille erat ibi tante latitudinis quante est Sekana Parisius »; cap. XVIII, n. 4: [Etilia] « est enim in quadruplo maior quam Secana et profundissima »; cap. XXXII, n. 1: « Caracaron.... non est ita bona sicut burgus S. Dyonisii, et monasterium S. Dyonisii in decuplo valet plus illo palatio »; Epilog.: « Libenter viderem vos et quosdam amicos spirituales quos habeo in regno vestro ».

Digitized by Google

canae nomen dedit.[1] Accon remansit usque ad an. 1252, quando ad Tartaros iter arripuit. Post regressum an. 1255, patres capitulares Provinciae Terrae Sanctae congregatos invenit, qui Fr. Guillelmum, ut lectoris munere fungeretur, Accon miserunt.[2] Ibi itineris relationem Ludovico IX Parisiis commoranti scribit, ab eoque gratiam, a Ministro provinciali Terrae Sanctae non obtentam, flagitat ut a superiore Galliae sibi obtineat ut Parisios petere possit.[3] Hac licentia impetrata, Fr. Guillelmus Galliae metropolim visitavit, ubi cum cl. Rogero Bacon amplam geographicam messem communicavit.[4] Post haec de Fr. Guillelmi vitae curriculo nihil amplius scitur.

Itinerarium.

Si monumenta historica mediae aetatis pauca admodum de Fr. Guillelmi vitae curriculo conservarunt, ea tamen quae ad itineris relationem pertinent, scilicet quae an. 1253 inter et 1255 contigerunt, quia ab ipso fideliter notata, nobis sub manu sunt. De quibus pauca, eaque principaliora hic sequuntur:

Constantinopolim, ubi in ramis palmarum, 13 aprilis, praedicaverat,[5] die 7 maii reliquit et Soldaiam 21 iunii appulit. Quam civitatem paucos post dies[6] relinquens, ad Tartaros gressus direxit, et eis 3 iunii 1253 prima vice obviavit. Demum maximis difficultatibus superatis Sartach, ducis exercitus, campum, quem finem itineris Fr. Guillelmus opinabatur, die 31 iulii attigit.[7] Sed iste Fr. Guillelmum ad patrem suum, scilicet Batu, ad

[1] Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 26. Hoc tamen non patet, quia, ut infra videbimus, Epilogus, n. 1, a Ministro provinciali Terrae Sanctae gratia patriam petendi Fr. Guillelmo recusatur; quam gratiam Minister provincialis Galliae concedit.

[2] Cf. itinerarium, Epil. n. 1.

[3] Ibid.

[4] Sic enim Rog. Bacon scribit: « Quem librum [Fr. Guillelmi] diligenter vidi et cum eius auctore contuli », Bridges, *The Opus Majus*, I, 305.

[5] Cf. itinerarium, cap. I, n. 6.

[6] Cf. ibid., n. 10.

[7] Cf. ibid., cap. XIII, n. 14.

Digitized by Google

licentiam remanendi in hisce regionibus impetrandam, misit ;[1] Batu vero Fr. Guillelmum die 16 septembris ad Mangu, magnum Tartariae Chanum remisit,[2] ubi, post percursas civitates Kinchat,[3] Cailac[4] et plures periculis plenas vias, demum die 27 decembris 1253 pervenit,[5] et licentiam ibidem aliquantisper remanendi obtinuit. Medio tempore etiam, die 5 aprilis 1254, Karakorum una cum curia magni Chani petiit.[6] In illis regionibus plura pro huius temporis religiosae civilisque vitae notitia maximi ponderis notat.

In principio mensis iulii an. 1254,[7] Karakorum reliquit et « in magna parte per eumdem populum et omnino per alias regiones »[8] reversus est. Usque ad curiam Batu fere primum iter secutus est, abhinc autem per Georgiam, Armeniam maiorem et minorem, portum Curcam Sultanatus Rum die 5 maii attigit. Inde insulam Ciprensem petit et deinde Antiochiam appulit, Tripolim cum Ministro provinciali visitavit, ibique per patrum capitularium congregatorum decretum Accon mittitur ut lectoris munere fungeretur.[9]

Fontes.

Ad itinerarium seu diarium texendum, Fr. Guillelmus dotes naturales et eruditionem, apud itinerantes huius temporis non ordinarias, pandit. Etenim studia antea facta miro modo adiu-

---

[1] Cap. XVI, n. 1.
[2] Cap. XX, nn. 6-7.
[3] Cap. XXII, n. 4.
[4] Cap. XXIII, n. 7.
[5] Cap. XXVIII, n. 1.
[6] Cap. XXX, n. 6.
[7] Scilicet 5 iulii. Nam magni Chani curiam « in quindena scilicet post festum beati Iohannis », cap. XXXVI, n. 14 relinquit; postea Karakorum vadit. Quod castrum paulo post relinquit sc. 5 iulii. Etenim cap. XXXVII, n. 1, Fr. Guillelmus dicit : « Venimus ergo duobus mensibus et X diebus usque ad Baatu », et postea, ibid., n. 5. « Pervenimus autem ad curiam Baatu eodem die quo recesseram ab ea anno revoluto, secunda die post exaltationem S. Crucis ».
[8] Cap. XXXVII, n. 1.
[9] Cap. XXXVII, n. 5 ; XXXVIII, n. 18.

Digitized by Google

varunt inclinationem naturalem observandi et perscrutandi res quae ei obviant. Sic sacra Scriptura copiose utitur non tantum ad illustrandum demonstrandumque ea quae narrantur, sicut in media aetate mos erat, sed etiam in relatione saepissime pro rebus ordinariis narrandis ad verba et textus sacrorum librorum recurrit.[1] Liturgia etiam ad solemnitates quae in itinere occurrunt illustrandas magnae utilitatis ei fuit.[2] Insuper S. Francisci Regula, quam ut frater Minor profitetur, pluribus vicibus in mentem revocat,[3] sed eheu ! nunquam ad vitam intimam S. P. Francisci secundum legendas varias, iam tunc scriptas, lectorem remittit. Si Petri Lombardi liber sententiarum, quem apud se habet,[4] theologum studiosum monstrat, etiam auctores classici Fr. Guillelmo familiares fuisse videntur.[5]

His dotibus naturalibus necnon et instructione non communi fretus, maxima cum cura ante recessum in orientem ad libros et homines, qui cum quocumque modo circa facta et scitu necessaria et utilia ad iter fructuose faciendum, recurrit ; eo tamen modo quod non inconsulte asserta omnia admittit, sed ea secundum posse suum cum realitate confert et discutit. Sic verbi gratia, dicta S. Isidori Hispalensis, saepe in itinerario laudati,[6] examini subiicet,[7] imo una vice istius auctoritatem, quam maximam tunc temporis, reiicit dicendo :[8] « Et non est verum quod dicit S. Ysidorus ». Praeter istam auctoritatem, inter antiquos auctores Solinus[9] et quaedam chronica connumeranda veniunt.[10] Contemporaneis autem fontibus copiose utitur Fr. Guillelmus. Sic Fr. Iohannis de Plano Carpini et Benedicti Poloni relationem cognoscit ;[11] maximam notitiarum copiam apud Fr. Andream

[1] Inter tot casus, cf. cap. I, n. 1 ; cap. XIX, n. 4 ; 6-7 ; cap. XXV, n. 10.
[2] Cap. XV, n. 7 ; cap. XXVII, n. 1 ; cap. XXVIII, n. 7.
[3] Cap. I, n. 6 ; cap. II, n. 4 ; cap. XV, nn. 2-3.
[4] Cap. XVI, n. 3.
[5] Cap. XXXVII, n. 23.
[6] Cap. XII, n. 6 ; cap. XVIII, n. 4 ; cap. XIX, n. 1 ; cap. XXI, n. 2.
[7] Cap. XIX, n. 1 ; XXIX, n. 46.
[8] Cap. XVIII, n. 5.
[9] Cap. XXIX, n. 46.
[10] Cap. XXI, n. 5.
[11] Cap. XIX, n. 5 ; illa quae de mutandis vestibus dicuntur apud Benedictum Polonum inveniuntur n. 9.

Digitized by Google

ab oriente revertentem,[1] necnon apud Fr. Praedicatores qui ante Tartarorum adventum in Russiam iverant,[2] invenit. Demum quae a Balduino de Hannonia[3] et Philippo de Toucy[4] orctenus ei ministrata sunt, maximi ponderis Fr. Guillelmo fuerunt.

Quibus omnibus per studium et conversationes praevias comparatis, Fr. Guillelmus in ipso itinere, quasi apis argumentosa, nihil negligit omniaque adhibet ut perlustrandas regiones habitatoresque earum cum maxima cognitione et acumine consideret. Sic Constantinopoli mercatores diligenter circa haec quae evenient interrogat,[5] et chronica de hisce regionibus tractantia perlegit;[6] omnibus quae homines, ipsum in orientem ducentes, narrant,[7] intentam aurem praebet; praesertim vero ob notitias securas speciali attentione dignos illos aestimat qui cum Tartaris vivunt,[8] inter quos commemoratione dignissimi veniunt aurifaber Guillelmus Bucher[9] et domina Pasqua,[10] ambo captivi et lingua gallica utentes; neque sacerdotes de Cathaia,[11] Episcopus Armenus,[12] senex quidam[13] et alteri praetermittendi sunt.

Si haec omnia cum Fr. Guillelmi acuta observationis dote conferuntur,[14] itinerarium illud seu diarium maximum valere nemo est qui non videat.

Valor.

Inter mediae aetatis itinera descripta, procul dubio Fr. Guillelmi diarium unum ex melioribus evadit, tam quoad narrata

[1] Cap. XVII, n. 2; cap. XVIII, n. 5; cap. XXIII, n. 2; cap. XXVII, n. 6; cap. XXXV, n. 3.

[2] Cap. XXI, n. 5. [3] Cap. XXIX, n. 44.

[4] De Wailly, *Joinville, Histoire de S. Louis*, 176-78.

[5] Cap. I, nn. 1; 9; 12.

[6] Cap. XXXVIII, n. 3. [7] Cap. XXXVIII, n. 2.

[8] Cap. X, n. 4; cap. XII, n. 4; cap. XXIII, nn. 2; 7; cap. XXV, n. 2; cap. XXVI, n. 3; cap. XXXVII, nn. 2-3.

[9] Cap. XXXIII, n. 15; cap. XXXV, nn. 1 et 13.

[10] Cap. XXIX, nn. 2-3; cap. XXXV, n. 5-9.

[11] Cap. XXIX, nn. 44; 47-49.

[12] Cap. XXXVIII, nn. 2-4.

[13] Ibid. [14] Cap. XXXVIII, n. 3.

Digitized by Google

ipsa quam quoad methodum, positivam dictam, qua facta exponuntur. Quaedam inter principaliora, secundum ordinem digesta, hic sequuntur :

Ad geographiam quod attinet, Fr. Guillelmus primus inter auctores fuit qui fluminum Tanais et Rhae fontes et cursus,[1] necnon et maris Caspei naturam patefecit.[2] Regionem Cathaiae eamdem esse quam antiquum Seres monstravit,[3] Karakorum Mongolorum metropolim accurate descripsit.[4]

Quoad notitias ethnographicas dicere sufficiat, quod Mongolorum vitam usque in minimis descriptam reliquit.[5] Scientia linguistica maxime a Fr. Guillelmo ditata est, nam primus omnium auctorum connexionem inter linguam bashkirdicam et hungaricam ; russicam, polonicam, bohemicam, slavicam inter et vandalicam ; tursicam inter et viguricam notavit. Insuper Sinensium, Tibetanorum, Turcorum et Uigurorum scribendi modum indagavit.[6]

In itinerario Fr. Guillelmi non minoris ponderis sunt notitiae circa varias religiones earumque ministros. Mores enim, caeremoniae, doctrina et vita tam tuinorum seu idololatrarum,[7] quam sacerdotum nestorianorum[8] describuntur. Insuper circa nestorianorum hierarchiam ecclesiasticam in his regionibus, de ipsorum proselytismo, ignorantia et pravitate[9] non pauca dicuntur quae alibi frustra quaeruntur.

Quas ob causas mirum non est quod auctores maximi ponderis unanimi voce[10] Fr. Guillelmi merita extollunt, eumque inter primos mediae aetatis itinerantes ponunt.[11]

---

[1] Cap. XIII, n. 10 ; cap. XIV, n. 2. [2] Cap. XVIII, n. 5.
[3] Cap. XXVI, n. 8. [4] Cap. XXXII, n. 1.
[5] Cf. Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 70-75.
[6] Rockhill, *The Journey*, XXXVII-XXXVIII.
[7] Cap. XXIV-XXV.
[8] Cap. XXIX, nn. 19-24 ; cap. XXX, nn. 6-14.
[9] Cap. XXXIII.
[10] Ultimis temporibus L. Cahun minus benigne de Fr. Guillelmo loquitur, *Introduction à l'Histoire de l'Asie*, 392, sed absque ratione. De isto non immerito cl. Yule dicit quod Cahun « insolitam perversitatem in Fr. Guillelmum detractando monstrat », *Enc. Brit.* XXIII, 811.
[11] A. von Humbolt, *Kritische Untersuchungen*, 78 ; 518 ; von Richthofen, *China*, I, 602 ; Peschel R., *Geschichte der Erdkunde*, 165 ; Yule-

Digitized by Google

De itineris scopo.

Auctores fere omnes Fr. Guillelmum ut Ludovici IX legatum habent, eo quod res publica christiana, Summo Pontifice et Galliae Rege pellentibus, tunc temporis adiutorium contra sarracenos requirere videbatur, et secundario modo etiam, ut missionarium. Sed apostolatus potius ficte adhibitus esset, ut securius finis primarius, nempe foedus cum Tartaris contra sarracenos, attingeretur.

Sed haec minus recte videntur. Eapropter rationes, prout in Fr. Guillelmi relatione iacent, accurato examini subiicienda sunt. Ideo per ordinem an Fr. Guillelmus Ludovici Regis legatus, an vero missionarius fuerit, quare Ludovicus IX Chano Sartach epistolam scripserit et quid in ea dixerit, longius videbimus.

Haec omnia per itinerarium ipsum patere debent; nam ista relatio Fr. Guillelmi et Ludovici IX intenta omnia usque ad minima continere debet. Fr. Guillelmus enim qui omnia oretenus Regi enarrare sperabat in ipsa Terra Sancta, illum iam in patriam profectum invenit, et Galliae via Fr. Guillelmo, superiore renitente, clausa erat. Relatio ergo, quam Frater de Rubruc Ludovico IX scripsit, communicationum vivae vocis locum subditur, ideoque res dissimulatae aegre in ea inveniuntur et cum fide plurima narrata audiantur oportet.

Fr. Guillelmus ut Ludovici Regis nuntius haberi nequit: quod intentione ipsius fratris saepius in itinerario manifestatur. Nam antequam in Tartariae dominium iter arripuerat, Constantinopoli in ramis palmarum publice praedicaverat « quod non essem nuntius nec vester [nempe Ludovici IX] nec alicuius, sed ibam apud illos incredulos [Tartaros] secundum Regulam nostram ».[1] Sed quia haec professio publica intento suo, nempe penetrationi in infide-

---

Beazley, *Enclyp. Brit.*, XXIII, 811; Yule-Cordier, *The Book*, I, 104-105; *Cathay*, I, 155-56; Rockhill, *The Journey*, XXXVIII; Beazley, *The Texts*, IX; Id., *The Dawn of modern Geography*, II, 375-76; Matrod, *Le Voyage de Frère Guillaume*, ap. *Etud. Francise*. 1908, 5; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 129; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 32-33.

[1] Cf. infra, cap. I, n. 6.

Digitized by Google

lium regiones, nocere potuit, instigantibus mercatoribus. Tartaros adire probat, aliquantisper simulans, dicendo scilicet tantum quod habebat litteras Ludovici Regis pro Chano Sartach monentis « eum de utilitate totius christianitatis ».[1] Quando vero Fr. Guillelmus ad Tartaros ingressus est « Ipsi [Tartari] diligenter quesierunt utrum irem de mea voluntate vel utrum mitterer. Ego respondi quod nemo coegit me ad eundum, nec ivissem nisi voluissem, unde de mea voluntate ibam et etiam de voluntate superioris mei ».[2] Postea vero quando Fr. Guillelmus ante Mangu apparuit, legati munus sibi minime usurpat, ut ex verbis patet suis : « Homo enim non potest loqui coram eo [magno Chano] nisi quantum velit [Chanus], nisi esset nuncius ; sed nuncius potest dicere quecumque vult, et semper querunt utrum velit adhuc alia dicere. Me autem non permisit amplius loqui, sed oportebat me audire ipsum et respondere ad interrogata ».[3] Demum Tartari Ludovico Regi responsum praeparantes, Fr. Guillelmus seipsum et socium nuncios nominatos audiens, continuo respondit : « Nolite nos nominare nuncios, quia bene dixi ipsi Chan quod non sumus nuncii Regis Ludovici.... Ego autem dixi eis ut ammoverent nomen nuncii et vocarent nos monachos vel sacerdotes ».[4]

Eadem, sc. Fr. Guillelmum nuncii munus non fungi, ex Tartarorum agendi ratione patent. Nam « ductori [Fr. Guillelmi].... fuit assignata magna domus », fratri vero et socio eius « parvulum tuguriunculum, in quo vix potuimus reponere res nostras et facere lectulos et modicum de igne » ; duci optimi potus administrabantur, Fr. Guillelmo et socio nihil.[5] Insuper ipse Tartarorum Imperator de itineris eorum scopo certior erat factus, cum per ministros suos Fr. Guillelmo dixit : « Ipse Chan bene cognoscit quod non habetis aliquem nuntium ad eum, sed venistis orare pro eo, sicut multi alii sacerdotes ».[6]

---

[1] Ibid., n. 7.
[2] Ibid., cap. IX, n. 1.
[3] Ibid., cap. XXXIV, n. 4.
[4] Ibid., cap. XXXVI, n. 13.
[5] Ibid., cap. XXVIII, n. 1.
[6] Ibid., cap. XXXIII, n. 9.

Digitized by Google

Si ergo nuntii non fuerunt,[1] quale Fr. Guillelmi et socii intentum erat?

Fr. Guillelmus adhuc Constantinopoli commorans, ibique Dei verbum annuntians, se ut Ordinis Fr. Minorum professorem, secundum Instituti illius Regulam, inter infideles praedicare evangelium intendere fatetur.[2]

Apostolatus laboribus insudandi scopus ex magno apparatu librorum quos secum portat apparet;[3] manifestius vero patet quando Fr. Guillelmus locum tenenti Chani Sartach, Coiac nomine, obviavit roganti: An in his regionibus remanere vellet, respondit: « Si bene intellexistis litteras domini Regis, potestis scire quod sic ».[4] Ad curiam autem Mangu perveniens, Fr. Guillelmus ibi quemdam monachum, Sergium nomine invenit, qui ex Dei mandato ad magni Chani conversionem operaturum huc pervenisse se dicit; cui Fr. Guillelmus respondit: « Libenter monebo eum [Mangu] ut fiat christianus, ad hoc enim veni ut omnibus hoc predicem ».[5] Paulo post coram ipso Mangu dicit: « Nostrum enim officium est docere homines vivere secundum legem Dei.... rogamus ergo potentiam vestram, ut detis nobis licentiam, remanendi in terra vestra, ad faciendum servitium Dei pro vobis et uxoribus et liberis vestris ».[6] Eadem fere magni Chani ministris dicit: « Officium nostrae religionis est predicare Evangelium omnibus hominibus. Unde quando audivi famam de gente Moal, habui desiderium veniendi ad eos; et dum essem in hoc desiderio audivimus de Sartach quod esset christianus. Tunc

---

[1] Auctores hodierni minus recte Fr. Guillelmi iter ut legationem habent, sic Yule-Cordier, *Cathay*, I, 158; E. Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*; F. Nau, *L'Expansion Nestorienne en Asie*, 197; et etiam plus minusve Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 22-23.

Fatendum tamen est Fr. Rogerum Baconem de Fr. Guillelmi itinere in relatione cum Ludovico IX loquentem dicit quod iste misit fratrem de Rubruc, Bridges, *The Opus Majus*, I, 268; 303; 305; 356. Sic etiam Iacobus de Iseo loquitur: « Cum enim missus [Fr. Guillelmus] a domino rege Franciae cum litteris suis ». *Anal. Francesc.*, I, 416.

[2] Ibid., cap. I, n. 6.

[3] Ibid., cap. XV, n. 5; XVI, n. 3.

[4] Ibid., cap. XVI, n. 1.

[5] Ibid., cap. XXVIII, n. 8.

[6] Ibid., cap. XXVIII, n. 16.

Digitized by Google

direxi iter meum ad eum.... unde rogavimus et adhuc rogamus ut permittat nos morari ».[1] Post plures menses apud curiam Mangu transactas, magno Chano Fr. Guillelmum dimittente et rogante ei ut litteras Ludovico IX portaret, Fr. de Rubruc ipsi dicit : « Nostrum officium est docere homines vivere secundum voluntatem Dei ; ad hoc venimus ad partes istas et libenter remansissemus si placuisset vobis.... Ego vellem petere a vestra magnificentia ut.... liceret michi secundum placitum vestrum redire ad vos, praecipue quia vos habetis pauperes servos vestros apud Bolac, qui sunt lingue nostre, et ipsi indigent sacerdote qui doceat eos et filios eorum legem ipsorum, et libenter starem cum eis »,[2] « pro quibus pro magna parte [in illas regiones] ivi »[3] magno Chano vero voluntatem obiiciente dominorum Fr. Guillelmi, iste respondet : « Ego nescio consilium dominorum meorum, sed ego habeo licentiam ab eis eundi quocumque voluero, ubi esset necessarium predicare verbum Dei ».[4]

Si ergo Fr. Guillelmus et Bartholomaeus de Cremona nullo modo ut Ludovici IX nuntii, sed ut veri missionarii apparent, quare Galliae Rex Chano Sartach per eos epistolas miserit, paucis videamus.

Ad hoc quaesitum Fr. Guillelmi relatio responsiones dilucidas exhibet. Etenim capitaneis seu civitatis Soldaiae vicariis et Chano Mangu fere eadem circa scribendi causam Regis dicit : « Domine audivimus de Sartach quod esset christianus, et gavisi sunt christiani qui hoc audierunt et precipue dominus Rex Francorum. Unde nos venimus ad eum, et dominus Rex misit ei litteras per nos in quibus erant pacifica verba, et inter alia verba ipse testificabatur ei de nobis cuiusmodi homines sumus, et rogabat eos ut permitteret nos morari in terra sua ».[5] Alia vice eidem Fr. Guil-

[1] Ibid., cap. XXXIII, n. 8.
[2] Ibid., cap. XXXIV, n. 6.
[3] Ibid., cap. XXXIII, n. 1.
[4] Ibid., cap. XXXIV, n. 6.
[5] Ibid., cap. XXVIII, n. 16 ; cap. I, n. 7 dicit : « Nos audivimus dici de domino vestro Sartach in Terra Sancta quod esset christianus, et gavisi sunt inde vehementer christiani et precipue dominus Rex Francorum christianissimus.... unde volo ire ad Sartach et portare ei litteras domini Regis, in quibus monet eum de utilitate totius christianitatis ».

Digitized by Google

lelmus Mangu Chano, eius adventus causam roganti, respondet: «[Ludovicus] misit ipsi Sartach litteras tamquam christiano, et si scivisset quod non esset christianus, nunquam misisset ei litteras».[1] Demum Chano Baatu an Rex Ludovicus iam antea nuntios misisset petenti, Fr. Guillelmus dicit: «Dixi qualiter miseratis ad Keuchan, et quod nec ad ipsum misissetis nuncios nec ad Sartach litteras, nisi credidissetis eos fuisse christianos, quia non pro timore aliquo sed ex congratulatione, quia audiveratis eos esse christianos, misistis».[2]

De cetero Ludovici IX epistola, praeter duo ista argumenta, scilicet congratulationes pro conversione Chani Sartach ad religionem christianam et preces pro Fr. Guillelmo in Tartarorum regionibus manendi, nihil aliud continebat.

Et re quidem vera Fr. Guillelmus epistolae contenta minime ignoravit, quia eam in Accon in duplicem «lingua et littera» vertere fecit.[3] Ast epistola ista verba congratulatoria et pacifica tantum continebat,[4] et «nulla mentio fiebat de hoc [sc. de petitione auxilii armati contra saracenos] in litteris vestris, nisi quod monebatis eum ut esset amicus omnium christianorum et exaltaret crucem et esset inimicus omnium inimicorum crucis».[5] Insuper Ludovici epistola Chanum Sartach rogabat ut Fr. Guillelmum in hisce regionibus remanere permitteret, sicut ex alio relationis loco patet, ubi frater de Rubruc in Armenia Fr. Praedicatoribus obviavit qui «habebant litteras domini Pape ad Sartach et ad Manguchan et ad Buri, quales vos dedistis michi deprecatorias, quod permitterent eos stare in terra sua et predicare verbum Dei».[6]

Igitur Fr. Guillelmus Ludovici IX nullo modo nuntius fuit, sed ut missionarius cum epistola commendaticia Regis Galliae in Tartarorum dominium profectus est. Ista Ludovici IX epistola

[1] Ibid., cap. XXVIII, n. 2.
[2] Ibid., cap. XIX, n. 5.
[3] Ibid., cap. XV, n. 7; alio in loco sc. cap. XXVII, n. 11: «Tunc incepi multum mirari et etiam sollicitus esse, quia sciebam tenorem litterarum vestrarum».
[4] Ibid., cf. supra n. 2.
[5] Ibid., cap. XXVII, n. 11.
[6] Ibid., cap. XXXVIII, n. 10.

Digitized by Google

praeter gratulationes circa Sartach Chani conversionem et preces pro Fr. Guillelmo, ut illi in his regionibus Christi Evangelium praedicandi gratia manere permitteretur, nihil aliud continebat.

Codices.

1. Cantabrigiae, Corpus Christi College, 181, saec. XIII, ff. 321-398, cf. supra.[1]

2. Ibid., 66, saec. XIV, ff. 67*v*-110*v*.[2]

3. Ibid., 407, saec. XIV, ff. 37*r*-67*r*.[3]

4. Londini Brit. Museum, Reg. 14 C. XIII, saec. XV, ff. 225-236*r*.[4]

5. Lugduni Batavorum 104, saec. XIV, ff. 191 ss.[5]

6. Hannoveriae, Bibl. Regia 623, saec. XVI-XVII, cf. supra.[6]

7. Ibid., 624, cf. ibid.[7]

Inter laudatos codices Fr. Guillelmi relationem exhibentes, tres longiorem relationem, quatuor vero breviorem prae se ferunt. Isti ab illis dependent prout collatio inter codices patefacit. Comparatio autem codicum inter se, plures ut alterius MSi copiae apparent, ideoque in textus reconstructione omnino superflui sunt. Sic cod. Lugduni Batavorum sub n. 5, copia est, ut iam supra probavimus, cod. Cantabrigensis 181 ;[8] sicut etiam

[1] Cf. relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, *Codices*.

[2] Montague Rhodes James, *A descriptive Catalogue*, 137-45.

[3] Ibid., 291-93 ; secundum Francisque Michel et Wright Th., esset saec. XV, cf. *Recueil*, IV, 209.

[4] Warner-Gilson, *Catalogue of western Manuscripts*, II, 137-38.

[5] Cf. relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, *Codices*.

[6] Bodemann, *Die Handschriften der königlichen Bibliothek zu Hannover*, 107 ; cf. supra.

[7] Ibid.

Iuxta Francisque Michel et Wright Th., aliud MS. circa 1839 apud Th. Phillipps erat, *Recueil*, IV, 210-11 ; ast Beazley illud MS. invenire non potuit, *The Texts*, XX. Demum iuxta Montfaucon, *Bibliotheca Bibliothecarum*, I, 86[b], aliud MS. in Bibl. Vaticana — Reg. Sveziae — invenitur. Frustra hoc MS. post alteros, cf. Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 35, n. 6, quaesivi. De Vries hoc MS. idem esse vult cum MS. sub n. 5. Lugduni Batavorum, Rockhill, *The Journey*, XXXXII, n. 1.

[8] Cf. relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, *Codices*.

Digitized by Google

cod. Hannoveriae 623 sub n. 6, copia editionis Hakluyt constituit, et cod. eiusdem Bibliothecae 624 sub n. 7, copia est codicis praecedentis 623, sub n. 6.[1]

Editiones.

Hakluyt, *Itinerarium fratris Willielmi de Rubruquis de ordine fratrum Minorum, Galli, Anno grat. 1253 ad partes orientales*, I, 71-92 secundum cod. Londin., cf. editiones ap. Fr. Iohannem de Plano Carpini.

Fr. Michel-Th. Wright, *Voyage en Orient du Frère Guillaume de Rubruk de l'Ordre des Frères Mineurs l'an de grâce M.CC.LIII*, ap. *Recueil de Voyages* ed. d'Avezac, t. IV, 205-396, cf. ibid.

C. R. Beazley, *The Texts and Versions*, cf. Hakluyt.

Translationes.

Hakluyt, *Principal Navigations*, I, 93-117, cf. editiones Fr. Iohannis de Plano Carpini, supra; eadem translatio invenitur apud:

Astley, *The Travels of Friar William de Rubruquis, into the Eastern Parts of the World in the Year 1253*, t. IV, 552-79, cf. translationes Fr. Iohannis de Plano Carpini, supra. Eadem translatio invenitur apud:

A. W. Pollard, *The Travels of Sir John Mandeville*, 261ss., cf. ibid. Eadem translatio invenitur apud:

C. R. Beazley, *The Texts and Versions*, cf. editiones Fr. Iohannis de Plano Carpini.

S. Purchas, *The Journal of Friar William de Rubruquis, a Frenchman of the Order of the Minorit Friars, unto the East Parts of the World. Anno Domini 1253*, ap. S. Purchas *Hakluytus Posthumus or Purchas His Pelgrims*, London 1625-26; 2ª ed. Glascow 1905, t. III, 1-52. [Translatio Hakluyt, sed completata ope codicis Cantabrigensis].

---

[1] Bodemann, *Die Handschriften der königlichen Bibliothek zu Hannover*, 107.

Digitized by Google

Bergeron, *Voyage remarquable de Guillaume de Rubruquis, Envoié en Ambassade par le Roi Louis IX. En différentes Parties de l'Orient: principalement en Tartarie et à la Chine, l'An de notre Seigneur M.CC.LIII. Contenant des récits très singuliers et surprenans. Ecrit par l'Ambassadeur même. Le tout orné d'une Carte du Voyage, de Tailles douces; et accompagné de Tables. Traduit de l'Anglois par le Sr. de Bergeron; et nouvellement revû et corrigé.* Cf. translationes Fr. Iohannis de Plano Carpini.

Aanmerklyke Reys, Gedaan door Willem de Rubruquis; Voor Ambassadeur van den Koning Lodewyk de IXe afgesonden na d'oostersche gedeelten der weereld, insonderheid na Tartaryen en China, in 't Jaar onzes Heeren 1253. Vervattende veelerley sonderlinge saken, en voorgekomene gevallen. Door den Afgesant selfs beschreven. Vercierd met schoone kopere Platen en volkomene Registers. Nu aldereerst uyt het Engelsch vertaald, Te Leiden, By Pieter van der Aa, Boekverkoper, 1706. Met Privilegie, pp. 171. Cf. ibid.

J. Harris, *The Journal of William de Rubruquis, a Frenchman of the Minorite Friars, into Tartary and China: written to Lewis IX King of France 1253,* ap. *Navigantium atque Itinerantium Bibliotheca or a Compleat Collection of Voyages and Travels....* London 1705, I, 501-56.

J. Pinkerton, *The remarkable Travels of William de Rubruquis, a Monk sent by Louis IX. King of France, commonly stiled St. Louis, Ambassador into different Parts of the East, particularly into Tartary and China, A. D. 1253,* ap. *A General Collection of the best and most interesting Voyages and Travels in all Parts of the World many of which are now translated into Englisch....* 17 vol. London, Longman, 1808-14, t. VII, p. 22ss.

Die Reisen des Mönchs Wilhelms von Rubruquis in die östlichen Gegenden der Welt, im Jahre 1253, ap. *Allgemeine Historie der Reisen,* t. VII, 370-423, cf. translationes Fr. Iohannis de Plano Carpini.

De Backer, L., *Guillaume de Rubrouck, Ambassadeur de Saint Louis en Orient. Récit de son Voyage, traduit de l'Original latin et annoté par...,* Paris, E. Leroux, 1877, pp. XXVIII-336.

Voyage de Guillaume de Rubruquis, ap. *Deux Voyages en Asie au XIIIe siècle par Guil. de Rubruquis envoyé de Saint-Louis*

Digitized by Google

et Marco Polo marchand vénitien, Paris, Ch. Delagrave, 1888, 23-143.

Rockhill, W. W., *The Journey of William of Rubruck to the Eastern Parts of the World, 1253-1255, as narrated by himself with two accounts of the earlier Journey of John of Pian de Carpine. Translated from the Latin and edited with an introductory Notice by...*, London, Hakluyt Society, MDCCCC. pp. LVI-304.

Schoutens, St., *Reis van Willem van Ruysbroeck naar Tartarië in de XIIIe Eeuw* (*Belgische Reizigers der Minderbroedersorde IV*), Hoogstraten, L. Van Hoof-Roelans, 1903, pp. XIV-208.

Malein, *Viligelim de Rubruk, Putechestvie v vostochnyya strany*, cf. translationes Fr. Iohannis de Plano Carpini.

Charpentier, J., *Vilhelms av Ruysbroeck Resa genom Asien 1253-1255*, Stokholm, Norstedt & Söners, 1919.

Herbst, H., *Der Bericht des Franziskaners Wilhelm von Rubruk über seine Reise in das Innere Asiens in den Jahren 1253-1255*, Leipzig, Griffel, 1925.

Qui de Fr. Guillelmo egerunt.[1]

[Prévost, Fr.], *Voyage de Guillaume De Rubruquis dans les Parties orientales du Monde*, ap. *Histoire générale des voyages ou Nouvelle Collection*, vol. XXVI, Paris 1749.

Sprengel, *Geschichte der wichtigsten geographischen Entdeckungen*, 288-99.

d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 283-314.

Ssanang Ssetsen Chungtaidschi-Schmidt, *Geschichte der Ostmongolen*.

Daunou, *Histoire littéraire de France*, XIX, 114-26.

De St. Genois, *Notice historique et bibliographique sur le voyage de Guillaume de Ruysbroek*, ap. *Bulletin Acad. Belgique*, 1846, A, XIII, 1, 373-87.

Idem, *Guillaume de Ruysbroek*, ap. *Les Voyageurs Belges du XIII au XVI siécles*, I, 93-126.

Kulb, H., *Die Reisen der Missionäre*, I Abt. I B., 153-214 ; II B., 1-192.

[1] Cf. introductionem Fr. Iohannis de Plano Carpini.

Digitized by Google

Zarnke, F., *Der Priester Johannes*, I, 87-96.

Schmidt, F. M., *Ueber Rubruks Reise von 1253-1255*

Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I et II.

Schoutens, St., *Willem van Ruysbroeck*, ap. *Verslagen en Mededeelingen der Koninklijke Vlaamsche Academie 1903*, 12-18.

Beazley, The *Dawn of modern Geography*, II, 320-81.

Matrod, H., *Le Voyage de Fr. Guillaume de Rubrouck* (*1253-1255*), ap. *Etud. Francisc.*, 1908.

Schlager, P., *Mongolenjahrten der Franziskaner im 13. Jahrhundert*, ap. *Aus allen Zonen*, II, 43-126.

Vitus, *Wilhelm van Rubroek* ap. *Franciscaansch Leven*, III, 1920.

Batton, A., *Wilhelm von Rubruk.*

Nève, *Un missionnaire belge au XIIIe siécle*, ap. *Bulletin de l'Union du Clergé pour les Missions*, II, 1922.

Hildebrand., *De Wereldreiziger Willem van Rubroek*, ap. *Voortrekkers van den Nederlandschen Stam*, 11-24.

Pro minoris momenti studiis cf. Chevalier, *Répertoire, Bio-Bibliographie*, 1973-74 ; Cordier, *Bibliotheca Sinica*[2] 1961-63 ; 4005-6.

Ratio edendi.

Pro Fr. Guillelmi itinerario textum codicis Cantabrigensis 181, quem C signavi, quia antiquior est et meliorem textum prae se fert, secutus sum. Ad istum ergo codicem paginarum numeri referuntur. De eodemque codice tantum discessi in casu ubi C deficiebat aut ceteri codices, ut mihi videbatur, meliorem lectionem prae se ferebant. Capitulorum tituli, quia apud cod. Cantabr. 181 desiderantur, ex codice eiusdem Bibliothecae 407 sumpsi, addito tamen semper nomine « cap. » ; capitulorum vero tituli qui inter uncos quadratos [ ] leguntur sicut et numeri progressivi arabici in omni capitulo a me additi sunt, ut res quae in ipsa vel aliis relationibus ad eadem referuntur, annotari possint. Orthographiam sicut apud cod. Cantabr. 181 occurrit secutus sum ; attamen in quibusdam nominibus scribendis, modo assidue variante, praevia monitione ad paginae calcem uniformem in textu usum adhibui.

Digitized by Google

Tabula Codicum.

C	=	Cod.	Cantabrigensis	181
D	=	»	»	66
S	=	»	»	407
L	=	»	Mus. Brit. Londin. Reg. 14 C. XIII.[1]	

Dependentia codicum.



[1] Una ex hypothesibus secundum quam iuxta A. C. Moule, L copia esset S, pro Fr. Guillelmi relatione minus recta videtur, *A small contribution to the study of the Bibliography of Odoric*, 310.

De editione Fr. Michel et Th. Wright non curavi, quia, ut primo oculi ictu manifestatur, magna cum properatione parata fuit et ideo mendis magnis et non paucis scatet.

Digitized by Google

ITINERARIUM WILLELMI DE RUBRUC [a]

1. Excellentissimo domino et christianissimo Ludovico,[b] Dei gratia Regi Francorum illustri, frater Willelmus de Rubruc [c] in Ordine fratrum Minorum minimus, salutem et semper triumphare in Christo.

2. Scriptum est in Ecclesiastico de Sapiente: [1] *In terram alienarum gentium transiet, bona et mala in* omnibus *temptabit.* Hoc opus, domine mi Rex, feci, sed utinam ut sapiens et non ut [d] stultus: multi enim faciunt quod facit sapiens, sed non sapienter, sed magis stulte, de quorum numero timeo me esse. Tamen quocumque modo fecerim, quia dixistis mihi quando recessi a vobis, ut omnia scriberem vobis quecumque viderem inter Tartaros, et etiam monuistis ut non timerem vobis scribere longas litteras, facio quod iniunxistis, cum timore tamen et verecundia, quia verba congrua mihi non suppetunt [e] que debeam tante scribere maiestati. [f]

De Provincia Gazarie. Cap. I.

1. Noverit ergo vestra sancta maiestas, quod anno Domini millesimo CCLIIJ nonas maii [2] ingressi sumus mare Ponti [3] quod

[a] D *Incipit itinerarium terrae Tartarorum*; SL *Itinerarium fratris Willelmi de Rubruk* (L *Rubrukis*) *de Ordine fratrum Minorum anno gratie millesimo CCo LIII ad partes orientales.* — [b] C *L.* — [c] L *Rubruk.* — [d] L om. *ut.* — [e] C *supetunt.* — [f] S *magestati* et sic deinceps.

[1] Eccl. XXXIX, 5, *In terram alienigenarum gentium pertransiet, bona enim et mala in hominibus tentabit.*

[2] 7 maii.

[3] Pontus seu Pontus Euxinus seu mare Maius seu Maurum pro mari Nigro apud antiquos inveniuntur.

Digitized by Google

vulgariter vocant mare Maius. Et habet mille CCCC [a] miliaria in longum,[1] ut didici a mercatoribus, et distinguitur quasi in duas partes. Circa medium enim eius sunt due puncte [b] terre, una ad aquilonem et alia ad meridiem. Illa que est ad meridiem dicitur Sinopolis,[2] et est castrum et portus Soldani Turchie ;[3] que vero ad aquilonem est provincia quedam, que nunc dicitur a Latinis Gasaria, a Grecis vero qui inhabitant eam super litus maris dicitur Cassaria, hoc est Cesarea.[4] Et sunt promontoria quedam extendentia se in mare, etiam [c] contra meridiem versus Sinopolim ; et sunt trecenta miliaria inter Sinopolim [322] et Cassariam, ita quod sunt [d] septingenta miliaria ab istis punctis versus Constantinopolim in longum et latum, et septingenta versus orientem hoc est Hyberiam, que est provincia Georgie.

2. Ad provinciam Gasarie sive Cassarie applicavimus,[e] que est quasi triangulus, ad occidentem habens civitatem [f] que dicitur Kersona,[5] in qua fuit sanctus Clemens martirizatus.[6] Et navigantes coram ea vidimus insulam in qua est templum illud quod dicitur [g] angelicis manibus preparatum.[7] In medio vero quasi

[a] SL *octo.* — [b] L *provincie.* — [c] S *et.* — [d] DSL *sint.* — [e] DS *applicuimus.* — [f] D om. *habens civitatem.* — [g] D om. *quod dicitur.*

[1] Mensuras hic non parum auget Rubruc, dum secundum hodiernos auctores mare Nigrum pro longitudine circa 500 millia tantum, pro latitudine vero circa 325 habet, Rockhill, *The Journey*, 41, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 305.

[2] Civitas a Turcis an. 1215 capta, ob commercium maxime nota, Heyd-Raynaud, *Histoire du commerce*, I, 298-99 ; 500-54 ; Rockhill, *The Journey*, 41-42, n. 3 ; Beazley, *The Texts*, 305-306.

[3] A Iohanne de Plano Carpini dicitur Soldanus de Rum, cf. supra, cap. V, n. 34.

[4] Est hodierna Taurica vulgo Crimea. Nomen ab habitatoribus antiquis (VI-XI saec.) Gazaris accipitur. Iohannes de Plano Carpini eos etiam commemorat, cap. V, n. 26 ; VII, n. 9 ; Benedictus Polonus, n. 6 ; cf. Rockhill, *The Journey*, 42, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 306, n. 6; Yule-Cordier, *The Book*, II, 492, n. ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 491-94.

[5] Scilicet Sebastopol, Hallberg, 296.

[6] Minus recte Rockhill S. Clementem successorem S. Petri immediatum dicit, *The Journey*, 43, n. 1. Circa S. Clementem, cf. A. Ciaconius, *Vitae et res gestae Pontificum Romanorum*, 90.

[7] A. Ciaconius, *Vitae et res gestae*, 91.

Digitized by Google

in cuspide [a] ad meridiem habet civitatem que dicitur Soldaia,[b] [1] que ex [c] transverso respicit Sinopolim, et illuc applicant omnes mercatores venientes de [d] Turchia [2] volentes ire ad terras aquilonares, et e [e] converso venientes de Roscia [3] et terris aquilonaribus volentes transire in Turkiam. Isti [f] portant varium et grisium [g] [4] et alias pelles pretiosas, alii portant telas de cotone sive wambasio [h] [5] et pannos sericos et species [i] aromaticas. Ad orientem vero illius provincie est civitas que dicitur Matrica,[j] [6] ubi cadit fluvius Tanais in mare Ponti per horificium habens latitudinem XIJ miliarium.

3. Ille enim fluvius antequam ingrediatur mare Ponti fecit quoddam mare versus aquilonem, habens in latitudine et longitudine septingenta miliaria, nusquam habens profunditatem ultra sex passus ; unde magna vasa non ingrediuntur illud, sed mercatores de Constantinopoli [k] applicantes ad predictam civitatem Matricam,[l] [7] mittunt barcas suas usque ad flumen Tanaim, ut

[a] D om. *in cuspide.* — [b] DL *Soldia.* — [c] D om. *e.* — [d] D *a.* — [e] SL *a.* — [f] S *illi.* — [g] SL *grysiam.* — [h] CDSL *gambasio.* — [i] CDSL *spēs.* — [j] L *Matritam.* — [k] CSL *Constantinopolim.* — [l] L *Thanaym.*

[1] Sudak, de cuius momento pro commercio tractant, Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, I, 297-99 ; Rockhill, *The Journey*, 43-44 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 450-51 ; Yule-Cordier, *The Book*, 3-4, n. ; Hallberg, 482.

[2] Sultania Rum seu Iconii, aut Sultania Seldjuk Turcorum, Rockhill, *The Journey*, 41-42, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 306, n. 9.

[3] Roscia est civitas ad os fluvii Tanais (Don), Heyd-Raynaud, *Histoire du commerce*, I, 205-208 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 452. Attamen Roscia verisimiliter hic pro Ruscia sumitur, cf. Heyd-Raynaud, *Histoire*, Beazley, *The Texts*, 306.

[4] Verisimiliter de sciuro et herminia dicitur. Rockhill, *The Journey*, 44, vertit « vaire and minever » ; Beazley, *The Texts*, 306-307 ; Matrod, *Le Voyage de Fr. Guillaume* vertit : « vair et petit gris ».

[5] Antiquitus bombacium dicebatur, Heyd-Raynaud, *Histoire du commerce*, II, 614.

[6] Haec civitas circa fretum Kertch sita erat, cf. Rockhill, *The Journey*, 44-45, n. 4 ; Hallberg, 340.

[7] Explanatio circa finalem cursum fluvii Tanais, quam Rubruc praebet, omnino hodiernis auctoribus quadrat, ex eo quod palus Maeotis (vulgo mare Azof) tantum partem fluvii constituit, et fretum Kertch os. Rockhill, *The Journey*, 45, n. 1 ; Beazley vero dicit fratrem Rubruc circa Tanais cursum errasse, *The Texts*, 307.

Digitized by Google

emant pisces siccatos,[a] sturiones [b] scilicet [c] et hosas borbatas [d] [1] et alios pisces infinite multitudinis.

4. Predicta ergo [e] provincia Cassaria cingitur mari in tribus lateribus, ad occidentem scilicet, ubi est Kersona civitas Clementis, et [f] ad meridiem ubi est civitas Soldaia [g] ad quam applicavimus,[h] que est cuspis provincie, et ad orientem mari Tanais [i] ubi est civitas Matrica [j] et orificium maris Tanais.

5. Ultra illud [k] orificium est Ziquia [l] [2] que non obedit Tartaris, et Suevi et Iberi ad orientem qui non obediunt Tartaris.[3] Postea versus meridiem est Trapesunda, que habet proprium dominum nomine Guido, qui est de genere Imperatorum Constantinopolis [m] qui obedit Tartaris.[4] Postea Sinopolis que est Soldani Turkie, qui similiter obedit. Postea terra Vastacii, cuius filius dicitur Ascar ab avo materno, qui non obedit.[5] Ab orificio Tanais versus occidentem usque ad Danubium totum est eorum, etiam ultra Danubium versus Constantinopolim, Blakia [6] que est terra

---

[a] C *scicatos.* — [b] C *scruriones* aut *struriones* ; D *biriones* ; L *sturiones.* — [c] S om. *scilicet.* — [d] C *borbotas.* — [e] DS *vero.* — [f] DS om. *et.* — [g] D *Soldena* ; L *Soldana.* — [h] DSL *applicuimus.* — [i] DSL *maritandis.* — [j] L *Matrita.* — [k] C *illum.* — [l] DSL *Zikia.* — [m] DSL *Constantinopolitanorum.*

---

[1] Qualis iste piscis fuerit, nescitur. Rockhill, *The Journey*, 45, n. 3, vertit « tench » quod latine tinca sonat. Quoad multitudinem piscium, cf. infra, cap. XIII, n. 10 ; et Ioh. de Plano Carpini, cap. IX, n. 13.

[2] Regio ad occidentem Kuban et ad septentrionem montium Caucasi sita, Rockhill, *The Journey*, 45-46, n. 4 ; Beazley, *The Texts*, 307 ; cf. Ioh. de Plano Carpini, cap. IX, n. 20.

[3] Suevi et Hiberi sive Georgiani a Tartaris victi fuerunt an. 1239. Cf. Ioh. de Plano Carpini, cap. V, n. 33.

[4] Guillelmus de Guidone sc. Andronikos Ghidos minus recte loquitur. Iste enim usque ad an. 1235 tantum regnavit. Successor eius Emmanuel Komnenos, tempore Guillelmi Trapesundae praefuit 1238-1263. Ab anno 1244 Trapesunda Tartaris subiecta erat, Rockhill, *The Journey*, 46, n. 3 ; Beazley, *The Texts*, 307.

[5] Iohannes III Doucas Vataces, Niceae Imperator 1222-1255. Filius eius erat Theodoros II Doucas Laskaris (= Ascar) ; mater vero Theodori Irena Laskaris nominabatur. Vataces Tartaris subiectus non erat sed tributum solvebat, cf. Rockhill, *The Journey*, 47, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 307.

[6] Scilicet Vallachia, seu Dacia.

Digitized by Google

Assani [a] [1] et minor Bulgaria [2] usque in Sclavoniam [b] [3] omnes solvunt eis tributum ; et etiam ultra tributum condictum [c] sumpserunt annis nuper transactis de qualibet domo securim unam et totum ferrum quod invenerunt in massa.

6. Applicuimus ergo Soldaiam [d] XIJ kalendis iunii.[e] [4] Prevenerant [f] nos quidam mercatores de Constantinopoli qui dixerant [g] venturos nuntios illuc de Terra Sancta, volentes ire ad Sartach.[h] [5] Ego tamen predicaveram publice in ramis palmarum [6] apud Sanctam Sophiam quod non essem nuntius nec vester nec alicuius, sed ibam apud illos incredulos secundum Regulam nostram.[7] Tunc cum applicuissem, monuerunt me dicti mercatores ut caute loquerer, quia dixerant [i] [323] me esse nuncium, et si dicerem me non [j] esse nuncium, quod non preberetur michi [k] transitus.

7. Tunc locutus sum hoc modo ad capitaneos [8] civitatis, immo ad vicarios capitaneorum, quia capitanei iverant ad Baatu in hyeme portantes tributum, et nondum [l] fuerant [m] reversi : « Nos audivimus dici [n] de domino vestro Sartach in Terra Sancta

---

[a] D *Assarii.* — [b] D *Solonomiam* ; S *Solonomam* ; L *Soloniam.* — [c] C *conditum* ; D repetit *condictum.* — [d] DSL add. *in.* — [e] DSL add. *et.* — [f] DL *prevenerunt.* — [g] L *dixerunt.* — [h] C *Sarcac* ; D *Sarthac* ; SL *Sarcaht* sic deinceps cum paucis variantibus lectionibus, quas negleximus. — [i] SL *dixerunt.* — [j] DS *si non dicerem me esse.* — [k] SL add. *in.* — [l] C *nundum* ; DS *non.* — [m] DS add. *adhuc.* — [n] DS *dixi.*

---

[1] Regnum Assanorum, seu Bulgaria-Dacia.

[2] Cf. P. Nikov, *Les Rapports des Tartares et des Bulgares*, 55-59.

[3] Verisimiliter de populis slavicis ad septentrio-orientem maris Adriatici hic sermo est, cf. Beazley, *The Texts*, 308.

[4] 21 maii.

[5] Sartach filius Batu secundum quosdam fidem christianam profitebatur, Mosheim, *Historia Tartarorum*, 55 ; Rockhill, *The Journey*. 48, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 308 ; Golubovich, *Biblioteca*, II, 388-89 ; secundum alios vero non, A. Rémusat, *Sartak prince mongol*, 98-101 ; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 163 ; III, 19 ; Lemmens, *Die Heidenmissionen*, 52-53 ; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 20-21 ; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 285 ; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 138.

[6] 13 aprilis.

[7] Cap. XII, De euntibus inter Saracenos et alios infideles, *Opuscula S. Patris Francisci*, 73 ; Boehmer, *Analekten*, 35.

[8] Sc. praefectos, cf. Ducange, *Glossarium*.

Digitized by Google

quod esset christianus, et gavisi sunt inde vehementer christiani et precipue dominus Rex Francorum christianissimus, qui ibi peregrinatur et pugnat contra Sarracenos ut eripiat loca sancta de manibus eorum ; unde volo ire ad Sartach, et portare ei litteras domini Regis, in quibus monet eum de utilitate totius christianitatis ». Et ipsi receperunt nos gratanter et dederunt nobis hospitium in ecclesia episcopali. Et Episcopus illius [a] ecclesie fuerat ad Sartach, qui multa bona dixit michi de Sartach, que ego postea non inveni.

8. Tunc dederunt nobis optionem, utrum vellemus habere [b] bigas cum bobus ad deportandum [c] res nostras, vel equos pro saginariis ; [d] et mercatores Constantinopolis [e] consuluerunt mihi quod [f] acciperem bigas, immo quod emerem proprias bigas coopertas, in quibus portant [g] Ruteni pelles suas, et in illis includerem res nostras quas nollem [h] cotidie deponere, quia [i] si acciperem equos, oporteret me in qualibet herbergia [j] [1] deponere et reponere [k] super alios equos,[l] et preterea equitarem lentiori gressu iuxta boves. Tunc acquievi consilio eorum, malo tamen, quia fui in itinere usque Sartach duobus mensibus, quod potuissem confecisse [m] uno mense si ivissem cum equis.

9. Attuleram mecum de Constantinopoli fructus et vinum muscatos [n] et biscoctum delicatum de consilio mercatorum, ad presentandum capitaneis primis, ut facilius pateret michi [o] transitus, quia nullus apud eos respicitur rectis oculis qui venit vacua manu.[2] Que omnia posui in una biga, quando non inveni ibi capitaneos civitatis, quia dicebant michi quod gratissima [p] forent Sartach, si possem deferre ea usque ad eum.

10. Arripuimus ergo iter circa kalendas iunii [3] cum bigis nostris IIIJ coopertis, et cum aliis duabus quas accepimus ab eis, in qui-

---

[a] DSL *ipsius*. — [b] C om. *habere*. — [c] SL *portandum*. — [d] DSL *summariis*. — [e] L *Constantinopolitani*. — [f] DS add. *non*. — [g] DSL *aportant*. — [h] S *vellem*. — [i] L *quod*. — [j] D *herbargia* ; S *herbagia*. — [k] D *exponere*. — [l] DS om. *equos*. — [m] DS *fecisse* ; L om. *confecisse*. — [n] C *muscatel* ; L *muscatum*. — [o] D om. *michi*. — [p] C *gravissima*.

---

[1] Cf. ibid. sub herebergia. Iohannes de Plano Carpini habet *stationes*.
[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 2.
[3] 1 iunii.

Digitized by Google

bus portabantur lectiscrinia ad dormiendum de nocte, et quinque equos dabant [a] nobis ad equitandum. Eramus enim quinque persone: ego, et socius meus frater Bartholomeus de Cremonia,[b] [1] et Gosset,[c] lator presentium,[2] et homo Dei turgemanus,[3] et puer Nicholaus quem emeram Constantinopoli [d] de vestra elemosina.[4] Dederunt etiam [e] duos homines qui ducebant bigas et custodiebant boves et equos.

11. Sunt autem alta promontoria super mare a Kersona usque ad orificium Tanais, et sunt quadraginta castella [5] inter Kersonam et Soldaiam, quorum quodlibet [f] fere habebat proprium ydioma; [g] inter quos erant multi Goti [6] quorum ydioma est teutonicum.[7]

12. Post illa montana versus aquilonem est pulcherima silva in planicie, plena fontibus et rivulis, et post illam silvam est

[a] D repetit *dabant*. — [b] SL *Cremona*. — [c] D *Gossel*; S *Goset*, et sic deinceps cum variantibus. — [d] C *Costantinopolim*. — [e] D add. *et*. — [f] C *quolibet*. — [g] C *ydoema*.

[1] De Ordine Fr. Minorum, qui antea Fr. Thomae, lectoris Ordinis apud Graecos, socius erat, cf. infra, cap. XXVIII, n. 10; Matrod, *Le Voyage de Fr. Guillaume*, I, 135; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 37, n. 3.

[2] De illo pluries Guillelmus loquitur.

[3] Homo Dei idem vult ac Abd-ullah, seu servus Allah; turgemanus vero est vox arabica *tarjuman* aut turca *terguman* ad intepretem designandum, cf. Rockhill, *The Journey*, 50, n. 1; Beazley, *The Texts*, 308; Matrod, *Le Voyage de Fr. Guillaume*, 136; P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême Orient*, 640.

[4] De commercio servorum in oriente, cf. Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, II, 555-63.

[5] Castrum, oppidum, cf. Ducange, *Glossarium*.

[6] Circa Gothos huius regionis, cf. Bruun-Remy, *Die Gothen am Pontus*; Rockhill, *The Journey*, 51, n. 1; Iohannes de Plano Carpini, cap. VII, n. 10; Benedictus Polonus, n. 6.

[7] Yule-Cordier, *The Book*, II, 492, n.; Matrod, *Le Voyage de Fr. Guillaume*, I, 137; Rockhill, *The Journey*, 51, n.

Lingua teutonica vel lingua vulgaris vulgo dietsch, illud idioma est quod infra limites sic dictas philologicas, in media aetate a Bononia Occeanensi (Boulogne s/m) per civitatem Hazebroeck et iuxta confines Belgicas currentes necnon et in parte cisrhenana, loquebantur. Ergo Fr. Guillelmo, qui de pago Rubruc intra has limites sito, haec lingua vernacula erat, quamvis gallicam linguam optime sciebat ut ex variis dicendi modis sole clarius apparet.

Digitized by Google

planicies maxima que durat per v dietas usque ad extremitatem illius provincie ad aquilonem,[1] que coartatur habens mare ad orientem et occidentem, ita quod est unum fossatum magnum ab uno mari usque ad aliud.[2] In illa planicie solebant esse Comani antequam venirent Tartari, et cogebant civitates predictas et castra ut darent eis tributum ; et quando venerunt Tartari tanta [a] multitudo Comanorum intravit provinciam [324] illam, qui omnes fugerunt usque ad ripam maris,[3] quod [b] comedebant se mutuo vivi morientes, secundum quod narravit michi quidam mercator, qui hoc vidit quod vivi devorabant et lacerabant [c] dentibus carnes crudas mortuorum, sicut canes cadavera.

13. Versus extremitatem illius provincie sunt lacus multi et magni, in quorum ripis sunt fontes salinastri,[d] quorum aqua quam cito intrat lacum efficitur sal durum ad modum glaciei,[4] et de illis salinis habent Baatu et Sartach magnos redditus; quia de tota Ruscia veniunt illuc pro sale, et de qualibet biga onusta [e] dant duas telas de cotone, valentes dimidiam yperperam.[f] [5] Veniunt etiam per mare multe naves pro sale, que omnes dant tributum secundum quantitatem sui.

14. Postquam ergo recessimus de Soldaia,[g] tertia die invenimus Tartaros, inter quos cum intravi, visum fuit michi recte quod ingrederer quoddam aliud seculum, quorum vitam et morem [h] vobis describo prout possum.[i]

---

[a] S om. *tanta*. — [b] C om. *quod*. — [c] D om. *et lacerabant*. — [d] C *salinastir*. — [e] C *honus*. — [f] C *yperperant* ; DS *ipperperam* ; L *iperperam*. — [g] SL *Soldia*. — [h] S *mores*. — [i] C *possem* ; CD om. titulum.

---

[1] Reclus, *Géographie universelle*, V, 824. [2] Isthmus Perekop.

[3] An. 1222 Tartari Tauricam (Crimea) invaserunt ; Comani ante eos fugerunt, Rockhill, *The Journey*, 52, n. 1. Comani, pro Rubruc sicut pro commentatoribus, iidem sunt ac Kiptchak, sed minus recte, quia variae erant tribus Kiptchak qui non sunt Comani. Comani ipsi praecedentes usurpatores sc. Petcheneguos, saec. X Rham inter et Iaec (Ural) viventes, fugaverunt sicut et Yuzos qui versus occidentem migraverunt. Comani ante Tartarorum adventum fugientes, partim Hungariam petunt ubi sub nomine Cuni in chronicis latinis inveniuntur, P. Pelliot, *A propos des Comans*, 133-34; cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 11.

[4] De magna quantitate salis in illis regionibus, cf. Rockhill, *The Journey*, 52, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 309.

[5] Yperperae valor circa 15 libras aureas erat.

Digitized by Google

De Tartaris et domibus eorum. Cap. II.

1. Nusquam habent *manentem civitatem sed futuram* ignorant.[a] [1] Inter se diviserunt Scithiam [b] que durat a Danubio usque ad ortum solis,[2] et quilibet capitaneus, secundum quod habet plures vel pauciores homines sub se, scit terminos pascuorum suorum et ubi debeat pascere in hyeme et estate, vere et autumpno. In hieme enim descendunt ad calidiores regiones versus meridiem, in estate ascendunt ad frigidiores versus aquilonem. Loca pascuosa sine aquis pascunt in hyeme quando est ibi nix, quia nivem habent pro aqua.[3]

2. Domum in qua dormiunt fundant super rotam de virgis cancellatis, cuius tingna [c] sunt de virgis, et conveniunt in unam parvulam rotam superius, de qua ascendit collum sursum tamquam fumigatorium, quam [d] cooperiunt filtro albo, et [e] frequentius imbuunt etiam [f] filtrum calce vel terra alba et pulvere ossium,[g] ut albius splendeat, et aliquando nigro. Et [h] filtrum illud circa collum superius decorant pulcra varietate picture. Ante hostium similiter suspendunt filtrum [i] opere polimitario variatum. Consuunt enim filtrum coloratum in [j] aliud, faciendo vites et arbores, aves et bestias.[4] Et faciunt tales domus ita magnas quod habent aliquando triginta [k] pedes in latitudine. Ego enim mensuravi semel latitudinem inter vestigia rotarum unius bige XX pedum, et quando domus erat super bigam excedebat extra rotas in utroque latere V pedibus ad minus.[l] Ego numeravi in una biga XXIJ boves trahentes unam domum, undecim in uno ordine secundum latitudinem bige, et alios XJ ante illos. Axis bige erat

---

[a] D *inquirunt.* — [b] C *Cichiam* ; SL *Cithiam.* — [c] C *tiga.* — [d] D *quod* ; L *quem.* — [e] C *ut.* — [f] C *et.* — [g] S *essuum.* — [h] L *etiam.* — [i] C om. *circa collum.... filtrum.* — [j] D *vel.* — [k] C *tringinta.* — [l] D *unus.*

---

[1] Cf. Hebr. XIII, 14 : *Non habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus.*

[2] S. Isidorus, *Etymologiarum libri*, PL 82, 500-501.

[3] Rockhill, *The Journey*, 53, n. 2 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 251-52 ; Iohannes de Plano Carpini, cap. IX, n. 13.

[4] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. II, n. 6 ; Rockhill, *The Journey*, 54-55, n. 1 : ubi varia auctorum extracta inveniuntur.

Digitized by Google

magnus ad modum arboris navis, et unus homo stabat in hostio domus super bigam minans boves.[1]

3. Insuper faciunt quadrangulos de virgulis fissis attenuatis,[a] ad quantitatem unius arce magne, et postea de una extremitate ad aliam elevant testudinem [b] de similibus virgis, et hostiolum faciunt in extremitate anteriori, et postea cooperiunt illam cistram sive domunculam filtro nigro imbuto cepo sive lacte ovino, ne possit penetrari pluvia, quod similiter decorant opere polimitario ; [c] et in talibus [d] arcis ponunt totam superlectilem suam et thesaurum, quas ligant fortiter super bigas altas quas trahunt cameli, ut possint [e] transvadere [f] flumina. Tales arcas nunquam deponunt de bigis. Quando deponunt domus suas mansionarias [325], semper vertunt portam [g] ad meridiem,[2] et consequenter collocant bigas cum arcis hinc [h] inde prope domum, ad dimidium iactum lapidis, ita quod domus stat inter duos ordines bigarum, quasi inter duos [i] muros.

4. Matrone sibi faciunt pulcherimas bigas, quas nescirem vobis describere nisi per picturam, immo omnia depinxissem vobis si scivissem pingere. Unus dives Moal sive Tartar habet bene tales bigas cum arcis C vel CC. Baatu habet XXVJ [j] uxores, quarum [k] quelibet habet unam magnam domum,[1] exceptis aliis parvis quas collocant post magnam, que sunt quasi camere in quibus habitant puelle ; [3] et ad quamlibet istarum domorum appendent bene [m] CC bige. Et quando deponunt domus, prima uxor deponit suam curiam in capite occidentali, et postea alie secundum ordinem suum, ita quod ultima uxor erit in capite [n]

---

[a] C *fillis attenuatis.* — [b] C repetit *testudinem.* — [c] DSL add. *vel plumario* ; D *pluviario.* — [d] C *talis.* — [e] SL *possunt.* — [f] SL *transvadare.* — [g] DL *portas.* — [h] L add. *et.* — [i] C add. *homines alias.* — [j] DS *XVI.* — [k] S om. *quarum.* — [l] D om. *domum.* — [m] DSL om. *bene.* — [n] C *capitate.*

---

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. II, n. 6 ; Rockhill, *The Journey*, ibid. ; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 287, n. 32.

[2] Ob ventos occidentales ibi praevalentes, Rockhill, *The Journey*, 56, n. 1 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 253-54, n. 1.

[3] De domorum principum magno numero, cf. Rockhill, *The Journey*, 56, n. 2.

Digitized by Google

orientali, et erit spacium inter curiam [1] unius domine et alterius iactus unius lapidis. Unde [a] curia unius divitis Moal apparebit quasi una magna villa, tamen paucissimi viri erunt in ea.

5. Una muliercula ducet XX bigas vel XXX, terra enim plana est. Et ligant bigas cum bobus vel camelis unam post aliam, et sedebit [b] muliercula in anteriori minans bovem, et omnes alie pari gressu sequentur.[c] Si contingat venire ad aliquem malum passum, solvunt eas et transducunt sigillatim. Vadunt enim lento gressu, sicut agnus vel bos potest ambulare.[d]

6. Postquam deposuerunt [e] domus, versa porta ad meridiem, collocant lectum domini ad partem aquilonarem. Locus mulierum [f] est semper ad latus orientale, hoc est ad sinistram domini domus, cum sedet in lecto suo versa facie ad meridiem ; locus vero virorum ad latus occidentale, hoc est ad dexteram.

7. Viri ingredientes domum nullo modo suspenderent pharetram ad partem mulierum. Et super capud domini est semper una [g] ymago quasi puppa vel statuuncula [h] de filtro, quam vocant fratrem domini, alia similis super capud domine, quam vocant fratrem domine, affixe parieti ; et superius inter utramque [i] illarum est una parvula macilenta, que est quasi custos totius domus. Domina domus ponit ad latus suum dextrum, ad pedes lecti in eminenti loco pelliculam hedinam impletam [j] lana vel alia materia et [k] iuxta illam, statuunculam parvulam respicientem versus famulas et mulieres. Iuxta hostium ad partem mulierum [l] est iterum alia ymago cum ubere vaccino pro mulieribus que mungunt [m] vaccas ; de officio enim feminarum est mungere vaccas. Ad aliud latus [n] hostii versus viros est alia statua cum ubere eque, pro viris qui mungunt equas.[2]

---

[a] CL *Una.* — [b] C *sedebat.* — [c] C *sequuntur.* — [d] S add. *De lectis eorum et poculis.* — [e] C *deposuerit.* — [f] L *mulieris.* — [g] D om. *una.* — [h] D *statunculam.* — [i] C *utrasque.* — [j] L *impleta.* — [k] C om. *et.* — [l] DS *mulieris.* — [m] C *inungunt.* — [n] C om. *latus.*

---

[1] Hoc in loco curia idem vult ac ordu. Ista vox in principio tentoria, quae in bigis transferebantur, significavit, cf. ibid., 57, n. 1.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 2 ; Rockhill, *The Journey*, 59-60, n. 1.

Digitized by Google

8. Et cum convenerunt [a] ad potandum, primo [b] aspergunt [c] de potu illi ymagini que est super capud domini, postea aliis ymaginibus per ordinem; postea exit minister domum cum ciphо[d] et potu, et spargit ter ad meridiem qualibet vice flectendo genu, et hoc ad reverentiam ignis; postea ad orientem et hoc [e] ad reverentiam aeris, postea [f] ad occidentem ad reverentiam aque; ad aquilonem prohiciunt pro mortuis.[1] Quando tenet dominus ciphum in manu et debet bibere, tunc primo antequam bibat [g] infundit terre partem suam. Si bibat sedens super equum, infundit antequam bibat super collum vel crinem [h] equi. Postquam ergo [i] minister sic sparserit ad quatuor latera [326] mundi revertitur in domum, et sunt parati duo famuli cum duobus cifis [j] et totidem patenis, ut deferant potum domino et uxori sedenti iuxta eum sursum in lecto. Et cum habet plures uxores, illa cum qua dormit in nocte sedet iuxta eum in die, et oportet quod omnes alie veniant ad domum illam illa die ad bibendum, et ibi tenetur curia die illa, et [k] exenia que deferuntur illa die domino,[l] deponuntur in thesauris illius domine. Bancus cum utre lactis vel cum alio potu et cum ciphis [m] stat in introitu.[n]

9. Faciunt in hieme optimum potum de risio, de milio, de tritico,[o] de melle, clarum sicut vinum, et defertur eis vinum a [p] remotis partibus.[2] In estate non [q] curant nisi de cosmos.[r] Cosmos [s] stat semper infra domum ante [t] introitum porte, et iuxta illum [u] stat citarista cum citherula sua.[v] Citaras et viellas nostras non vidi ibi, sed multa alia instrumenta que apud nos non haben-

---

[a] D *convenerint.* — [b] CSL *prima.* — [c] DL *spargunt.* — [d] C *cibo.* — [e] S om. *et hoc.* — [f] CD *post.* — [g] C om. *antequam bibat.* — [h] C om. *vel crinem.* — [i] DSL *vero.* — [j] C scribit *ciphus* et *cifus* et *cyphus.* — [k] C om. *et.* — [l] DSL om. *domino.* — [m] L om. *et cum ciphis.* — [n] C om. *et cum.... introitu*; S om. *stat in introitu* et add. titulum *Item de potibus eorum et qualiter alios provocant ad bibendum.* — [o] SL om. *de tritico.* — [p] L *de.* — [q] C *nec.* — [r] C *comos*; L *cosmo.* — [s] S om. *cosmos.* — [t] D *in.* — [u] S *illud.* — [v] D om. *sua.*

---

[1] Altunian, *Die Mongolen*, 57; Rockhill, *The Journey*, 61, n. 1.

[2] Cf. infra cap. XXVIII, nn. 1 et 15; cap. XXIX, n. 17 ubi quaedam nova narrat; Iohannes de Plano Carpini, cap. IV, n. 8, Tartarorum potus accuratius describit; cf. Rockhill, *The Journey*, 62, n. 1.

Digitized by Google

tur.[1] Et cum dominus [a] incipit bibere, tunc unus ministrorum exclamat alta voce: « Ha »! et citharista percutit citharam. Et quando faciunt magnum festum, tunc omnes plaudunt manibus et etiam [b] saltant ad vocem cithare, viri coram domino et mulieres coram domina. Et postquam dominus biberit, tunc exclamat minister sicut prius, et tacet citharista.[c] Tunc bibunt omnes in circuitu viri et mulieres, et aliquando bibunt certatim valde turpiter [d] et gulose.[2]

10. Et quando volunt aliquem provocare ad potum, arripiunt eum per aures, et trahunt fortiter ut dilatent ei gulam, et plaudunt et saltant coram eo. Item cum alicui volunt facere magnum festum et gaudium, unus accipit ciphum plenum, et alii duo sunt ei a dexteris et a sinistris, et sic illi tres veniunt cantantes et saltantes [e] usque ad illum cui debent porrigere ciphum, et cantant et saltant coram eo ; et cum porrigit manum ad recipiendum ciphum, ipsi subito resiliunt, et iterum sicut prius revertuntur ; et sic illudunt ei ter vel quater retrahendo ciphum, donec bene fuerit exhilaratus [f] et bonum habeat appetitum, et tunc dant ei cifum, et cantant et plaudunt manibus et ferunt [g] pedibus donec biberit.

De cibariis eorum.[h] Cap. III.

1. De cibis et victualibus eorum noveritis quod indifferenter comedunt omnia morticina sua, et inter tot pecora [i] et armenta non potest esse quin multa animalia moriantur.[3] Tamen in estate quamdiu durat eis cosmos, hoc est lac equinum, non curant de alio cibo.[4] Unde tunc si contingat eis mori bovem vel equum, siccant carnes scindendo [j] per tenues pecias et suspendendo ad solem et ventum, que statim sine sale siccantur absque aliquo [k]

[a] S om. *dominus*. — [b] DS om. *etiam*. — [c] D om. *tacet* ; hab. *tatharista*. — [d] L om. *turpiter*. — [e] DS om. *et saltantes*. — [f] CSL *exilatus*. — [g] DSL *terunt*. — [h] CD om. titulum. — [i] C *pectora*. — [j] C *cindendo*. — [k] DL *alio*.

[1] Pro variis musicae instrumentis apud eos, cf. ibid., n. 2.
[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IV, n. 7.
[3] Cf. ibid. ; Rockhill, *The Journey*, 63-64, n. 3.
[4] Cf. ibid., n. 8.

Digitized by Google

fetore. De intestinis equorum faciunt andulges [1] meliores quam de porcis, quas [a] comedunt recentes; reliquas carnes reservant ad hyemem. De pellibus boum faciunt utres magnos, quos mirabiliter siccant ad fumum.[2] De posteriori parte pellis equine [b] faciunt pulcherrimos sotulares.[c]

2. De carne unius arietis dant comedere L hominibus vel C; scindunt [d] enim minutatim in scutella cum sale et aqua, aliam enim salsam non faciunt, et tunc cum puncto [e] cultelli vel fuscinula [f] quas proprias faciunt ad hoc — cum qualibus [g] solemus comedere pira et poma cocta in vino — porrigunt cuilibet [327] circumstantium bucellam unam vel duas, secundum multitudinem comedentium. Dominus antequam ponitur caro arietis, in primo ipse accipit [h] quod placet ei, et etiam si dat alicui partem specialem, oportet quod accipiens comedat eam solus, et nemini [i] licet ei dare; [j] [3] sed [k] si non potest totum comedere, asportet secum vel det garcioni [l] [4] suo, si est [m] presens, qui custodiat ei; sin autem recondat in captargac [n] [5] suo, hoc est [o] bursa quadrata,[p] quam portant ad recondendum omnia talia; in quam etiam [q] ossa recondunt, quando non habent spatium bene rodendi [r] ea, ut postea rodant ne pereat aliquid de cibo.[6]

Quomodo faciunt cosmos.[s] Cap. IV.

1. Ipsum cosmos, hoc est lac iumentinum, fit hoc modo: [7] extendunt cordam longam super terram ad duos palos fixos

[a] L *quam.* — [b] DS *equi* — [c] L *soculares.* — [d] C *cindunt.* — [e] SL *puncta.* — [f] S *fuscilina.* — [g] C *qualibet*; SL *quolibet.* — [h] C *accipiet.* — [i] S *neminem.* — [j] D add. *de ea.* — [k] S om. *sed.* — [l] C *sationi.* — [m] C *ibi.* — [n] DL *saptargac.* — [o] DSL add. *in.* — [p] S *quadratata.* — [q] D *et.* — [r] C *rotendi.* — [s] CD om. titulum.

[1] Hillae, gallice andouille.

[2] Rockhill, *The Journey*, 65, n. 3; *Diary of a Journey*, 172.

[3] Cf. Iohannem de Plano Carpini, cap. IV, n. 8.

[4] Gallice garçon, Ducange, *Glossarium.*

[5] Mongolice dicitur Kabtaga seu Kabtagan, Rockhill, *The Journey*, 66, n. 1.

[6] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IV, n. 8.

[7] Praeparatio huius potus etiam apud Marcum Polo invenitur, Yule-Cordier, *The Book*, I, 259-60, n. 2.

Digitized by Google

in terra, et ad illam cordam ligant circa horam tertiam pullos equarum, quas volunt mungere. [a] Tunc stant matres iuxta pullos suos et permittunt se pacifice mungi; [b] et si aliqua est nimis indomita, tunc accipit unus homo pullum et supponit ei permittens parum [c] sugere, tunc retrahit illum et emunctor lactis succedit.

2. Congregata [d] ergo magna multitudine lactis, quod est [e] ita dulce sicut vaccinum, dum est recens, fundunt illud in magnum [f] utrem sive bucellum, [g] et incipiunt illud concutere cum ligno ad hoc aptato, quod grossum est inferius sicut capud hominis et cavatum subtus; et quam [h] cito concutiunt illud, incipit bullire sicut vinum novum et acescere sive [i] fermentari, et excutiunt illud donec extrahant butirum.

3. Tunc gustant illud, et quando [j] est temperate pungitivum, bibunt. [k] Pungit enim super linguam sicut vinum [l] raspei dum bibitur, et postquam homo cessat bibere, relinquit saporem [m] super linguam lactis amigdalini, et multum reddit interiora hominis iucunda, et etiam inebriat debilia capita; multum [n] etiam [o] provocat urinam.

4. Faciunt etiam caracosmos, hoc est nigrum cosmos, ad usum magnorum dominorum, hoc modo. Lac equinum non coagulatur. Regula enim est [p] quod nullius animalis lac, in cuius fetus ventre non [q] invenitur coagulum, coagulatur; in [r] ventre pulli equi non invenitur, unde lac eque non coagulatur. Concutiunt ergo lac in tantum quod omne [s] quod spissum est in eo vadit ad fundum recte, sicut feces vini, et quod purum est remanet superius, et est sicut lac [t] serum, vel [u] sicut mustum [v] album. Feces sunt albe multum, et dantur servis, et faciunt multum dormire. Illud clarum bibunt domini, et est pro certo valde suavis potus et bone efficacie.

---

[a] C *inungere*. — [b] C *inungi*. — [c] L *paululum*. — [d] C *congreata*. — [e] S om. *est*. — [f] C add. *in*. — [g] C *butellum*. — [h] C *quando*. — [i] C *fermentarii*. — [j] C *quantum*. — [k] L *bibent*. — [l] D om. *vinum*. — [m] C *sapore*. — [n] C hab. *iocunda*; SL *multam*. — [o] S *enim*. — [p] D om. *enim est*. — [q] C hab. *feci* loco *fetus*; DS *animalis in cuius fetus* (S *fetet*) *ventre non*. — [r] C om. *in*. — [s] D *omnino*. — [t] DSL om. *lac*. — [u] DS *et*. — [v] D *mulsum*.

Digitized by Google

5. Baatu habet XXX homines [a] circa herbergiam suam ad unam dietam, quorum quilibet [b] qualibet die servit ei de tali lacte centum equarum, hoc est qualibet die [c] lac trium milium equarum, excepto alio lacte albo quod deferunt alii.[1] Sicut enim in Siria [d] rustici dant tertiam partem fructuum, ita oportet quod ipsi afferant ad curias dominorum suorum lac equarum tercie diei.

6. De lacte vaccino primo extrahunt butirum, et bulliunt illud usque ad [e] perfectam decoctionem, et postea recondunt illud in ventribus arietinis quos ad hoc reservant ; et non ponunt sal in butiro, tamen propter magnam decoctionem non putrefit. Et reservant illud contra hyemem. Residuum lac quod remanet post butirum permittunt acescere [f] quantum acrius fieri potest, et bulliunt illud, et coagulatur [g] bulliendo ; et coagulum illud siccant [h] ad solem, et efficitur durum sicut scoria [328] ferri, quod recondunt in saccis contra hyemem. Tempore hyemali quando defficit eis lac ponunt illud acrum coagulum quod ipsi vocant grut [i] [2] in utre, et superinfundunt aquam calidam, et concutiunt fortiter donec illud resolvatur [j] in aqua, que ex illo [k] efficitur tota acetosa, et illam aquam bibunt loco lactis. Summe cavent ne bibant aquam [l] puram.

De bestiis quas comedunt, et de vestibus, ac de venacione eorum.[m]

Cap. V.

1. Magni domini habent casalia versus meridiem, de quibus afferunt [n] eis milium et farinam contra hiemem ; pauperes procurant sibi pro arietibus et pellibus commutando ; sclavi [o] etiam

[a] DSL *casalia.* — [b] D corr. in *quodlibet.* — [c] D superscripsit *die* relinquens *anno* in textu. — [d] D *Suria* ; SL *Syria.* — [e] C omittit *ad.* — [f] DL *accessi* ; S *acesseri.* — [g] D *coagulat.* — [h] DSL *desiccant.* — [i] C *grice* ; D *gruit* ; SL *griut.* — [j] L *solvatur.* — [k] L *illa.* — [l] C *quam.* — [m] CD om. titulum. — [n] C *affectunt.* — [o] C *solavi.*

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 24.

[2] Hoc est kurt populi Kirghiz ; kurut Afghanistanorum ; chura Tibetanorum, Rockhill, *The Journey*, 68, n. 2 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 264-65, n. 5.

Digitized by Google

implent ventrem suum aqua crassa et hoc contenti sunt. Capiunt etiam mures, quorum multa genera habundant ibi; [a] mures cum longis caudis non comedunt sed dant avibus suis; glires comedunt [b] et omne genus murium habens curtam caudam. Sunt etiam ibi multe marmotes,[c] quas ibi [d] vocant sogur, que conveniunt in una fovea in hieme XX vel XXX pariter et dormiunt sex mensibus, quas capiunt in magna multitudine.[1]

2. Sunt etiam ibi cuniculi habentes longam caudam sicut cata, et in summitate caude habentes [e] pilos nigros et albos.[2] Habent etiam [f] multas alias bestiolas bonas ad comedendum, quas ipsi valde bene discernunt. Cervos non vidi ibi, lepores paucos vidi, gaselos multos, asinos silvestres vidi in magna multitudine, qui sunt quasi muli; [3] vidi etiam aliud genus animalis quod [g] dicitur arcali,[4] quod habet recte corpus arietis et cornua tortua [h] ut aries, sed tante quantitatis quod vix poteram levare una manu duo cornua; et faciunt de cornibus istis [i] cifos magnos.

3. Habent falcones girfaus erodios [5] in magna multitudine, quos omnes portant super manum dextram, et ponunt semper falconi unam corrigiam parvulam circa collum que pendet ei usque ad medium [j] pectoris, per quam quando proiciunt eum ad predam, inclinant cum sinistra manu capud et pectus falconis ne reverberetur [k] a vento vel ne feratur sursum. Magnam ergo partem victus sui acquirunt venatione.

---

[a] L om. *Capiunt etiam.... ibi.* — [b] L om. *sed dant.... comedunt.* — [c] C *marmortes.* — [d] SL *ipsi.* — [e] C add. *illos*; DS *habent.* — [f] D *et.* — [g] C om. *quod.* — [h] D *torta.* — [i] DSL *illis.* — [j] DS *mediatatem.* — [k] SL *reverbetur.*

---

[1] Verisimiliter mus citillus; russice suslik, tursice sour, cf. Rockhill, *The Journey*, 69, n. 1; Yule-Cordier, *The Book*, I, 255-56, n. 3; Iohannes de Plano Carpini, cap. IV, n. 7.

[2] Yule-Cordier, *The Book*, I, 256, n. 3.

[3] Cf. ibid., 224 et 225, n. 3.

[4] Id est Ovis Poli. Primus inter auctores occidentis Fr. Guillelmus hoc animal proprio nomine vocat, sicut infra cap. XXII, n. 3 nomen mongolicum culan (khulan) dicit, Rockhill, *The Journey*, 69, n. 4; Yule-Cordier, *The Book*, I, 171; 176-77, n.

[5] Bergeron, *Voyages très curieux*, has voces vertit sic: « hérodiens et faucons »; Yule-Cordier, *The Book*, I, 273; *Cathay*, II, 229, « pere-

Digitized by Google

4. Quando volunt venari feras, conveniunt in magna multitudine, [a] et circumdant regionem in qua sciunt feras esse, et paulatim appropinquant sibi, donec concludant feras inter se quasi infra circulum, et tunc sagitant ad eas.[1]

5. De vestibus et habitu eorum noveritis, quod de Cataia et aliis regionibus orientis et etiam de Perside et aliis regionibus austri [b] veniunt eis panni serici et aurei [2] et tele de wambasio,[3] quibus induuntur in estate. De Ruscia, de Moxel [c] et de [d] maiori Bulgaria et Pascatu, que est maior Hungaria, et Kerkis,[e] [4] que omnes sunt regiones ad aquilonem et plene silvis, et aliis multis regionibus ad latus aquilonare que eis obediunt, adducuntur eis pelles preciose multi generis, quas nunquam vidi in partibus nostris, quibus induuntur in hieme. Et faciunt semper in hieme duas pelliceas ad minus, unam cuius pilus est ad carnem, aliam cuius pilus est extra ad [f] ventum et nives, que multotiens sunt de pellibus lupinis vel vulpibus vel papionibus ; [5] et dum sedent [g] in domo habent aliam delicatiorem. Pauperes faciunt illas exteriores de canibus et capris.

6. Faciunt etiam bracas de pellibus. Divites etiam forrant [h] vestes suas de stupa sete, que est supra modum mollis et levis et calida [329] ; pauperes forrant vestes de tela de wambasio, [i] delicatiori lana quam possunt extrahere de grossiori. De illa grossiori faciunt filtrum ad cooperiendum domos [j] suas et cistas,

---

[a] DL *conveniunt magna multitudo.* — [b] L *austrie.* — [c] C *Maxel.* — [d] D om. *de.* — [e] L *Kersis.* — [f] S L*contra.* — [g] D *edunt.* — [h] L *furrant,* et sic deinceps. — [i] SL add. *de.* — [j] C *domus.*

---

grine falcons » et sic etiam Rockhill, *The Journey,* 69, et n. 5 ; Beazley *The Texts,* 311.

[1] Circa modum venandi, cf. relationem B. Odorici, cap. XXVIII.

[2] Verisimiliter idem vult « ac nacchetti di seta e d'oro » apud Pegolotti, cf. Heyd-Raynaud, *Histoire du commerce,* II, 698; Rockhill, *The Journey,* 70, n. 2 ; Beazley vero hos pannos eosdem putat ac baldakinum et purpura quae apud Iohannem de Plano Carpini occurrunt, *The Texts,* 311.

[3] Cf. supra, cap. I, n. 2.

[4] Kerkis hic Circassi sunt.

[5] Cynocephalus papion ; Rockhill has pelles apud Mongolos in usu non fuisse putat, sed hic potius de melibus tractari, *The Journey,* 70-71, n. 4.

Digitized by Google

et etiam [a] ad lectiscrinia. De lana etiam et de [b] tertia parte pilorum equi admixta faciunt cordas suas. De filtro etiam faciunt panellos,[c] subsellas [d] et cappas contra pluviam, unde multum expendunt de lana. Habitum virorum vidistis. [e]

De rasura virorum, et ornatu mulierum. Cap. VI.

1. Viri radunt in summitate capitis quadrangulum, et ab anterioribus angulis ducunt rasuram per succuras [f] coste [g] capitis usque ad timpora. Radunt etiam tympora [h] et collum usque ad summum concavitatis cervicis, et frontem anterius usque ad frontenellam, super quam relinquunt manipulum pilorum descendentium usque ad supercilia. In angulis occipitis relinquunt crines quibus faciunt tricas, quas succingunt nodando [i] usque ad aures.[1]

2. Et habitus puellarum non differt ab habitu virorum nisi quod aliquantulum est longior. Sed in crastino postquam est nupta, radit calvariam suam a medietate capitis versus frontem; et habet tunicam latam sicut cucullam monialis, [j] [2] et per omnia latiorem et longiorem fissam ante, quam ligant sub dextro latere. In hoc enim differunt Tartari a Turcis, quod Turci ligant tunicas suas ad sinistram, Tartari semper ad dextram.[3]

3. Preterea [k] habent ornamentum capitis quod vocant bocca, quod fit de [l] cortice arboris vel alia materia quam possunt leviorem invenire, et est grossum et rotundum quantum potest duabus manibus amplecti, longum vero unius cubiti et plus,

---

[a] DS om. *etiam*. — [b] DS om. *de*. — [c] DL *penclos*. — [d] DL *subsellis*. — [e] D *vidisti*; C om. titulum. — [f] DSL om. *per succuras*. — [g] DSL *criste*. — [h] C om. *Radunt.... tympora*. — [i] C *vocando*. — [j] DL *monialem*. — [k] SL *postea*. — [l] C om. *de*.

---

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. II, n. 2.

[2] Ibid., n. 4.

[3] Ibid., n. 5. Haec nota etiam apud auctores sinenses saec. VI invenitur. Haec, dicit Beazley, res observandi magnam virtutem apud Guillelmum patefacit, *The Texts*, 312.

Digitized by Google

quadrum superius sicut [a] capitellum unius columpne.[1] Istud bocca cooperiunt panno serico precioso,[b] et est concavum interius, et super capitellum in medio vel super quadraturam illam ponunt virgulam de calamis pennarum vel cannis gracilibus, longitudinis similiter unius cubiti et plus. Et [c] illam virgulam ornant superius de pennis pavonis et per longum in circuitu pennulis caude marlardi [d] et etiam lapidibus preciosis. Divites domine istud [e] ornamentum ponunt in summitate capitis, quod stringunt fortiter almucia,[f] que foramen habet in summitate ad hoc aptatum, et in isto recondunt crines suos, quos recolligunt a parte posteriori ad summitatem capitis quasi in nodo uno, et reponunt in illo bocca, quod postea fortiter ligant sub [g] guttere. Unde quando equitant [2] plures domine simul et videntur a longe, apparent milites habentes galeas in capitibus cum lanceis elevatis. Illud enim bocca apparet galea et virgula [h] desuper lancea.

4. Et sedent omnes mulieres super equos sicut viri, diversificantes coxas, et ligant cucullas [i] suas panno serico aerii coloris super renes et alia fascia stringunt [j] ad mamillas, et ligant unam peciam albam sub oculis, que descendit [k] usque ad pectus.

5. Et sunt mulieres mire pinguedinis. Et que minus habent de naso, illa [l] pulchrior reputatur.[3] Deturpant etiam se [m] turpiter pingendo [n] facies suas. Nunquam cubant in lecto pro puerperio.

De officio mulierum, et operibus earum.[o] Cap. VII.

1. Officium feminarum est ducere bigas, ponere domos super eas et deponere, mungere vaccas, facere butirum et grut, parare pelles et consuere illas, [p] quas consuunt filo de nervis. Dividunt enim nervos [q] in minuta fila et postea illa con- [330] torquent

[a] C add. *capellum alias.* — [b] L *concavo.* — [c] L *sibi.* — [d] L *malardi.* — [e] D *illud.* — [f] D *cum aliuncia.* — [g] C *sunt.* — [h] SL om. *et virgula.* — [i] C *lingant circulas.* — [j] D add. *se.* — [k] SL *descendunt.* — [l] L om. *illa.* — [m] DS om. *se.* — [n] DL *pinguedine.* — [o] C om. titulum. — [p] DS *eas.* — [q] C *non vos.*

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. II, n. 5.
[2] Ibid., cap. IV, n. 11.
[3] Cf. infra, cap. X, n. 3.

Digitized by Google

in unum longum filum. [a] Consuunt etiam sotulares et soccos et alias vestes.[1] Vestes [b] nunquam lavant, quia dicunt quod Deus tunc [c] irascitur, et quod fiant tonitrua si suspendantur ad siccandum ; [2] immo lavantes verberant et eis auferunt. Tonitruum [d] supra [e] modum timent. Tunc [f] omnes extraneos emittunt de domibus suis, et involvunt se in filtris nigris in quibus latitant donec transierit. [3] Nunquam etiam lavant scutellas, immo, carne cocta, alveum in quo debent ponere eas [g] lavant brodio bulliente de caldaria, et postea refundunt in caldariam.[4] Faciunt etiam [h] filtrum, et cooperiunt domos.

2. Viri [i] faciunt arcus et sagittas, fabricant strepas et frena, et faciunt sellas, carpentant domos et bigas, custodiunt equos et mungunt equas, concutiunt ipsum cosmos, id est lac equinum, faciunt utres in quibus reconditur, custodiunt etiam camelos et onerant eos. Oves et capras custodiunt mixtim, et mungunt aliquando viri aliquando mulieres.[5] De lacte ovium acetoso inspisato et salso parant pelles.[6]

3. Quando volunt manus [j] vel capud lavare implent os suum aqua, et paulatim fundunt de ore [k] super manus suas et eadem humectant crines suos et lavant capud suum.[l] [7]

4. De nuptiis eorum noveritis quod nemo habet ibi uxorem nisi emat eam, unde aliquando sunt puelle multum adulte antequam nubant. Semper enim tenent eas parentes donec vendant eas. Servant [m] gradus consanguinitatis primum et secundum, nullum [n] servant affinitatis ; habent enim simul vel successive duas sorores.[8] Nulla vidua nubit inter eos, hac ratione quia

[a] D *filium*. — [b] DSL add. *vero*. — [c] L om. *tunc*. — [d] L *tonitrua*. — [e] L *super*. — [f] C ponit *timent* post *tunc*. — [g] D *eam*, sed exp. *m* ; C *vestes nunquam.... caldariam* habet ad c .l em paginae 329. — [h] SL *et*. — [i] DL *vires*. — [j] D add. *vel manus*. — [k] D add. *suo*. — [l] C om. *quando volunt.... suum*. — [m] DSL add. *etiam*. — [n] DS add. *autem*.

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IV, n. 11.
[2] Cf. ibid., n. 8.
[3] Cf. ibid.
[4] Cf. ibid.
[5] Cf. ibid., n. 10.
[6] Rockhill, *The Journey*, 77, n. 1.
[7] Hic usus hodierno die adhuc apud eos viget, cf. ibid., n. 2.
[8] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. II, n. 3.

Digitized by Google

credunt quod omnes qui serviunt eis in hac vita, servient in futura; unde de vidua credunt quod semper revertetur post mortem ad primum maritum.[1] Unde accidit turpis consuetudo inter eos, quod filius scilicet ducit[a] aliquando omnes uxores patris sui, excepta matre. Curia enim patris et matris semper accidit minori[b] filio. Unde oportet quod ipse provideat omnibus uxoribus patris sui, que[c] adveniunt ei cum curia paterna, et tunc si vult utitur eis pro uxoribus, quia non reputat sibi fieri[d] iniuriam si revertantur[e] ad patrem post mortem.[2]

5. Cum ergo aliquis fecerit pactum cum aliquo de filia accipienda, facit pater puelle convivium, et illa fugit ad consanguineos ut ibi[f] lateat. Tunc pater dicit: « Ecce filia mea tua est, accipe eam ubicumque inveneris ».[g] Tunc ille querit eam cum amicis suis donec inveniat eam, et oportet quod vi capiat eam et ducat eam quasi violenter ad domum suam.[h][3]

De iusticiis eorum et iudiciis, et de morte ac sepultura eorum.

Cap. VIII.

1. De iusticiis[i] eorum noveritis, quod quando duo homines pugnant, nemo audet se intromittere,[j] etiam pater non audet iuvare filium, sed qui peiorem habet partem appellet ad curiam domini, et si alius post appellationem tangat eum, interficitur. Sed oportet quod statim absque dilatione vadat, et ille qui passus est iniuriam ducit eum quasi captivum.

2. Neminem puniunt capitali sententia nisi deprehensus fuerit in[k] facto vel confessus. Sed quando diffamatus est a pluribus, bene torquent eum ut confiteatur. Homicidium puniunt

---

[a] D *ducet.* — [b] D *in primo*; L *iuniori.* — [c] C *quia.* — [d] D om. *fieri.* — [e] DSL *revertatur.* — [f] DSL *ubi.* — [g] SL *invenieris.* — [h] C *ducit;* CD om. titulum. — [i] D *rusticis.* — [j] DL *intermittere.* — [k] D *de.*

---

[1] Cf. ibid.

[2] Rockhill, *The Journey*, 78, n. 1 varios de hoc casus laudat; Yule-Cordier, *The Book*, I, 256, n. 5; cf. infra, cap. XXXII, n. 4.

[3] Similes casus apud populos Mongolorum vicinos enumerantur a Rockhill, *The Journey*, 78-79, n. 2.

Digitized by Google

capitali sententia, et etiam coitum cum non sua.[1] Non suam dico vel uxorem vel famulam, sua enim sclava licet [a] uti prout libet. Item enorme furtum puniunt morte.[2] Pro levi furto sicut pro uno ariete, dummodo non fuerit sepe deprehensus in hoc, verberant crudeliter, et si dant centum ictus oportet quod habeant centum baculos.[3] De illis dico qui verberantur per sententiam curie. Item falsos nuncios, qui scilicet [b] faciunt se nuncios et non sunt, interficiunt; item sortilegas, de quibus tamen [c] dicam vobis postea planius, [d] [4] quia tales reputant veneficas.

3. Quando aliquis moritur, plangunt vehementer ululando, et tunc sunt liberi quod non dant [e] vectigal usque ad annum. [f] Et si quis interest morti alicuius adulti, non ingreditur domum ipsius Manguchan [g] usque ad annum; si parvulus est qui moritur, non ingreditur usque post lunationem.[5]

4. Iuxta sepulturam defuncti semper relinquunt domum unam, [331] si est de nobilibus, hoc est de genere Chingis qui fuit primus pater et dominus eorum. Illius [h] qui moritur ignoratur sepultura; et semper circa loca illa ubi sepeliunt nobiles suos, est una herbergia hominum custodientium sepulturas. Non intellexi quod ipsi recondant thesaurum cum mortuis.[6] Comani faciunt magnum tumulum [i] super defunctum [j] et erigunt ei statuam versa facie ad orientem, tenentem ciphum in manu sua ante umbilicum. Fabricant etiam [k] divitibus piramides, id est domunculas acutas, et alicubi vidi magnas turres de tegulis coctis,[l] alicubi lapideas domos, quamvis lapides non inveniantur [m]

[a] C *libet.* — [b] S *et.* — [c] D om. *tamen.* — [d] SL *plenius.* — [e] L *dat.* — [f] C om. *usque ad annum*; D repetit *usque.* — [g] SL *Mangtham.* — [h] CDS *Ille.* — [i] C *magnam tumeliam.* — [j] C *defectum.* — [k] D *et.* — [l] C *tectis.* — [m] DSL *inveniuntur.*

[1] d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 408; Iohannes de Plano Carpini inter capitalis poenae reos homicidas non numerat, cf. relationem, cap. IV, n. 8; Rockhill, *The Journey*, 79-80, n. 2.

[2] Iohannes de Plano Carpini, cap. IV, n. 9.

[3] Ibid., sed haec poena, dicit Iohannes, pro denudandis consiliis infligitur.

[4] Cap. XXXIII.

[5] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 11, ubi haec poena omni qui morienti interest infligitur; cf. infra, cap. XXXI, n. 6.

[6] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 12.

Digitized by Google

ibi. Vidi quemdam noviter defunctum cui suspenderant pelles XVI equorum, ad quodlibet latus mundi quatuor, inter perticas altas, et apposuerant [a] cosmos ut biberet et carnes ut comederet, et tamen dicebant de illo quod fuerat [b] baptizatus. Alias vidi sepulturas versus orientem, areas scilicet magnas stratas lapidibus, aliquas rotundas, aliquas quadratas, et postea quatuor lapides longos erectos ad quatuor regiones mundi circa [c] aream.[1]

5. Quando aliquis infirmatur, cubat in lecto et ponit signum super domum suam quod ibi est infirmus,[d] et quod nullus ingrediatur.[2] Unde nullus visitat infirmum nisi serviens ei. Quando etiam aliquis de magnis curiis [e] infirmatur, ponunt custodes longe circa curiam, qui infra terminos illos neminem permittunt transire. Timent enim ne malus [f] spiritus vel ventus veniat cum ingredientibus.[g] Ipsos divinatores vocant, tamquam sacerdotes suos. [h]

Qualiter ingressi sunt inter barbaros, et de ingratitudine.

Cap. IX.

1. Quando ergo ingressi sumus inter istos [i] barbaros, visum fuit michi, ut dixi superius,[3] quod ingrederer aliud [j] seculum. Circumdederunt enim nos in equis, postquam diu fecerant nos expectare sedentes in umbra sub bigis nostris.[k] Prima questio fuit utrum unquam fuissemus inter eos. Habito quod non, inceperunt impudenter petere de cibariis nostris.[l] Dedimus eis [m] de pane biscocto et vino quod attuleramus nobiscum de villa. [4] Et potata una lagena vini, petierunt aliam, dicentes quod homo

[a] CSL *opposuerunt*; D add. *ei* — [b] D *fuerit*. — [c] C *citra*. — [d] CL *infirmatus*. — [e] D *curie*. — [f] S om. *ne*; DS *mala*. — [g] D add. *dum*. — [h] C om. *quando.... suos*; C om. titulum. — [i] SL *illos*. — [j] D *illud*. — [k] SL *nigris*, quod D correxit in *nostris*. — [l] DS add. *et*. — [m] S om. *eis*.

[1] Varii viatores hodierni hos tumulos antiquos descripserunt, cf. bibliographiam apud Rockhill, *The Journey*, 82, n. 1; Beazley, *The Texts*, 313.

[2] Cf. Iohannem de Plano Carpini, cap. III, n. 11.

[3] Cf. supra, cap. I, n. 14.

[4] Constantinopolis. Pro villa, cf. Ducange, *Glossarium*.

Digitized by Google

non ingreditur [a] domum uno pede : [b] dedimus eis, excusantes nos quod parum haberemus. Tunc quesiverunt unde veniremus et quo vellemus ire. Dixi eis superiora verba, quod audiveramus de Sartach quod esset christianus, et quod vellem ire ad eum quia habebam ei defferre litteras vestras. Ipsi diligenter quesiverunt utrum irem de mea voluntate vel utrum [c] mitterer. Ego respondi quod nemo coegit me ad eundum, nec ivissem nisi voluissem, unde de mea voluntate ibam et etiam de voluntate superioris mei. Bene cavi quod nunquam dixi me esse nuncium vestrum. Tunc quesiverunt quid esset in bigis, utrum esset aurum vel argentum vel vestes preciose que defferrem Sartach. Ego respondi quod Sartach bene [d] videret quid defferremus ei quando perveniremus ad eum, et quod non intererat [e] eorum ista inquirere [f] sed facerent me deduci usque ad capitaneum suum, et ipse si vellet michi prebere ducatum usque ad [g] Sartach faceret, sin autem reverterer.

2. Erat enim in illa provincia unus consanguineus Baatu capitaneus, nomine Scatatai,[h] [1] cui dominus Imperator Constantinopolis [1] [2] mittebat litteras deprecatorias quod permitteret me transire. Tunc ipsi acquieverunt, prebentes nobis equos et boves et duos homines qui deducerent nos, et alii qui adduxerant nos sunt reversi. Prius tamen antequam darent predicta, fecerunt nos diu expectare, petentes de pane nostro pro parvulis suis; et omnia que videbant super famulos nostros: cultellos, cirothecas,[3] bursas, corrigias, omnia admirantes et volentes habere. Excusabam me quia longa nobis restabat via, nec de-[332] bebamus ita cito spoliare nos rebus necessariis ad tantam viam perficiendam. Tunc dicebant quod essem baratator.[j] [4]

---

[a] C *ingrediatur.* — [b] L add. *et non.* — [c] L om. *utrum.* — [d] S om. *bene.* — [e] C *sed non intererant.* — [f] DSL *querere.* — [g] C om. *ad*, et *si.* — [h] D *Scatai.* — [i] DL *Constantinopolitanus* ; S *constanter.* — [j] DSL *batrator.*

---

[1] Rockhill, *The Journey*, 84, n. 1 illum Scatatai eumdem vult ac Carbon, qui apud Iohannem de Plano Carpini, cap. IX, nn. 13 et 49 occurrit. Hoc tamen non patet, cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 99; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I, 308-309; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 39-40, n. 5;

[2] Balduinus II, 1228-1261.

[3] Cf. Ducange, *Glossarium*, sub chirotheca.

[4] Deceptor, cf. ibid.

Digitized by Google

3. Verum est quod nichil auferunt [a] vi, sed importune valde et impudenter petunt quod [b] vident, et si dat eis homo perdit, quia sunt ingrati. Reputant enim [c] se dominos mundi, et videtur eis quod nichil debeat eis negari ab aliquo ; si non dat et postea indigeat servitio eorum, male ministrant ei.[1] Dederunt nobis bibere de lacte suo vaccino, a quo extractum [d] erat butirum, acetoso [e] valde, quod ipsi vocant airam.[f] [2] Et sic recessimus ab eis, et visum fuit michi recte quod evasissem de manibus demonum. In crastino pervenimus ad capitaneum.

4. Ex quo recessimus a Soldaia usque ad Sartach in duobus mensibus, nunquam iacuimus in domo nec in tentorio, sed semper sub divo vel sub bigis nostris, nec vidimus aliquam villam nec [g] vestigium alicuius edificii ubi fuisset villa, nisi tumbas Comanorum in maxima multitudine.[3] Illo sero dedit nobis garcio qui ducebat nos bibere cosmos, ad cuius haustum totus sudavi propter orrorem et novitatem, quia nunquam biberam de eo. Valde tamen sapidum videbatur michi, sicut vere est.

De curia Scha[ta]tay, et quod christiani non bibunt cosmos.[h] CAP. X.

1. Mane ergo obviavimus bigis Scatatay [i] honustis domibus, et videbatur michi quod obviaret michi civitas magna. Mirabar etiam [j] super multitudine armentorum, boum et equorum et gregum ovium. Paucos tamen [k] videbam homines qui ista gubernarent. Unde inquisivi [l] quot homines haberet sub se, et dictum fuit michi quod non plus quam quingentos, quorum medietatem transiveramus in alia herbergia.

2. Tunc incepit michi dicere garcio qui ducebat nos, quod aliquid oporteret Scatatay [m] ei dare, et ipse fecit nos stare et

[a] DS *abstulerunt.* — [b] D *que.* — [c] SL om. *enim.* — [d] L *contractum.* — [e] S *acetose.* — [f] L *apram.* — [g] L *vel.* — [h] CD om. titulum. — [i] DSL *Scatay.* — [j] D om. *etiam.* — [k] DS om. *tamen.* — [l] L *quesivi.* — [m] C *Scatauay* ; DSL *Scatay.*

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IV, n. 5 ; cap. IX, n. 6.

[2] Airan est potus ordinarius populi Kirghiz, Rockhill, *The Journey*, 85, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 314.

[3] Cf. supra, cap. VIII, n. 4.

Digitized by Google

precessit nuncians adventum nostrum. Iam erat hora plus quam tertia,[1] et deposuerunt domos suas iuxta quamdam aquam ; et venit ad nos [a] interpres ipsius, qui statim cognito quod nunquam fueramus inter illos, poposcit de cibis nostris : [b] dedimus ei. Poscebat etiam vestimentum aliquod, quia dicturus [c] erat verbum nostrum ante dominum suum.[d] Excusavimus nos. Quesivit quid portaremus domino suo. Accepimus unum flasconem de vino et implevimus unum veringal [2] de biscocto et platellum unum de pomis et aliis fructibus.[e] Non placebat [f] ei, quia non ferebamus aliquem pannum [g] preciosum.

3. Sic tamen ingressi sumus cum timore et verecundia. Sedebat ipse in lecto suo tenens citherulam in manu et uxor sua iuxta eum, de qua credebam in veritate quod amputasset sibi nasum inter oculos ut simior [h] esset, nichil enim habebat ibi de naso, et unxerat locum illum quodam unguento nigro et etiam supercilia, quod erat turpissimum in oculis nostris.

4. Tunc dixi ei verba supradicta.[i] Ubique enim oportebat nos dicere idem verbum. Super hoc enim eramus bene premoniti [j] ab illis qui fuerant inter illos, quod nunquam mutaremus verba nostra. Rogavi etiam eum ut dignaretur accipere munusculum de manu nostra, excusans me quia monachus eram, nec erat Ordinis nostri possidere aurum vel argentum [3] vel vestes preciosas ; unde non habebam aliquid talium quod possem [k] ei dare, sed de cibis nostris acciperet pro benedictione. Tunc fecit recipi, et distribuit statim [333] hominibus suis qui convenerant ad potandum. Dedi etiam ei litteras domini [l] Imperatoris Constantinopolis.[m] [4] Hoc fuit in octavis ascensionis.[5] Qui statim misit

[a] C om. *nos*. — [b] SL add. *et*. — [c] C *duturus*. — [d] L *domum suam*. — [e] SL add. *sed*. — [f] D *placabat*. — [g] C *panem*. — [h] L *sanior*. — [i] D om. *ei* ; hab. *verbum suprascriptum*. — [j] C *premuniti*. — [k] SL *possum*. — [l] SL om. *domini*. — [m] L *constantinopolitani*.

[1] Scilicet hora nona.

[2] Pelvis parva, Rockhill, *The Journey*, 86, n. 2 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 382 ; 384, n. 2.

[3] Cf. cap. IV Regulae fratrum Minorum, *Opuscula Patris Francisci*, 67 ; Boehmer, *Analekten*, 31-32.

[4] Cf. supra, cap. IX, n. 2.

[5] 5 iunii.

Digitized by Google

eas Soldaiam ut ibi interpretarentur, quia erant in greco, nec habebat secum qui sciret litteras grecas.

5. Quesivit etiam a nobis si vellemus bibere cosmos, hoc est lac iumentinum — christiani enim Ruteni et [a] Greci et Alani qui sunt inter eos, qui volunt stricte custodire legem suam non bibunt illud, immo non reputant se christianos postquam biberint, et sacerdotes eorum reconciliant eos tamquam negassent fidem Christi [b] [1] — tunc [c] ego respondi quod habebamus adhuc sufficienter ad bibendum, et cum ille potus deficeret [d] nobis, oporteret nos [e] bibere illud quod daretur [f] nobis. Quesivit etiam quid contineretur in litteris vestris [g] quas mittebatis Sartach. Dixi quod clause erant bulle vestre [h] et quod non erant in eis nisi verba bona et amicabilia. Quesivit etiam que verba diceremus Sartach. Respondi: « Verba fidei christiane ». Quesivit: « Que »? [i] quia libenter vellet audire. Tunc exposui ei prout potui per interpretem meum, qui nullius erat ingenii nec alicuius eloquentie, symbolum fidei. Quo audito ipse tacuit et movit caput.

6. Tunc assignavit nobis duos homines qui nos custodirent et equos et boves, et fecit nos [j] bigare secum donec reverteretur nuncius, quem ipse miserat pro interpretatione [k] litterarum Imperatoris, et ivimus cum eo usque in crastinum pentecostes. [2]

Quod Alani venerunt ad eos in vigilia pentecostes.[l] Cap. XI.

1. In vigilia pentecostes [3] venerunt ad nos quidam Alani qui ibi dicuntur Aas,[m] christiani secundum ritum Grecorum et

---

[a] SL om. *et*. — [b] DS *christianam* : L *christiani*. — [c] DS om. *Tunc*. — [d] C *post defideret*. — [e] D om. *oporteret nos*. — [f] DSL *daret*. — [g] C *nostris*. — [h] C *bulla nostra*. — [i] D *quine*. — [j] SL *nobis*. — [k] C *per interpretationem*. — [l] C om. titulum. — [m] D *Aaas* ; SL *Acias*.

---

[1] Hic usus etiam apud christianos Georgiae existebat, Dulaurier, *Les Mongols d'après les historiens Mongols*, 236 ; 338 ; Rockhill, *The Journey*, 87, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 314.

[2] 9 iunii.

[3] 7 iunii ; Rockhill, *The Journey*, 88 ; Beazley, *The Texts*, 314 ; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 159, habent 8 et 6 Iunii.

Digitized by Google

habentes litteras grecas et sacerdotes grecos, tamen non sunt scismatici sicut Greci,[a] [1] sed sine acceptione persone venerantur omnem christianum. Et detulerunt nobis carnes coctas, rogantes ut comederemus de cibo eorum et oraremus pro quodam defuncto eorum. Tunc dixi quod vigilia erat tante sollempnitatis, et quod illa die non comederemus carnes; et exposui eis de sollempnitate, super quo fuerunt multum gavisi, quia omnia ignorabant que spectant [b] ad ritum christianum, solo nomine Christi excepto.

2. Quesiverunt etiam [c] ipsi et alii multi christiani Ruteni et Hungari [2] utrum possent salvari, quia oportebat eos bibere cosmos et comedere morticina et interfecta [d] a sarracenis et aliis infidelibus — que etiam ipsi Greci et Ruteni sacerdotes reputant quasi morticina vel idolis immolata — etiam [e] quia ignorabant tempora ieiunii, nec poterant custodire etiam si cognoscerent. Tunc rectificabam [f] eos prout potui, docens et confortans eos [g] in fide.

3. Carnes quas detulerant reservavimus usque ad diem festum; nichil enim inveniebamus [h] venale pro auro vel [i] argento, nisi pro telis vel aliis pannis, et illas non habebamus — quando famuli nostri ostendebant [j] eis iperpera,[k] ipsi fricabant digitis et ponebant ad nares ut odore sentirent utrum esset cuprum [l] — nec dabant nobis cibum nisi lac vaccinum acrum valde et fetidum.[m] Vinum iam deficiebat nobis; aqua ita turbabatur ab equis, quod non erat potabilis. Nisi fuisset biscoctum quod habebamus et gratia Dei, forte fuissemus mortui.

---

[a] D om. *sicut Greci*. — [b] L *quod spectavit*. — [c] D om. *etiam*. — [d] C *interficia*. — [e] DSL om. *etiam*. — [f] C *rectificabant*; L *rectificabar*. — [g] L om. *eos*. — [h] C *inde emebamus*. — [i] DSL *et*. — [j] L *offendebant*. — [k] C *propera*; D *nummum*. — [l] C *captum*. — [m] C *feudum*.

---

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. VII, n. 9; *Sur les anciennes églises chrétiennes dans le Caucase*, 389; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 71; Rockhill, *The Journey*, 89, n. 1; cf. relationem Benedicti Poloni, n. 6.

[2] Ruteni et Hungari valde numerosi apud eos erant, sed ab originis terra longe dispersi, Beazley, *The Texts*, 315, 317.

Digitized by Google

De saraceno qui dixit se velle baptizari, et de hominibus qui ap[p]arent leprosi.[a] Cap. XII.

1. In die pentecostes [1] venit ad nos quidam sarracenus cui,[b] cum loqueretur nobiscum, incepimus exponere fidem. Qui audiens beneficia Dei exhibita humano generi in [c] incarnatione, et resurrectionem mortuorum et iudicium futurum et [d] quod ablutio [e] [334] peccatorum esset in baptismate, dixit se velle baptizari. Et cum pararemus nos ad baptizandum eum, ipse subito ascendit [f] equum suum, dicens iturum se domum et habiturum consilium cum uxore sua.

2. Qui in crastino loquens nobiscum, dixit quod nullo modo auderet recipere baptisma, quia tunc non biberet cosmos. Christiani enim illius contrate [g] hoc dicebant quod nullus vere [h] christianus deberet bibere, et sine potu illo non posset vivere in illa solitudine; a qua opinione nullo modo potui divertere eum.[1] [2] Unde noveritis pro certo [j] quod multum elongantur a fide propter illam opinionem, que iam viguit inter illos per [k] Rutenos, quorum maxima multitudo est inter eos.

3. Illa die dedit nobis ille capitaneus unum hominem qui nos deduceret usque ad Sartach et duos qui ducerent [l] nos usque ad proximam herbergiam, que inde distabat quinque dietis prout boves poterant ire. Dederunt etiam nobis unam capram pro cibo et plures utres lactis vaccini et de cosmos parum, quia illud preciosum est inter illos. Et sic arripientes iter recte in aquilonem,[3] visum fuit michi quod unam portam inferni transissemus. Garciones qui ducebant nos incipiebant nobis audacter furari, quia videbant nos parum cautos. Tandem amissis pluribus, vexatio dabat nobis intellectum.

---

[a] C om. titulum. — [b] DSL *qui*. — [c] DS om. *in*; hab. *resurrectione*. — [d] C om. *et*; DS om. *quod*. — [e] D *absolutio*. — [f] D add. *in*. — [g] DSL *loci*; D add. *contrade*. — [h] L *verus*. — [i] DSL *illum*. — [j] L *de cetero*. — [k] D om. *per*. — [l] D *ducunt*.

---

[1] 8 iunii. [2] Cf. supra, cap. X, n. 5.

[3] A Susdal usque Perekop, Fr. Guillelmus iter in aquilonem arripuit, non recte tamen sed potius cum directione aquilonari occidentali, Rockhill, *The Journey*, 91, n. 1; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 40, n. 3.

Digitized by Google

4. Pervenimus tandem ad extremitatem illius provincie que clauditur uno fossato ab uno mari usque ad aliud,[1] extra quam [a] erat herbergia eorum, apud quos cum intrassemus videbantur nobis omnes leprosi, quia erant viles homines ibi collocati, ut reciperent tributum ab accipientibus sal a salinis superius dictis.[2] Ab illo loco ut dicebant, oportebat nos ambulare xv diebus quod nos [b] non inveniremus populum. Cum illis bibimus cosmos, et dedimus illis unum veringal plenum biscocto ; [c] qui dederunt nobis octo personis [d] unam capram pro tanto itinere, et nescio quot utres plenos lacte vaccino.

5. Sic mutatis equis et [e] bobus arripuimus iter, quod perfecimus [f] x diebus usque ad aliam herbergiam ; nec invenimus aquam in ista [g] via nisi in fossis in convallibus factis, exceptis duobus parvis fluviis.[h] Et tendebamus recte in orientem [3] ex quo exivimus predictam provinciam Gasarie, habentes mare ad meridiem et vastam solitudinem ad acquilonem, que durat per xxx [i] dietas alicubi in latitudine, in qua nulla silva, nullus mons, nullus lapis, herba optima.

6. In hac solebant pascere Commani qui dicuntur Capchat,[j] [4] a Teutonicis vero dicuntur Valani et provincia Valania, [5] ab Ysidoro vero dicitur,[k] a flumine Tanay usque ad [l] paludes Meo-

---

[a] D *quod.* — [b] DS om. *nos.* — [c] SL *et panem biscoctum.* — [d] DSL *boves.* — [e] DSL om. *equis et.* — [f] C *perfectius.* — [g] DSL *illa.* — [h] DSL *fluminibus.* — [i] DSL *XX.* — [j] C *In hoc solebant* ; *Capthac* et sic deinceps. — [k] C *dividitur.* — [l] SL om. *ad.*

---

[1] Isthmus Perekop.

[2] Cf. supra, cap. I, n. 13.

[3] Postquam Fr. Guillelmus Tauricam per Perekop reliquerat, iter eius non iam « recte in orientem » conduxit, sed potius in aquilo-orientalem directionem, Rockhill, *The Journey*, 92, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 315.

[4] Tribus Kiptchak (Capchat), de qua Fr. Guillelmus hic loquitur, locum antiquae tribus illius nominis in regionibus hyperboreis (Ural) violenter usurpavit. Primitus Mongoli erant qui cum Ki-tan et Hi ineunte saec. XII ligati ad occidentem migraverunt. Isti tantum partem populationis nobiliorem efformaverunt, et mores tursicos assumpserunt. Princeps eorum Yu-li-ki ad fidem christianam conversus, an. 1223 a Mongolis vinctus et necatus est, P. Pelliot, *A propos des Comans*, 148.

[5] A Teutonicis falben seu Valwen vocati sunt, cf. ibid., 133-34.

Digitized by Google

tidis et Danubium, Alania.[1] Et durat ista terra in longitudine a Danubio usque Tanaym, qui est terminus Asie et Europe,[2] itinere duorum mensium velociter equitando, prout equitant Tartari ; que tota inhabitabatur [a] a Commanis Capchat, et etiam ultra a Tanay usque Etiliam, inter que flumina [b] sunt x [c] diete magne. Ad aquilonem istius provincie iacet Ruscia que ubique silvas habet, et protenditur a Polonia et Hungaria usque ad [d] Thanain, que tota vastata [e] est a Tartaris et adhuc cotidie vastatur.

De tediis que paciebantur, et sepulturis Comanorum.[f] CAP. XIII.

1. Preponunt [g] enim Ruthenis,[h] quia sunt christiani, sarracenos ; et cum non possunt dare amplius aurum vel argentum, ducunt eos et parvulos eorum tamquam greges ad solitudinem [335] ut custodiant [i] animalia eorum.

2. Ultra Rusciam ad acquilonem est Pruscia, [j] quam nuper subiugaverunt totam fratres Teutonici,[3] et certe de facili acquirerent Rusciam si apponerent manum. Si enim Tartari audirent quod magnus sacerdos, hoc est Papa, faceret crucesignari contra eos, omnes fugerent ad solitudines [k] suas.[4]

3. Ibamus ergo versus orientem, nichil videntes nisi celum et terram et aliquando mare ad dexteram, quod dicitur mare Tanays,[5] et etiam sepulturas Comanorum, que apparebant nobis a duobus leucis secundum quod solebant parentele eorum sepeliri simul.

---

[a] L *inhabitatur.* — [b] S *flamina.* — [c] C *quod.* — [d] D om. *ad.* — [e] S *vasta.* — [f] CD om. titulum. — [g] CSL *Proponunt.* — [h] DSL *Rutenis.* — [i] S *custodia.* — [j] SL *Ruscia.* — [k] C *sollicitudines*, sic paulo infra.

---

[1] *Etymolog. lib.*, PL 82, 504.

[2] Hoc iam ab Herodoto dicebatur, Rockhill, *The Journey*, 96, n. 2.

[3] An. 1228-1234, Prutz, *Storia degli Stati medioevali dell'Occidente*, I, 1040-1041.

[4] Fr. Guillelmus Tartarorum potentiam magnam cognovisse non videtur, sicut Fr. Iohannes de Plano Carpini.

[5] Palus Maeotis vulgo Azof.

Digitized by Google

4. Quamdiu eramus in solitudine, bene erat nobis, sed [a] tedium quod paciebar quando veniebamus ad mansiones eorum, non possum [b] exprimere verbis. [c] Volebat enim dux noster quod ad quemlibet [d] capitaneum ingrederer cum exennio, et ad hoc non sufficiebant expense. Cotidie enim eramus octo persone comedentes panem [e] nostrum — exceptis supervenientibus qui omnes volebant comedere nobiscum — nos enim eramus quinque, et ipsi tres qui ducebant nos : duo ducentes bigas, et unus iturus nobiscum usque ad Sartach ; carnes quas dabant non sufficiebant, nec inveniebamus aliquid venale pro moneta.[1]

5. Etiam quando sedebamus sub bigis nostris pro umbra, quia calor ibi erat magnus illo tempore, ipsi ita importune ingerebant [f] se nobis quod conculcabant nos, volentes omnia nostra videre. Si arripiebat eos [g] appetitus purgandi ventrem, non elongabant se a nobis quantum possit faba iactari, immo iuxta nos colloquentes mutuo faciebant immunditias suas, et multa alia faciebant que erant supra modum tediosa.

6. Super omnia autem [h] gravabat me quod, quando volebam eis dicere aliquod verbum edificationis, interpres meus dicebat : « Non faciatis me predicare, quia nescio talia verba dicere ». Et verum [i] dicebat. Ego enim percepi [j] postea, quando incepi aliquantulum intelligere idioma, quod quando dicebam unum, ipse totum aliud dicebat secundum quod ei occurrebat. Tunc videns periculum loquendi per ipsum, elegi magis tacere.

7. Ambulavimus ergo cum magno labore de mansione in mansionem, ita quod paucis diebus ante festum beate [k] Marie Magdalene [2] pervenimus [l] ad fluvium magnum Tanaim [m] qui dividit Asiam [n] ab Europa, sicut fluvius Egipti [o] Asiam ab Affrica.[3]

8. In illo loco quo applicuimus, fecerunt Baatu et Sartach fieri quoddam casale de Rutenis in ripa orientali, qui transferunt

---

[a] L *quod*. — [b] S *possem*. — [c] L *vobis*. — [d] S *quodlibet*. — [e] S om. *panem*. — [f] C *ingrediebant*. — [g] L *ea*. — [h] DS om. *autem*. — [i] L *vere*. — [j] DS *perpendi*. — [k] C om. *beate*. — [l] DSL *veni*. — [m] SL *Tanay*. — [n] S *Asia*. — [o] C *Epgipti*.

---

[1] Cf. supra, cap. XI, n. 3.

[2] Festum S. Mariae Magdalenae fit 22 iulii.

[3] Cf. supra, cap. XII, n. 6 ; et Rockhill, *The Journey*, 96, n. 2.

Digitized by Google

nuncios et mercatores cum naviculis. Ipsi transtulerunt nos primo et postea bigas, ponentes unam rotam in una barca et aliam in alia, ligantes barcas ad invicem, et sic remigantes transibant. Ibi egit dux noster valde stulte. Ipse enim credebat quod illi de casali deberent nobis ministrare equos et boves, [a] et dimisit animalia que adduxeramus in alia ripa ut redirent ad dominos suos, et quando postulavimus ab eis animalia, ipsi responderunt quod habebant privilegium a Baatu quod non tenerentur ad aliud nisi transferre euntes et redeuntes. Etiam a mercatoribus accipiebant [b] magnum tributum.

9. Stetimus ergo ibi in ripa fluminis [c] tribus diebus. Prima die dederunt nobis magnam borbotam [d] recentem,[1] secunda die panem [e] de siligine et parum de carnibus quas [f] acceperat procurator [336] ville hostiatim per diversas domos, [g] tertia die pisces siccos quos [h] habent ibi in magna multitudine.

10. Fluvius ille erat ibi tante latitudinis quante est Sekana [i] Parisius. Et antequam pervenissemus ad locum illum, transivimus multas aquas pulcherrimas et piscosissimas, sed Tartari nesciunt eos capere nec curant de pisce, nisi sit ita magnus quod possint comedere carnes eius, [j] sicut carnes arietinas.[2] Ille fluvius est terminus orientalis Ruscie, et oritur de paludibus Meotidis,[3] que pertingunt usque ad Occeanum ad aquilonem. Fluvius vero currit ad meridiem faciens quoddam magnum mare septingentorum millium [k] antequam pertingat ad mare Ponti, et omnes aque quas transivimus vadunt ad illas partes. Habet etiam predictum flumen magnam silvam in ripa occidentali. Ultra locum illum non ascendunt Tartari versus aquilonem, quia tunc temporis circa introitum augusti incipiunt redire versus

[a] DS om. *et boves*. — [b] C *accipiunt*. — [c] L om. *fluminis*. — [d] DSL *borbatam*. — [e] SL *pane*. — [f] C *quos* ; SL *quam*. — [g] DSL *domus*. — [h] S *siccas quas*. — [i] C *Secane* ; SL *sokena*. — [j] D om. *carnes eius*. — [k] C *vultum*.

[1] Verisimiliter rhombus piscis, cf. ibid., 97, n. 1.

[2] Cf. supra, cap. I, n. 3.

[3] Fr. Guillelmus primus post Herodotum fluvii Tanais ortum sicut in partibus septentrionalibus Russiae est, posuit, Rockhill, *The Journey*, 97, n. 2 ; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 41, 5.

Digitized by Google

meridiem, unde aliud est casale inferius ubi transeunt nuncii tempore hyemali.[1]

11. Eramus ergo ibi in magna angustia, quia nec equos nec boves inveniebamus pro pecunia. Tandem postquam ostendi [a] eis quod laborabamus [b] pro communi utilitate omnium christianorum, accommodaverunt nobis boves et homines; nos autem oportebat ire pedes.

12. Tunc temporis metebant siliginem. Triticum non proficiebat ibi bene; [c] milium habent in magna copia.

13. Mulieres Rutene ornant capita sicut nostre, sed supertunicalia [d] sua exterius ornant vario vel grisio a pedibus usque ad genua. Homines portant cappas sicut Teutonici, sed in capite portant pilleos de filtro, acutos [e] in summitate longo acumine.

14. Ambulavimus ergo tribus diebus non invenientes populum, et cum essemus valde fatigati et boves similiter, nec sciremus quorsum [f] possemus Tartaros invenire, occurrerunt [g] subito duo equi ad nos, quos recepimus cum gaudio magno, et ascenderunt eos dux noster et interpres, ut [h] specularentur quorsum possemus populum invenire. Tandem quarta die inventis hominibus gavisi sumus tamquam naufragi venientes ad portum. Tunc acceptis equis et bobus ivimus de mansione in mansionem, donec pervenimus usque ad herbergiam Sartach secundo kalendas augusti.[2]

De regione Sartach, et de gentibus illius.[i] Cap. XIV.

1. Regio ista ultra Tanaim est pulcherrima, habens flumina et silvas. Ad aquilonem sunt silve maxime, quas inhabitant duo genera hominum: Moxel [j] scilicet qui sunt sine lege, pure pagani.[3] Civitatem non habent, sed casulas in silvis. Dominus

[a] L *offendi*. — [b] DS *laboravi*. — [c] D om. *bene*. — [d] L *tunicula*. — [e] C *accuttos*. — [f] D *quomodo*. — [g] DSL *accurerunt*. — [h] C om. *ut*. — [i] C om. titulum. — [j] L *Moxes*.

[1] Cf. infra, cap. XIX, n. 2; et relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 13.

[2] 31 iulii.

[3] Moxel et Merdas duas partes populi Mordvini constituunt, cf. Rockhill, *The Journey*, 99, n. 1.

Digitized by Google

eorum et magna pars eorum fuerunt interfecti in Alemannia.[1] Tartari enim duxerant eos usque [a] ad introitum Alemannie, unde ipsi multum commendant Alemannos, sperantes quod adhuc liberabuntur per eos a servitute Tartarorum. Si mercator veniat ad eos, oportet quod ille apud quem primo descendit provideat ei quamdiu vult [b] esse inter eos. Si quis dormiat cum uxore alterius, ille non curat nisi videat propriis oculis ; unde non sunt zelotipi.[2] Habundant apud eos porci, mel et cera, pelles preciose et falcones. Post istos [c] sunt alii qui dicuntur Merdas, quos Latini vocant Merdinis, [d] et sunt sarraceni.

2. Post istos [e] est Etilia que est maior fluvius quem [f] unquam viderim, et venit ab aquilone [g] [337] de maiori Bulgaria tendens ad meridiem, et cadit in quemdam lacum [h] habentem spacium iiij^or^ mensium in circuitu, de quo postea dicam vobis.[3] Ista ergo duo flumina Tanais et Etilia, versus regiones aquilonis per quas transivimus, non distant ab invicem nisi x dietis,[4] sed ad meridiem multum dividuntur ab invicem. Tanais enim descendit in mare Ponti ; Etilia facit predictum mare sive lacum cum aliis multis fluminibus, que cadunt in illum de Perside.

3. Habebamus autem ad meridiem montes maximos,[5] in quibus habitant, in lateribus versus solitudinem illam, Cherkis [i] [6] et Alani sive Aas qui sunt christiani et adhuc pugnant contra Tartaros. Post istos prope mare sive lacum Etilie sunt quidam sarraceni qui dicuntur Lesgi [7] qui similiter non [j] obediunt. Post

[a] L om. *usque*. — [b] C *ultra*. — [c] DSL *illos*. — [d] DSL *Merduius*. — [e] DSL *illos*. — [f] C *quam*. — [g] C *ad aquilonem*. — [h] D *locum*. — [i] DS *Kerkis* : L *Cergis*. — [j] L om. *non*.

[1] Fr. Guillelmus Borussiae subiectioni alludit ; ibi etiam plurimi Russi perierunt, ibid., n. 2.

[2] Smirnow-Boyer, *Les Populations Finnoises*, 339 ; de Mordvinis loquens, matrimonium in sensu stricto inter eos non existere dicit.

[3] Cf. infra, cap. XVIII, n. 5.

[4] Distantia minima Tanaim inter et Rham 37 millia est. Ex his licet concludere quod Fr. Guillelmus ad orientem vel occidentem illius passus flumen Tanais transfretavit, Beazley, *The Texts*, 318.

[5] Montes Caucasi. [6] Circassi.

[7] Sub hoc nomine, De Morgan variorum populorum mixturam videt, qui hodiedum apud Daghestan vivunt, *Mission scientifique au Caucase*, II, 278 ; Rockhill, *The Journey*, 100, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 319.

Digitized by Google

hos [a] est porta ferrea, quam fecit Alexander ad excludendas barbaras gentes de Perside,[1] de cuius situ dicam vobis postea, quia transivi per eam in reditu. Et inter ista duo flumina in illis terris per quas transivimus habitabant Comani Capchac, antequam Tartari occuparent eos.[2]

De curia Sartach, et de gloria eius.[b] Cap. XV.

1. Invenimus ergo Sartach prope Ethiliam per tres dietas, cuius curia valde magna videbatur nobis, quia habet sex uxores, et filius eius primogenitus iuxta eum duas vel tres ; et quelibet habet domum magnam et bigas forte ducentas. Accessit autem ductor noster ad quemdam [c] nestorinum, Coiac nomine, qui est unus de maioribus curie sue. Ille fecit nos ire valde longe, ad domum [d] iam.[3] Iam [e] vocant illum qui habet officium recipiendi nuncios.

2. In sero precepit [f] dictus Coiac ut veniremus ad eum. Tunc incepit querere ductor noster quid portaremus ei, et cepit multum scandalizari quando vidit quod nichil parabamus ad portandum. Stetimus coram eo, et ipse sedebat in gloria sua, et faciebat sonare citharam et saltare coram se. Tunc dixi ei verba predicta qualiter veneramus ad dominum eius, rogans eum ut iuvaret nos ut dominus eius videret litteras nostras.[g] Excusavi etiam me

---

[a] C *os.* — [b] C om. titulum. — [c] L *quondam.* — [d] C add. *quis vocatur.* — [e] DSL add. *ita.* — [f] DS add. *nos.* — [g] D om. *nostras.*

---

[1] Haec legenda invenitur apud Koran, cap. XVIII ; cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 53-56 ; Beazley, *The Texts*, 319. De istis loquitur infra cap. XXXVII, nn. 18 et 20.

[2] Cf. supra, cap. XII, n. 6.

[3] Iam seu accuratius Khàn seu statio quae apud civitatem vel castrum erat, ubi viatores omnia ad iter peragendum inveniebant, Yule-Cordier, *The Book*, 433-38 ; Rockhill, *The Journey*, 101, 2 ; Beazley, *The Texts*, 319-20 ; cf. relationem B. Odorici, infra, cap. XXVII. Huiusmodi stationes ab Ogodai an. 1234 in Mongolorum imperium introductae fuerunt, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 63. Sed iam pro Fr. Guillelmo dominum huiusmodi hospitii significat, cf. infra, cap. XXVII, n. 3.

Digitized by Google

quia monachus eram, non habens neque recipiens neque tractans aurum vel argentum vel aliquid preciosum, solis libris et capella [1] in qua serviebamus Deo exceptis, unde nullum exennium afferebamus ei nec domino suo. Qui enim propria dimiseram, non poteram esse portitor [a] alienorum.

3. Tunc respondit satis mansuete quod bene faciebam, ex quo eram [b] monachus si servarem [c] votum meum ; et non indigebat rebus nostris, sed magis daret nobis de suis si indigeremus. Et fecit nos sedere et bibere de lacte suo. Et post pauca rogavit ut diceremus benedictionem pro eo, quod et fecimus. Quesivit etiam [d] quis esset maior dominus inter Francos. Dixi : « Imperator si haberet terram suam in pace ». « Non », inquit, « sed Rex ». Audiverat enim de vobis a domino Baldevino de Hemmonia.[e] [2] Etiam inveni ibi unum de sociis David, qui fuerat in Cipro, qui narraverat omnia que viderat.[3]

4. Tunc reversi sumus ad hospitium nostrum. In crastino misi ei unum flasconem de vino muscato, [f] quod optime se custodierat in tam longa via, et cophinum plenum biscocto, quod fuit ei gratissimum. Et retinuit illo sero famulos nostros secum.

5. In crastino mandavit michi quod venirem ad curiam afferens litteras Regis et capellam et libros mecum, quia dominus suus [g] [338] vellet ea videre. Quod et fecimus, honerantes bigam unam libris et capella, et aliam pane et vino et fructibus. Tunc fecit omnes libros et vestes explicari. Et [h] circumstabant nos

[a] SL *portator.* — [b] L *essem.* — [c] SL *sic servantem.* — [d] S *et.* — [e] DSL *Baldewyno de Hammona.* — [f] C *muscatel* ; L *muscate.* — [g] DS *meus,* quod D expungens correxit in *eius.* — [h] D om. *et.*

[1] Capella id est, ministeria et vasa ad sacra peragenda necessaria, cf. Ducange, *Glossarium.*

[2] Balduinus de Hannonia eques Imperatoris Balduini, an. 1240 regiam virginem comanicam in uxorem duxit, iter in Tartariam arripuit, Rockhill, *The Journey,* 102, n. 2 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography,* II, 279 ; 337.

[3] Socius David erat Marcus. Ad missionem ad Ludovicum IX a duce Eljigidāi directam quod attinet, Remusat, *Mémoires sur les relations politiques des Princes chrétiens,* 45 ; Rockhill, *The Journey,* XXVIII, putant eam veraciter exstitisse ; Beazley, *The Texts,* 320 ; *The Dawn of modern Geography,* II, 278 ; 318 ; 364 ; Fr. Guillelmus, cf. infra, cap. XXXVI, n. 8, e contra eam pro falsa accipiunt.

Digitized by Google

in equis multi Tartari et christiani et sarraceni. Quibus inspectis, quesivit si vellem omnia ista dare domino suo. Quo audito expavi et displicuit michi verbum. [a] Dissimulans tamen respondi : « Domine, rogamus quatinus dominus vester [b] dignetur recipere panem istum et vinum et fructus non pro exennio, quia exiguum quid est, sed pro benedictione ne vacua manu veniamus coram eo.[1] Ipse autem videbit litteras domini Regis et per eas sciet qua de causa venimus ad eum ; et tunc stabimus mandato eius et [c] nos et omnes res nostre. Vestes enim sacrate sunt, et non licet eas [d] contingere nisi sacerdotibus ». Tunc precepit quod indueremus nos ituri coram domino suo, quod et fecimus.

6. Ego autem indutus [e] preciosioribus vestibus, accepi in pectore pulvinar quod erat valde pulchrum, et bibliam quam dederatis michi, et [f] psalterium pulcherrimum quod dederat michi domina Regina, in quo erant picture valde [g] pulchre. Socius meus accepit missale et crucem. Clericus indutus superpelliceo accepit turribulum. Sic accessimus ante [h] domum [i] eius, et levaverunt filtrum quod pendet ante hostium, ut posset nos videre. Tunc fecerunt flectere genua [j] ter [k] clerico et interpreti, a nobis non requisierunt. Tunc monuerunt nos valde diligenter ut caveremus ingrediendo et egrediendo ne tangeremus limen domus, et ut cantaremus aliquam benedictionem pro eo.

7. Tunc ingressi sumus cantando : *Salve regina.*[2] In introitu autem hostii stabat bancus cum cosmos et cum ciphis, et convenerant omnes uxores eius, et ipsi Moal [l] ingredientes nobiscum comprimebant nos. Ille Coiac tulit ei turribulum cum incenso, quod ipse respexit tenens in manu diligenter. Postea tulit ei psalterium quod valde respexit et uxor eius sedens iuxta eum ; postea tulit bibliam. Et ipse quesivit si Evangelium esset ibi. Dixi : « Etiam tota sacra Scriptura ». Accepit etiam crucem in manu sua, et quesivit de ymagine utrum esset ymago Christi.

---

[a] C *non bene.* — [b] L *noster.* — [c] DSL om. *et.* — [d] SL *eis.* — [e] C *inductus.* — [f] DS om. *et.* — [g] SL om. *valde.* — [h] D *ad.* — [i] SL *dominum.* — [j] D *genu.* — [k] C *cum.* — [l] L *Moas.*

---

[1] Cf. Eccles., XXXV, 6 : *Non apparebis ante conspectum Domini vacuus.*

[2] U. Chevalier, *Hymnologium*, II, 519.

Digitized by Google

Respondi quod sic. Ipsi nestoriani et Hermeni nunquam faciunt super cruces suas figuram Christi, unde videntur male sentire de passione, vel erubescunt [a] eam.[1] Postea fecit circumstantes nos retrahere se, ut plenius posset videre ornamenta nostra. Tunc optuli ei litteras vestras cum transcriptis in arabico et siriano. Feceram enim eas transferri in Acon [2] in utraque lingua [b] et littera; et ibi erant sacerdotes Hermeni qui sciebant turcum et arabicum, et ille socius David qui sciebat syrianum et turkum et arabicum. [c]

8. Tunc exivimus et deposuimus vestimenta nostra, et venerunt scriptores et ille Coiac et fecerunt litteras interpretari. Quibus auditis, fecit recipi panem et vinum et fructus, et [d] vestimenta et libros fecit [e] nos reportare ad hospitium. Hoc actum [f] est in festo sancti Petri ad Vincula.[3]

Quod herent in mandatis adire Baatu patrem Sart[a]ch.[g]

CAP. XVI.

1. In crastino mane venit quidam sacerdos, frater ipsius Coiac, postulans vasculum cum crismate,[4] quia Sartach volebat illud videre ut dicebat.[h] Dedimus ei. Hora vespertina vocavit nos Coiac dicens nobis : « Dominus Rex scripsit bona verba domino meo, sed sunt in eis quedam [i] difficilia de quibus nichil auderet facere sine consilio patris sui ; unde oportet vos ire ad patrem suum. Et duas bigas quas adduxistis heri cum vestimentis et libris [339] dimittetis michi, quia dominus meus vult

[a] D *erubescant.* — [b] C *linga.* — [c] CL om. *et ille.... arabicum.* — [d] DL om. *et.* — [e] D *facit.* — [f] C *autem.* — [g] CD om. titulum ; S *herunt.* — [h] SL add. *et.* — [i] SL om. *quedam.*

[1] Cf. infra, cap. XXIV, n. 1 ; XXIX, nn. 34 ; 62. Nestoriani in ecclesiis eorum picturis aut imaginibus non utuntur, Rockhill, *The Journey,* 104-105, n. 3.

[2] Ab ista civitate Guillelmus Constantinopolim petiit, sic putat Rockhill, ibid., 105, n. 1.

[3] 1 augusti.

[4] Nestoriani sancto oleo non utuntur sed tantum oleo puro, Rockhill, ibid., n. 2 ; cf. infra, cap. XXXI, n. 4.

Digitized by Google

res diligentius videre ». Ego statim suspicatus sum malum de cupiditate eius, et dixi ei : « Domine non solum illas, sed etiam duas quas adhuc habemus relinquemus sub custodia vestra ». « Non », inquit, « illas [a] relinquetis, de aliis facietis velle [b] vestrum ». Dixi ei [c] quod nullo modo hoc posset fieri, sed totum dimitteremus ei. Tunc quesivit si vellemus morari in terra. Ego dixi : « Si bene intellexistis litteras domini Regis, potestis scire quod sic ». Tunc dixit quod oporteret nos esse multum pacientes et humiles. Sic discessimus ab eo illo sero.

2. In crastino mane misit unum sacerdotem nestorinum pro bigis, et nos duximus omnes quatuor. Tunc occurrens nobis frater [d] ipsius Coiac separavit omnia nostra ab ipsis rebus que tuleramus pridie ad curiam, et illa accepit tamquam sua, scilicet libros et vestimenta ; et Coiac preceperat quod ferremus nobiscum vestimenta quibus induti fueramus coram Sartach, ut illis indueremur coram Baatu, si expediret. Quas ille sacerdos abstuit a [e] nobis vi, dicens : « Tu attulisti [f] eas ad Sartach, modo vis erre Baatu ». Et cum vellem ei reddere rationem, respondit michi : « Ne loquaris nimis et vade viam tuam ».

3. Tunc necessaria fuit michi [g] patientia, quia apud Sartach non patebat nobis ingressus, nec [h] aliquis erat qui exhiberet nobis iustitiam. Timebam etiam de interprete, ne ipse aliqua aliter dixisset quam ego dixissem ei, quia ipse bene voluisset quod de omnibus fecissemus exennium. Unum erat michi solatium, quod [i] quando presensi cupiditatem eorum, ego subtraxi de libris bibliam et sententias [1] et alios libros quos magis diligebam. Psalterium domine Regine non fui ausus subtrahere, quia illud fuerat nimis notatum [j] propter aureas picturas que erant in eo.

4. Sic ergo reversi sumus cum duabus residuis bigis ad hospitium nostrum. Tunc venit ille qui debebat nos ducere ad Baatu, volens cum festinatione arripere iter. Cui dixi quod nulla ratione adducerem [k] bigas. Quod ipse retulit ad Coiac. Tunc precepit

---

[a] D *illa*. — [b] C *melle*. — [c] L om. *ei*. — [d] C *super*. — [e] DS om. *a* ; C *astulit* — [f] DSL *attulistis*. — [g] DL om. *michi*. — [h] D *ne*. — [i] DSL *quia*. — [j] S *vocatum*. — [k] DSL *ducerem*.

---

[1] Libri IV sententiarum Petri Lombardi.

Digitized by Google

Coiac [a] quod relinqueremus eas apud ipsum iam cum garcione nostro. Quod et fecimus.

5. Sic ergo euntes versus Baatu recte in orientem, tertia die pervenimus ad Ethiliam, cuius aquas cum vidi, mirabar unde ab aquilone descenderunt tante aque. Antequam recederemus a Sartach, dixit nobis supradictus Coiac cum multis aliis scriptoribus curie : « Nolite dicere quod dominus noster sit christianus. Non est enim christianus, [b] sed Moal ». Quia enim [c] nomen christianitatis videtur eis nomen cuiusdam gentis, in tantam superbiam sunt erecti quod quamvis forte aliquid credant de Christo, tamen nolunt dici christiani, volentes nomen suum, hoc est Moal, exaltare super omne nomen, nec volunt vocari Tartari. Tartari enim fuerunt alia gens de quibus sic didici. [d]

Quod Sarta[e]h et Ma[n]gucham et Koucham faciunt reverenciam christianis. Cap. XVII.

1. Tempore quo Franci ceperunt Anthiochiam, [1] tenebat monarchiam in illis lateribus aquilonis quidam qui vocabatur Coirchan.[e] [2] Coir [f] est proprium nomen, chan nomen dignitatis, quod idem est quod [g] divinator.[3] Omnes enim [h] divinatores vocant Chan. Unde principes dicuntur Chan, quia penes eos spectat regimen populi per divinationem. Unde legitur in hystoriam Antiochie quod Turci miserunt pro succursu [i] contra Francos ad Regem [j] Coirchan. De illis enim partibus [k] venerunt

[a] D *Coirchan.* — [b] C om. *Non.... christianus* ; SL om. *enim.* — [c] DSL om. *enim.* — [d] CD om. titulum. — [e] DSL *Concham.* — [f] DSL *Con*, et sic deinceps. — [g] S om. *est* ; SL *qui.* — [h] DSL om. *enim.* — [i] S om. *pro*, hab. *succursum.* — [j] DSL *regnum.* — [k] D om. *partibus.*

[1] Scilicet an. 1098.

[2] Id est Gur Chan seu Chan universalis. Hic titulus an. 1125 a Yeh-lii-Ta-shih, dynastiae Karakhitai fundatore, assumptus est. Rockhill, *The Journey*, 108-109, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 321 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 10 ; *Cathay*, I, 149, n. 1.

[3] Cham quod idem vult ac divinator, nullam relationem etymologicam cum Khan prae se fert, Rockhill, *The Journey*, ibid., 239, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 321.

Digitized by Google

omnes Turci.[1] Iste Coir erat Caracatai.[a] Cara idem est quod nigrum, Catai [340] nomen gentis, unde Caracatai idem est quod niger[b] Catai.[2] Et hoc dicunt[c] ad differentiam ipsorum Catai, qui sunt[d] in oriente super occeanum de quibus postea dicam vobis.[3] Isti Caracathai[e] erant in quibusdam alpibus per quas[f] transivi.

2. Et in quadam planicie inter illas alpes erat quidam nestorinus, pastor potens et dominus super populum qui dicebatur[g] Naiman,[h] qui erant christiani nestorini.[4] Mortuo Coirchan,[i] elevavit se ille nestorinus in Regem et vocabant eum nestoriani[j] Regem Iohannem,[5] et plus dicebant de ipso in decuplo quam veritas esset. Ita enim faciunt nestoriani[k] venientes de partibus illis, de nichilo enim faciunt magnos rumores. Unde disseminaverunt[l] de Sartach quod esset christianus et de Manguchan[m] et de Keuchan,[n][6] quia faciunt maiorem reverentiam christianis quam aliis populis. Et tamen in veritate christiani non sunt. Sic ergo exivit magna fama de illo Rege Iohanne. Et ego transivi per pascua eius, nullus aliquid sciebat de eo, nisi nestoriani

---

[a] S *Carsitatay*; L *Carstatay*. — [b] L *nigrum*. — [c] DL *dicitur*. — [d] SL *erant*. — [e] C *Caratai*; SL *Catay*. — [f] CDS *quos*. — [g] C *dicebantur*. [h] D *Nayman*; SL *Yayman*; Idem sc. *Naiman qui erant* habetur infra, cap. XXVII, n. 5. — [i] DSL *Concham*. — [j] DL *nestorini*. — [k] DL *nestorini*. — [l] L *disseminarentur*. — [m] C *Manduchan*; S *Maguchan*. — [n] D *Konchan*; SL *Kenchan*, et sic deinceps.

---

[1] Quinam illi sunt non patet. Iohannes de Plano Carpini de sultanato de Rum loquitur quod idem vult ac Turkia apud Guillelmum; Benedictus Polonus autem de Turkia agit ad Turkestan designandum, Rockhill, *The Journey*, ibid., n. 1; Beazley, *The Texts*, ibid.

[2] Nominis nigrorum Khitai origo nondum patet. Dynastia vero Khara Khitai, Hsi Liao nomine, an. 1224 a Yeh-lii-Ta-shih fundata erat et destructa fuit a Tartaris, ibid.; Bretschneider, *Mediaeval Researches*, 208-35.

[3] Cf. infra, cap. XXIX, nn. 47-50.

[4] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 27.

[5] Ultimus « Coir chan » e trono sublatus fuit an. 1211 aut 1212, et loco eius regnavit Kuchluk khan (Presbyter Iohannes secundum Fr. Guillelmum) qui erat de Naimanis, Rockhill, 110, n. 1; cf. introduction. gen.

[6] Kuyuk khan.

Digitized by Google

pauci. In pascuis eius habitabat Keuchan, apud cuius curiam fuit frater Andreas,[1] et ego etiam transivi per eam in reditu.

3. Huic Iohanni erat [a] frater [b] quidam, potens pastor similiter, nomine Unc ; [c] [2] et ipse erat ultra alpes ipsorum Caracatai [d] distans a fratre suo spacio [e] trium ebdomadarum, et erat dominus cuiusdam villule que dicitur Caracarum, populum habens sub se qui dicebantur Crit et Merkit, qui erant christiani nestorini.[3] Sed ipse dominus eorum, dimisso cultu Christi, sectabatur idola, habens secum sacerdotes ydolorum ; qui omnes sunt invocatores demonum et sortilegi.[f]

4. Ultra pascua istius, ad IX [g] vel XV dietas, erant pascua Moal,[4] qui erant pauperrimi homines sine capitaneo et sine lege, exceptis sortilegiis et divinationibus, quibus omnes in partibus illis intendunt. Et iuxta Moal erant alii pauperes, qui dicebantur

---

[a] D *fuit.* — [b] D om. *frater.* — [c] L *Unq.* — [d] CSL *Caratai.* — [e] L *spatium.* — [f] C *sortilege.* — [g] DSL *X.*

---

[1] Andreas de Longjumeau, a Ludovico IX an. 1238 Ierosolymam missus est, an. vero 1244 ab Innocentio IV ad christianos dissidentes Armeniae ; an. 1249 ad Mongolos missus, receptus fuit ab Ogul Gaimish, locum tenente defuncti Imperatoris, cf. de eo Daunon, *Histoire littéraire de la France*, t. XIII, 447-48 ; Beazley, *Dawn of the modern Geography*, II, 317-20 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 394-6 ; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 52-59 ; 128-38 ; A. Rastoul, *André de Longjumeau*, 1677-81.

[2] Filius Gurchan, Keraitorum Imperatoris, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 51.

[3] Crit verisimiliter sunt Keraiti, qui circa an. 1001-1012 ad christianismum conversi, apud flumina Orkhon et Tula ad meridio-orientem lacus Baikal vivebant ; Mekriti vero ad christianismum non sunt conversi, et populus vagus e stirpa turca erat, Rockhill, *The Journey*, 111, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 322 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 195 ; hoc tamen quoad mekritas a variis auctoribus contradicitur, Nau, *L'Expansion nestorienne*, 271-72 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 269 ; *Cathay*, I, 150-52, n. 1 ; cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. VII, n. 9.

[4] Nomen Moal ex forma turca Mogal ortum trahere videtur, cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 2 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 292-95, n. 5.

Digitized by Google

Tartari.[a] [1] Rex Iohannes mortuus fuit sine herede, et ditatus est frater eius Unc, et faciebat[b] se vocari Chan, et mittebantur armenta et greges eius[c] usque ad terminos Moal. Tunc temporis erat Chingis,[d] faber quidam [2] in populo Moal, et furabatur[e] de animalibus Uncchan quod poterat, in tantum quod conquesti sunt pastores Unc domino suo. Tunc congregavit exercitum et equitavit in terram Moal querens ipsum Chingis, et ille fugit inter Tartaros et latuit ibi. Tunc ipse Unc, accepta preda a[f] Moal et a[g] Tartaris, reversus est.

5. Tunc ipse Chingis alloqutus est ipsos Tartaros et ipsos Moal dicens : « Quia[h] sine duce sumus, opprimunt nos vicini nostri ». Et fecerunt eum[i] ducem et[j] capitaneum Tartari et Moal. Tunc latenter congregato exercitu irruit super ipsum Unc et vicit eum, et ille[k] fugit in Cathaiam. Ibi capta fuit filia eius, quam Chingis dedit uni ex filiis suis in[l] uxorem, ex quo ipsa suscepit istum qui nunc regnat Mangu.[m] [3]

6. Tunc ipse Chingis premittebat ubique ipsos Tartaros ; et inde exivit nomen eorum, quia ubique clamabatur : « Ecce Tartari veniunt ». Sed per crebra bella modo omnes fere deleti sunt. Unde isti Moal modo volunt extinguere nomen illud et suum elevare. Terra illa in qua primo fuerunt et ubi est adhuc curia Chingischan, vocatur Onankerule.[n] [4] Sed quia Caracaron[o] est[p] regio circa quam[q] fuit prima acquisitio eorum, illam civitatem[r] habent pro regali et ibi prope eligunt suum Chan.

---

[a] C *Tarcar.* — [b] S *faciebant.* — [c] D om. *eius.* — [d] L *Cyngis.* — [e] DS *ferebat.* — [f] SL om. *a.* — [g] D om. *a.* — [h] C *quod.* — [i] DSL *ipsum.* — [j] DS om. *et.* — [k] DSL *ipsum, et ipse.* — [l] C om. *in.* — [m] D *Magnu.* — [n] DSL *Maucherule.* — [o] D *Caracari* ; SL *Tartari.* — [p] C *et.* — [q] C om. *quam.* — [r] D om. *civitatem.*

---

[1] Tartari, de quorum origine quoad nomen et populum multum disputatur, cf. Rockhill, *The Journey*, 113-14, n. 1.

[2] Iohannes de Plano Carpini, cap. V, n. 3 ubi Chingis « robustus venator » dicitur.

[3] Filia Djagambo, fratris Unc Chani et sponsa Tului filii minoris Chingis Chani, cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 20.

[4] Regio a fluminibus Orkhon et Kerulan irrigata, Rockhill, *The Journey*, 116, n. 1 ; Uigurorum ducis sedes saec. VIII erat, et ruinae eius hodiedum sub nomine Kara Balgasun notantur.

Digitized by Google

De Ruthenis, et Hongaris, et Alanis, et de mari Caspio.[a]
Cap. XVIII.

1. De Sartach autem utrum credat in Christum vel non, nescio. [341] Hoc scio quod christianus non vult dici, immo magis videtur michi deridere christianos. Ipse enim est in itinere christianorum, scilicet Rutenorum, Blacorum, Bulgarorum[b] minoris Bulgarie, Soldainorum, Kerkisorum,[c] Alanorum, qui[d] omnes transeunt per eum quando[e] vadunt ad curiam patris sui, defferentes[f] ei munera, unde magis amplectitur eos. Tamen si sarraceni veniant et magis afferant, citius expediuntur. Habet etiam circa se nestorinos sacerdotes qui pulsant tabulam[1] et cantant officium suum.

2. Est alius qui dicitur Berca,[g][2] frater[h] Baatu,[i] qui pascit versus portam ferream, ubi est iter sarracenorum omnium venientium[j] de Perside et de Turkia. Qui euntes ad Baatu et transeuntes per eum defferunt ei munera: et ille facit se sarracenum, et non[k] permittit[l] in curia sua comedi carnes porcinas.[m] Tamen Baatu in reditu nostro preceperat ei quod transferret se de loco illo ultra Etiliam ad orientem, nolens nuncios sarracenorum transire per eum, quia[n] videbatur[o] sibi dampnosum. IIII[or] autem

[a] CD om. titulum. — [b] L *Butenorum Wulgarorum.* — [c] DSL *Verkisorum.* — [d] D *quia.* — [e] C *qui.* — [f] D *deferuntur.* — [g] C *Terra*; L *Berta.* — [h] L *super.* — [i] C *Boatu.* — [j] DS *qui veniunt.* — [k] D om. *non.* — [l] C add. *eum.* — [m] C *porchinas.* — [n] S add. *non.* — [o] D *videtur.*

[1] Tabula aut ferri massa funi affixa, qua primis temporibus Graeci et Orientis christiani pro servitio divino utebantur, Rockhill, *The Journey*, 116-17, n. 2; Sempad dicit, Yule-Cordier, *Cathay*, I, 263, quod apud nestorianos campanae ad modum Latinorum pulsantur et tabulae ad modum Graecorum percutiuntur, cf. Nau, *L'Expansion nestorienne*, 359, n. 1.

[2] Tertius filius Djudji, filii Chingis; post mortem Sartach, qui patri suo Batu successerat, et paulo post mortuus erat, Berka fratris sui Batu an. 1256 successionem obtinuit. Post novem annos regni an. 1265 Berka mortuus est et Sarai super Rham sepultus est, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, III, 377; 418-9; Hammer-Purgstall, *Goldenen Horde*, 144-81; Rockhill, *The Journey*, 117, n. 1; H. Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 277; Desmaisons, *Histoire des Mongols*, I, 180-81.

Digitized by Google

diebus quibus fuimus in curia Sartach, nunquam provisum fuit nobis de cibo, nisi semel de modico cosmos.[a]

3. In via vero inter ipsum et patrem suum habuimus magnum timorem. Ruteni enim et Hungari et Alani servi eorum, quorum est maxima [b] multitudo inter eos, associant se XX vel XXX simul et fugiunt de nocte habentes pharetras et arcus, et quemcumque [c] inveniunt de nocte interficiunt. De die latitant, et quando sunt equi eorum fatigati, veniunt de nocte ad multitudinem equorum in pascuis, et mutant equos, et unum vel duos ducunt secum ut comedant cum indiguerint. Occursum ergo talium timebat multum dux noster.[1] In illa via fuissemus [d] mortui fame, si non portavissemus nobiscum modicum de biscocto.

4. Venimus ergo [e] ad Etiliam, maximum flumen. Est enim in quadruplo maior quam Secana [f] et profundissima,[g] veniens de maiori Bulgaria, que est ad acquilonem, tendens in meridiem, cadens [h] in quemdam lacum sive quoddam mare quod modo vocant mare Sircan,[1 2] a quadam civitate que est super ripam eius in Perside, sed Ysidorus [j] vocat illud mare Caspium.[3] Habet enim montes Caspios et Persidem a meridie, montes vero Muliech,[k 4] hoc est Haxasinorum [l 5] ad orientem, qui contiguantur [m] cum

---

[a] S *casmos*. — [b] SL *magna*. — [c] C *quecumque*. — [d] C *fuissemus via*. — [e] S om. *ergo*. — [f] DSL *Sekena*. — [g] C *profundissimus*. — [h] SL om. *in meridiem cadens*. — [i] C *Siroan*. — [j] C *Ysodorus*, sic deinceps. — [k] DS *Mulihet*; L *Musihet*. — [l] C *Axasniorum*. — [m] C *contigantur*.

---

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini de eodem periculo, cap. IX, n. 4.

[2] Error amanuensis pro mare Servanicum aut Sevan. Est mare Caspium quod variis nominibus designatur, sc. mare Bacuc; mare Sarai, cf. Rockhill, *The Journey*, 118, n. 1.

[3] PL 82, 484; 486.

[4] Mulidet, cf. infra, cap. XXXII, n. 4, ibi Fr. Guillelmus dicit: « [Mangu] misit in terram Hasasinorum, qui dicuntur Mulibet ab eis »; Fr. Odoricus, cap. XXXV, n. 1 dicit Milistorte. Vox ex arabo Mulàhidah originem ducit, quae idem ac personae atheae vel impiae audit, cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 140-42; Cordier, *Voyage du Bx Odoric*, 467-83; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 153.

[5] Secta cultus interioris seu Melahideh vel Hachichihs nominati. Ab Hulagu an. 1256 destructi fuerunt. Fr. Guillelmus tamen errat circa

Digitized by Google

montibus Caspiis, ad aquilonem vero habet illam solitudinem in qua modo [a] sunt Tartari, prius vero erant ibi quidam Comani [b] qui dicebantur Cangle,[1] et ex illo latere recipit Etiliam que crescit in estate sicut Nilus Egipti. Ad occidentem vero habet montes Alanorum et Lesgi [2] et portam ferream et montes Georgianorum.

5. Habet ergo [c] illud mare tria latera inter montes, aquilonare vero habet ad planitiem. Frater Andreas ipse circumdedit duo latera eius, meridionale scilicet et orientale. Ego vero alia duo, aquilonare scilicet in eundo a Baatu ad Manguchan [d] et revertendo similiter ; [e] occidentale vero in revertendo de Baatu in Siriam ; IIII^or^ mensibus potest circumdari,[3] et non est verum quod dicit Ysidorus quod sit sinus exiens ab occeano.[4] Nusquam enim tangit occeanum, sed undique circumdatur terra.

De curia Baatu, et qualiter recepti fuerunt ab eo.[f] CAP. XIX.

1. Tota illa regio a latere occidentali istius maris, ubi sunt porta ferrea Alexandri et montes Alanorum, usque ad occeanum acquilonarem et paludes Meotidis, ubi oritur Tanais, solebat dici Albania.[5] De qua dicit Ysidorus quod habet canes ita magnos tanteque ferocitatis [g] ut tauros premant, leones perimant. Quod verum est, prout intellexi a narrantibus, quod ibi versus occeanum

[a] L *Moal.* — [b] DS om. *Comani.* — [c] L *igitur.* — [d] L *Maguchan.* — [e] DSL *silum.* — [f] C Dom. titulum. — [g] DSL *feritatis.*

huius populi positionem : in Syria, Irania, Dilem et Khorasan, Hammer-Purgstall, *Origine potenza et caduta degl'Assasini* ; Rockhill, *The Journey*, 118, n. 3.

[1] Seu Kangitae apud Iohannem de Plano Carpini, cap. IX, n. 22, ad orientem fluminis Iaic vivebant, Rockhill, *The Journey*, 119, n. 1. Nomina Kangly et Kiptchak in principio eadem fuisse videtur, Barthold-Stübe, *Zur Geschichte des Christentums*, 60, n. 1 ; cf. Rockhill, ibid., ubi sententiarum series circa istud exponitur.

[2] Cf. supra, cap. XIV, n. 3.

[3] Hoc ab auctoribus communiter tenetur.

[4] PL 82, 484 ; 486.

[5] Haec ex libris Etymologiarum S. Isidori PL 82, 334 ; 501 sumpta sunt, quae etiam apud Solinum, *Collectanea*, XV, 5 inveniuntur et sumpta fuerunt ex *Historia naturali* Plinii, VIII, 147.

Digitized by Google

aquilonarem faciunt [342] canes trahere in bigis sicut boves propter magnitudinem et fortitudinem eorum.[1]

2. In illo [a] ergo loco ubi nos applicuimus super Ethiliam est casale novum quod fecerunt Tartari de Rutenis et sarracenis [b] mixtim,[2] qui transponunt nuncios et [c] euntes et redeuntes ad curiam [d] Baatu, quia Baatu est in ulteriori ripa versus orientem, nec transit illum locum ubi nos applicuimus ascendendo in estate, sed iam incipiebat descendere. A [e] ianuario enim usque ad augustum ascendit ipse et omnes alii versus frigidas regiones, et in augusto incipiunt redire.[3]

3. Descendimus ergo in navi ab illo casali usque ad curiam eius, et ab illo loco usque ad villas maioris Bulgarie [4] versus aquilonem sunt quinque diete. Et miror quis diabolus portavit illuc legem Machometi.[5] A porta enim ferrea que est exitus Persidis, sunt plus quam triginta diete per transversum solitudinis [f] ascendendo iuxta Ethiliam usque in illam Bulgariam, ubi [g] nulla civitas nisi quedam casalia prope ubi cadit Ethilia in mare. Et illi Bulgari sunt pessimi sarraceni, fortius tenentes legem Machometi quam aliqui alii.

4. Quando ergo vidi curiam Baatu expavi, quia videbantur [h] proprie [i] domus eius quasi quedam magna civitas protensa in

[a] D *hoc.* — [b] SL om. *et sarracenis.* — [c] DSL om. *et.* — [d] C add. *ad.* — [e] SL *De.* — [f] DSL *solitudinem.* — [g] D expunxit *ubi.* — [h] C *videbatur.* — [i] C *prope.*

[1] Ob conceptionem nimis largam Albaniae, Fr. Guillelmus in hoc loco de canibus loquitur ubi Ibn Batuta, *Voyages*, II, 399; 402, in terra Tenebrarum de eis agit, sic etiam Marcus Polo, Yule-Cordier, *The Book*, II, 480, et missionarii Franciscani, Bihl-Moule, *Tria nova documenta*, 68.

[2] Verisimiliter oppidum Ukek, Rockhill, *The Journey*, 120-21, n. 2; Beazley, *The Texts*, 325.

[3] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 13.

[4] Secundum Rockhill, *The Journey*, 121-22, n. 1, hic de antiqua civitate Bulgar auctorum mahumeticorum agitur, cuius situs nunc a castro Bolgary seu Uspenskoye occupatur, sc. inter Kazan et Simbirsk, infra confluentiam fluviorum Rhae (Wolga) et Kamae.

[5] Religionem mahumeticam apud istos Bulgaros circa finem saeculi XIII praedicatam fuisse videtur. Maçoudi vero, *Les Praires d'Or*, II, 58, saec. IX; Bretschneider, *Notices of the mediaeval Geography and History*, 255-57, hoc locum habuisse circa nonum annum Hegirae, Rockhill, *The Journey*, 121, n. 1.

Digitized by Google

longum et populis undique circumfusa [a] usque ad tres vel quatuor leucas. Et sicut populus Israel sciebat unusquisque ad quam regionem tabernaculi deberet figere tentoria,[1] ita ipsi sciunt ad quod latus curie debeant se collocare quando [b] ipsi deponunt domus. Unde dicitur curia orda lingua eorum, quod sonat medium,[2] quia semper est in medio hominum suorum, hoc excepto quod recte ad meridiem nullus se collocat, quia ad partem illam aperiuntur porte curie. Sed a dextris et a sinistris extendunt se quantum volunt secundum exigenciam locorum, dummodo recte ante curiam vel ex opposito curiae non descendant.[c]

5. Fuimus ergo ducti primo [d] ad quemdam sarracenum, qui non providebat nobis de aliquo cibo. Sequenti die ducti [e] fuimus ad curiam, et fecerat extendi magnum tentorium, quia domus non potuisset [f] capere tot homines et mulieres quot convenerant. Monuit nos ductor noster quod [g] nichil [h] loqueremur donec Baatu preciperet,[i] et quod [j] tunc loqueremur breviter. Quesivit etiam utrum unquam miseratis [k] nuncios ad eos. Dixi qualiter miseratis ad Keuchan,[3] et quod nec ad ipsum misissetis [l] nuncios nec ad Sartach litteras, nisi credidissetis [m] eos fuisse christianos, quia non pro timore aliquo sed ex congratulatione, quia audiveratis eos esse christianos, misistis. Tunc duxit nos ante [n] papilionem, et monebamur ne tangeremus cordas tentorii quas ipsi reputant loco liminis domus.[4] Stetimus ibi nudis pedibus in habitu nostro discoopertis capitibus, et [o] eramus spectaculum magnum in oculis eorum.[p] Fuerat enim ibi frater Iohannes de Policarpo,[5] sed ipse

---

[a] C *confusus* ; DSL *circumfusus*. — [b] C *quoniam*. — [c] DSL *descendunt*. — [d] DSL om. *primo*. — [e] DSL om. *ducti*. — [f] D *potuit*. — [g] DSL *ut*. — [h] SL *non*. — [i] C *perciperet*. — [j] L om. *quod*. — [k] SL om. *unquam* ; SL *misissetis*. — [l] D *miseritis*. — [m] C *credissetis*. — [n] SL *ad*. — [o] C om. *et*. — [p] C *nostris*.

---

[1] Cf. Numer., I, 51-53 ; II, 1-31.

[2] Cf. supra, cap. II, n. 4.

[3] Allusio ad missionem Fr. Andreae, O. P., an. 1247, cf. Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 58.

[4] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 7 ; IX, n. 33 ; et B. Odorici, cap. XXVI, n. 5.

[5] Iohannes de Plano Carpini.

Digitized by Google

mutaverat habitum,[1] ne contempneretur quia erat nuncius domini Pape.

6. Tunc introducti sumus [a] usque ad medium tentorii, nec requisierunt ut faceremus aliquam reverentiam genua flectendo, sicut solent facere nuncii. Stetimus ergo coram eo quantum posset dici : *Miserere mei Deus*,[2] et omnes erant in summo silentio. Ipse vero sedebat super solium longum et latum, sicut lectus, totum deauratum, ad quod ascendebatur tribus gradibus, et una domina iuxta eum. Viri vero diffusi sedebant a dextris, domine [b] a sinistris, et [c] quod non implebant mulieres ex parte sua,[d] quia erant ibi sole [343] uxores Baatu, implebant viri. Bancus vero cum cosmos et ciphis magnis [e] aureis et argenteis ornatis lapidibus preciosis erat in introitu tentorii.[3] Respexit ergo nos [f] diligenter [g] et nos eum, et videbatur michi similis in statura domino Iohanni de Bellomonte,[4] cuius anima requiescat in pace. Erat etiam vultus eius tunc perfusus gutta rosea.[5]

7. Tandem precepit ut loquerer. Tunc ductor noster precepit ut flecteremus genua et loqueremur. Flexi unum genu tamquam homini. Tunc innuit quod ambo flecterem, quod et feci, nolens contendere super hoc. Tunc precepit ut [h] loquerer. Et ego cogitans quod orarem Deum,[i] quia flexeram ambo genua, incepi verba ab [j] oratione dicens : « Domine nos oramus Deum a quo cuncta bona procedunt, qui dedit vobis ista terrena, ut post hec det vobis celestia, quia hec sine illis vana sunt ». Et ipse diligenter

---

[a] D *inducti* ; SL *induti* ; DSL *fuimus*. — [b] DSL add. *et*. — [c] DSL om. *et*. — [d] L *una*. — [e] DSL *maximis*. — [f] SL om. *nos*. — [g] SL *diligentius*. — [h] DSL *quod*. — [i] L *Dominum*. — [j] L om. *ab*.

---

[1] Cf. relationem Benedicti Poloni, n. 9.

[2] Psalm., L.

[3] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 17 ; descriptionem similem habet Menander Protector, editam a Yule-Cordier, *Cathay*, I, 209.

[4] Camerarius Regis Galliae, socius Ludovici IX in Terra Sancta. Classis praefectus erat quando crucigeri in Aegyptum applicuerunt 5 iunii 1249, Joinville, *Histoire de S. Louis*, 53-54 ; 61 ; 152 ; *Recueil des Historiens des Croisades, Historiens Occidentaux*, II, 590 et not. d ; Berger, *Les Registres d'Innocent IV*, t. I, 457 ; 519.

[5] Rubedo in facie, cf. Ducange, *Glossarium*.

Digitized by Google

ascultavit, et subiunxi : « Noveritis pro certo quod celestia non habebitis nisi fueritis christianus. Dicit enim Deus : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit condempnabitur.*[1] Ad istud [a] verbum ipse modeste subrisit, et alii Moal inceperunt plaudere manus [b] deridendo [c] nos ; et obstupuit interpres meus, quem oportuit me confortare ne timeret. Tunc facto silentio dixi : « Ego veni ad filium vestrum, quia audivimus quod esset christianus, et attuli ei litteras ex parte domini Regis Francorum. Ipse misit me huc ad vos. Vos debetis scire qua de causa ».

8. Tunc fecit me surgere et quesivit nomen vestrum et meum et socii mei et interpretis, et fecit omnia scribi. Quesivit etiam, quia intellexerat quod exieratis terram vestram cum exercitu, contra quem [d] haberetis bellum. Respondi : « Contra sarracenos violantes [e] domum Dei Ierusalem ». Quesivit etiam si unquam misissetis nuncios ad eum. « Ad [f] vos », dixi, « nunquam ». Tunc fecit nos sedere et dare de lacte suo ad bibendum, quod ipsi valde magnum reputant, quando aliquis bibit cosmos cum eo in domo sua.[2] Et dum sedens respicerem terram, precepit ut elevarem vultum, volens adhuc nos amplius respicere vel forte pro sortilegio, quia habent pro malo omine vel signo vel pro mala pronostica quando aliquis sedet coram eis inclinata facie quasi tristis, maxime cum appodiat maxillam vel mentum super manum.

9. Tunc exivimus, et post pauca venit ductor noster ad nos, et ducens nos ad hospitium dixit michi : « Dominus Rex rogat quod retinearis [g] in terra ista, et hoc non potest Baatu facere sine conscientia Mangu.[h] Unde oportet quod tu et interpres tuus eatis ad Mangu.[i] Socius vero tuus et alius homo [j] revertentur ad curiam Sartach, ibi expectantes donec revertaris ».[k] Tunc incepit homo Dei interpres lugere reputans se perditum, socius meus contestari quod citius amputarent ei capud quam quod

[a] L *illud.* — [b] DL *manibus.* — [c] L *dirigendo.* — [d] D *quos* ; SL loco *contra quem* hab. *ut.* — [e] S *violentes.* — [f] C om. *Ad.* — [g] C *retineatis.* — [h] DSL add. *Chan.* — [i] sicut [h]. — [j] D om. *homo.* — [k] S *revertatis.*

[1] Marc., XVI, 16.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 30 ; Rockhill, *The Journey*, 125, n. 2.

Digitized by Google

divideretur [a] a me, et [b] ego dixi quod sine socio non possem ire et etiam quod bene indigebamus duobus famulis, quia si contingeret unum infirmari, non posset [c] solus remanere. Tunc ipse reversus ad curiam dixit verba ista [d] Baatu. Tunc precepit: « Vadant duo sacerdotes et interpres, et clericus revertatur ad Sartach ». Ille reversus dixit nobis sententiam ; et quando volebam loqui pro clerico quod veniret [e] nobiscum [f] dixit : « Non loquamini amplius quia Baatu diffinivit, et ego amplius non audeo redire ad curiam ».

10. De elemosina vestra habebat Gosset clericus XXVJ yperpera [1] et non plus, quorum X retinuit sibi et puero,[2] et XVJ dedit homini Dei pro nobis, et sic divisi sumus cum lacrimis ab invicem. illo re- [344] deunte ad [g] Sartach et nobis ibi remanentibus.

De itinere versus curiam Manguchan.[h] Cap. XX.

1. In vigilia assumptionis [3] pervenit ipse ad curiam Sartach, et in crastino fuerunt sacerdotes nestorini induti vestimentis nostris coram Sartach.

2. Tunc ducti fuimus ad alium hospitem, qui debebat nobis providere de domo et cibo et equis. Sed quia non habuimus quod daremus ei, omnia male faciebat. Et bigavimus cum [i] Baatu descendendo iuxta Ethiliam V septimanis.[j] Et aliquando habuit socius meus tantam [k] famem, quod dicebat michi quasi lacrimando : « Videtur [l] michi quod nunquam comederim ». Forum semper sequitur curiam Baatu, sed illud erat ita longe a nobis quod non poteramus ire. Oportebat etiam [m] ire nos pedes pro defectu equorum.

---

[a] S *dividerentur*. — [b] D add. *eo*. — [c] L *possem*. — [d] L om. *ista*. — [e] DSL *iret*. — [f] D om. *cum*. — [g] DS add. *curiam*. — [h] CD om. *titulum*. — [i] S *eum*. — [j] DSL *septimanas* ; om *et*. — [k] C *tamquam*. — — [l] D *indeve* (sic) ; SL *videbatur*. — [m] SL *enim*.

---

[1] Circa 225 libellas aureas.

[2] Puer quem Fr. Guillelmus Constantinopoli emerat, cf. supra, cap. I, n. 10.

[3] 14 augusti.

Digitized by Google

3. Tandem [a] invenerunt nos quidam Hungari qui fuerant clerici,[b] quorum unus sciebat adhuc cantare multa corde, et habebatur ab aliis Hungaris [c] quasi sacerdos, et vocabatur ad exequias defunctorum suorum; et alius fuerat competenter instructus in gramatica, quia intelligebat quidquid dicebamus ei litteraliter, sed nesciebat respondere. Qui fecerunt nobis magnam consolationem afferentes cosmos ad bibendum et carnes aliquando ad comedendum. Qui cum postulassent a nobis aliquos libros et non haberem quos possem dare, nullos enim habebam nisi bibliam et breviarium, dolui multum. Tunc dixi eis: « Afferte nobis cartas [d] et ego scribam vobis quamdiu erimus hic ». Quod et fecerunt. Et scripsi utrique [e] horas beate Virginis et officium defunctorum.

4. Quadam die iunxit se nobis quidam Comanus, salutans nos [f] latinis verbis dicens: [g] « Salvete domini »! Ego mirans, ipso resalutato, quesivi quis eum docuerat illam salutationem, et ipse dixit quod in Hungaria fuit baptizatus a fratribus nostris, qui docuerant eam.[h] [1] Dixit etiam quod Baatu quesiverat ab eo multa de nobis, et quod ipse dixerat ei conditiones Ordinis nostri.

5. Ego vidi Baatu pluries [i] equitantem [j] cum turba sua, et omnes patresfamilias equitant [k] cum eo. Secundum estimationem meam non erant quingenti viri.

6. Tandem circa festum exaltationis sancte Crucis [2] venit ad nos quidam dives Moal, cuius pater erat millenarius, quod magnum est inter eos, dicens: « Ego debeo vos ducere ad Man-

---

[a] D *Tamen*. — [b] DSL *clericuli*. — [c] C *Hungariis*. — [d] C *quartas*; D *cartes*. — [e] DSL *utrasque*. — [f] D om. *nos*. — [g] D om. *dicens*. — [h] D correxit in *eum*. — [i] DSL om. *pluries*. — [j] C add. *cum verba alias*, quem modum corrigendi se, pluries adhibet. — [k] D *equitantes*.

---

[1] Fratres Minores prima vice an. 1219 in Hungariam pervenerunt, *Chronica Fr. Iordani*, ed. Boehmer 6-7; *Anal. Francisc.*, I, 3. Anno 1221 redierunt et ibi remanserunt, cf. Karácsonyi János, *Szt. Ferencz Rendjének Törtenete Magyarországon 1711-ig.*; Lemmens, *Die Heidenmissionen des Spätmittelalters*, 18-21; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 149-51; Lemmens, in recensione libri missionum O. P. ab Altaner, ap. *Franziskanische Studien*, t. XI, 1924, 228.

[2] 14 septembris.

Digitized by Google

guchan et est iter quatuor mensium, et tantum frigus est ibi [a] quod finduntur lapides et arbores pre frigore, videatis utrum poteritis sustinere ». Cui respondi : « Spero in virtute Dei quod [b] sustinebimus quod alii homines [c] possunt sustinere ». Tunc dixit : « Si non poteritis sustinere, ego relinquam vos in via ». Cui respondi : « Hoc non esset iustum, quia nos non ivimus [d] pro nobis nisi missi a domino vestro, unde ex quo vobis committimur non debetis nos dimittere ». Tunc dixit : « Bene erit ». Post hoc fecit nos ostendere sibi omnes vestes nostras, et quod sibi videbatur minus necessarium [e] fecit deponere sub custodia hospitis nostri. In crastino attulerunt cuilibet nostrum unam pelliceam villosam arietinam, et braccas de eadem,[f] et botas sive botellos [g] secundum morem eorum cum soccis de filtro, et almucias [h] de pellibus secundum modum eorum.

7. Et secunda die post exaltationem sancte Crucis incepimus equitare, nos tres habentes duos saginarios,[1] et equitavimus continue versus orientem usque ad festum omnium Sanctorum.[1] Et [j] per totam illam terram et adhuc amplius habitabant Cangle,[2] quedam parentela Comanorum.[k] Ad aquilonem habebamus maiorem Bulgariam, et ad me- [345] ridiem predictum mare Caspium.

De flumine Iagat, et de diversis regionibus sive nacionibus.[l]

Cap. XXI.

1. Postquam iveramus xij diebus ab Etilia, invenimus magnum flumen quod vocant Iagat,[3] et venit ab aquilone de terra Pascatur,[m] [4] descendens in predictum mare. Ideoma Pascatur et

---

[a] C om. *ibi*. — [b] SL add. *eadem*. — [c] D om. *homines*. — [d] C *imus*. [e] C add. *fuit alias*. — [f] C *eodem*. — [g] C *hosellos*. — [h] C *allunicias*. — [i] L om. *duos* ; hab. *signarios*. — [j] DSL om. *et*. — [k] DSL *Romanorum*. [l] CD om. titulum. — [m] DSL *Pascatir*, et sic deinceps.

---

[1] 1 novembris.

[2] Cf. supra, cap. XVIII, n. 4.

[3] Iaec (Ural).

[4] Cf. relationem Iohannes de Plano Carpini, cap. V, n. 29. De apostolatu fratrum Minorum in hac regione, cf. Bihl-Moule, *Tria nova Documenta*, 67-68.

Digitized by Google

Ungarorum [a] idem est,[1] et sunt pastores sine civitate aliqua, et contiguatur maiori Bulgarie ab occidente. Ab illa terra versus orientem in latere illo acquilonari non est amplius aliqua civitas. Unde Bulgaria maior est ultima regio habens civitatem.

2. De illa regione Pascatur exierunt Huni qui postea Hungari,[2] unde est ipsa maior Hungaria.[b] Et dicit Ysidorus [3] quod perniciosis equis claustra Alexandri rupibus Caucasi feras gentes cohibentia transierunt, ita quod usque in Egiptum solvebatur eis tributum. Destruxerunt etiam [c] omnes terras usque in Franciam, unde fuerunt maioris potentie quam sint [d] adhuc Tartari. Cum illis concurrerunt [e] Blaci et Bulgari et [f] Wandali.

3. De illa enim maiori Bulgaria venerunt illi Bulgari [g] qui sunt ultra Danubium prope Constantinopolim. Et iuxta Pascatur sunt Illac,[h] quod idem est quod Blac, sed B [i] nesciunt Tartari sonare, a quibus venerunt illi qui sunt in terra Assani. [j] [4] Utrosque enim vocant Illac, et hos et illos.

4. Lingua Rutenorum et Polonorum [k] et Boemorum et [l] Sclavonorum [m] eadem [n] est cum lingua Wandalorum,[5] quorum omnium manus fuit cum Hunis, et nunc pro maiore parte est

---

[a] DSL *Hungari.* — [b] DSL *Bulgaria.* — [c] C *et.* — [d] SL *sunt.* — [e] L *occurrerunt.* — [f] C om. *et.* — [g] DSL add. *et.* — [h] DSL *Ilac* et sic deinceps. — [i] C om. *B.* — [j] D *Assam.* — [k] SL *Polorum.* — [l] DSL om. *et.* — [m] SL *Sclavanorum.* — [n] S *idem.*

---

[1] Idioma eorum verisimiliter magyar erat, Rockhill, *The Journey*, 129, n. 3.

[2] Saec. XIII, Comanorum pars ante Tartarorum faciem fugiens, Hungariam habitavit ubi ab auctoribus latinis Cuni vocitantur, P. Pelliot, *A propos des Comans*, I, 133.

[3] PL 82, lib. IX, c. II, 334.

[4] Bulgari ad Danubii vallem circa 480-500 migraverunt, et circa principium saec. VI hoc flumen transierunt, Rockhill, *The Journey*, 130, n. 2; Beazley, *The Texts*, 327; *The Dawn of modern Geography*, II, 478-81; observatio Fr. Guillelmi circa originem Assanorum minus recta videtur, Yule-Cordier, *The Book*, II, 489, n. 2, sed illi Blac aut Illac verisimiliter erant Polovtzi aut Comani, P. Pelliot, *A propos des Comans*, I, 133-34.

[5] Observatio Fr. Guillelmi omnino accurata est. Inter auctores occidentis Fr. Guillelmus primus hoc factum notavit, Rockhill, *The Journey*, 130, n. 3.

Digitized by Google

cum Tartaris, quos Deus suscitavit a remotioribus partibus populum nullum [a] et gentem stultam, secundum quod dicit Dominus : [1] *Provocabo eos*, id est non custodientes legem suam,[2] *in eo qui non est populus et in gente stulta irritabo eos*. Hoc completur ad litteram super omnes nationes non custodientes legem Christi.[b]

5. Hoc quod dixi de terra Pascatur scio per fratres Predicatores qui iverunt illuc [c] ante adventum Tartarorum.[3] Et ex tunc erant ipsi subiugati a vicinis Bulgaris sarracenis, et plures eorum facti sarraceni. Alia possunt sciri per cronica, quia constat quod ille provincie post Constantinopolim, que modo dicuntur Bulgaria, Blakia, Sclavonia, fuerunt provincie Grecorum ; [4] Hungaria fuit Pannonia.[5]

6. Equitavimus ergo per terram Cangle a festo sancte Crucis [6] usque ad festum omnium Sanctorum,[7] quolibet fere die quantum est a Parisius usque [d] Aurelianum,[8] secundum quod possum [e] estimare, et plus aliquando, secundum quod habebamus copiam equorum. Aliquando enim mutabamus bis in die vel ter equos. aliquando ibamus duobus diebus vel tribus quod non inveniebamus populum, et tunc [f] oportebat lentius [g] ire. De XX vel XXX equis nos semper habebamus peiores quia extranei eramus. Omnes enim accipiebant ante nos equos meliores, michi semper

---

[a] DSL *multum*. — [b] DSL *Dei*. — [c] C *illud*. — [d] D add. *ad*. — [e] C *potest*. — [f] DL om. *tunc*. — [g] DSL *levius*.

---

[1] Deuter., XXXII, 21.

[2] Glossa.

[3] Tartari magnam Hungariam an. 1238-39 vicerunt. Ab an. 1232 Fr. Praedicatores huc iverunt, cf. Mortier, *Histoire des Maîtres Généraux*, I, 377-79 ; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 151-55.

[4] Byzantinis an. 970-1018 usque ad an. 1186 subiecti fuerunt. Isto anno surrexerunt et regnum Bulgariae-Vallachiae inceperunt, Beazley, *The Texts*, 307-308 ; 327-28 ; *The Dawn of modern Geography*, II, 478-81.

[5] Hoc minus recte dictum videtur. Quod autem accuratius terrae Hungariae quadrat est romana provincia Dacia, Beazley, *The Texts*, 328.

[6] 14 septembris, cf. supra cap. XX, n. 7 legitur : « Et secunda die post exaltationem S. Crucis ».

[7] 1 novembris.

[8] Distantia Parisios inter et Aurelianum est circa 150 kilm. ; ideo mensura quotidiana itineris exagerata videtur, cf. Rockhill, *The Journey*, 131, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 328.

Digitized by Google

providebant de forti equo, quia eram ponderosus valde. Sed utrum suaviter ambularet vel non, de hoc non audebam facere questionem, nec etiam audebam conqueri si dure portaret,[a] sed fortunam suam oportebat unumquemque sustinere. Unde oriebatur nobis difficiilimus labor quia multotiens fatigabantur equi antequam possemus pervenire ad populum, et tunc oportebat nos percutere et flagellare equos, ponere etiam vestes super alios saginarios, mutare equos pro [b] saginariis, aliquando nos duos ire in uno equo.

De fame et siti et aliis miseriis quas sustinuerunt in itinere.[c]
Cap. XXII.

1. De fame et siti, frigore et fatigatione non est numerus. Non enim dant cibum nisi in sero. [346] In mane dant [d] aliquid bibere vel sorbere milium.[1] In sero autem [e] dabant nobis carnes, scapulam arietis cum costis, et de brodio ad mensuram bibere. Quando habebamus de brodio carnium ad saturitatem, optime reficiebamur, et videbatur michi sanissimus potus et maxime nutriens. Feria sexta permanebam ieiunus usque ad noctem nichil hauriens.[2] Tunc oportebat me cum [f] tristitia et dolore comedere carnes. Aliquando oportebat nos comedere carnes semicoctas vel fere crudas, propter defectum materie ignis, quando iacebamus in campis et de nocte descendebamus, quia tunc non poteramus bene colligere stercora boum vel equorum. Aliam materiam ignis raro [g] inveniebamus, nisi forte alicubi aliquas spinas. In ripis etiam aliquorum fluminum sunt alicubi silve, sed hoc raro.[h]

2. In principio despiciebat nos multum ductor noster, et fastidiebat eum ducere tam viles homines. Postea tamen quando incepit nos melius cognoscere, ducebat nos per curias divitum

---

[a] C *vocaret.* — [b] SL om. *pro.* — [c] CD om. titulum. — [d] D *dabant.* [e] DSL om. *autem.* — [f] DSL *in* ; C *tristia.* — [g] C *rare.* — [h] C *rare.*

---

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 28.

[2] Iuxta praeceptum Regulae S. Francisci, cap. III «.... Aliis vero temporibus non teneantur nisi sexta feria ieiunare », *Opuscula S. P. Francisci*, 66 ; Boehmer, *Analekten*, 4.

Digitized by Google

Moallorum, et oportebat nos orare pro ipsis. Unde si habuissem bonum interpretem, habebam oportunitatem seminandi multa bona. Ille Chingis primus Chan habuit quatuor filios,[1] de quibus egressi sunt multi qui omnes habent modo magnas curias, et cotidie multiplicantur et diffunduntur per illam vastam solitudinem, que est sicut mare. Per multos ergo illorum ducebat nos dux [a] noster. Et mirabantur supra modum quia nolebamus recipere aurum vel argentum vel vestes preciosas. Querebant etiam de magno Papa, si esset ita senex sicut audierant. Audierant enim quod esset quingentorum annorum. Querebant de terris nostris [b] si ibi essent multe oves et boves et equi. De occeano mari non potuerunt intelligere quod esset [c] sine termino vel sine ripa.

3. In vigilia omnium Sanctorum [2] dimisimus viam in orientem, quia iam populus descenderat multum versus meridiem, et direximus iter per quasdam [d] alpes recte in meridiem continue per VIII dies.[3] In illa solitudine vidi multos asinos, quos vocant culam,[e] qui magis assimulantur mulis,[4] quos multum persecuti sunt dux noster et socii eius, sed nichil profecerunt propter nimiam velocitatem illorum. Septima die inceperunt nobis apparere ad meridiem montes altissimi, et intravimus planiciem, que irrigabatur sicut ortus, et invenimus terras [f] cultas.

---

[a] SL *ductor*. — [b] D *vestris*. — [c] L *erat*. — [d] C *quosdam*. — [e] DS *colau*. — [f] C add. *nostras*.

---

[1] Cf. relat. Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 20.

[2] 31 octobris.

[3] Auctores de locis a Fr. Guillelmo perlustratis inter se non concordant. Omnes in eo conveniunt quod « recte in meridiem » minus accurate notatum est, quia potius in meridio-orientem dicendum esset. Locus vero ubi Fr. Guillelmus in meridiem declinavit exacte determinari nequit. Yule ad 67° ; Schmidt circa 70° 30′ ; Rockhill, circa 69° dicit. Difficultas praesertim ex verbis « direximus iter per quasdam alpes » diversimode intellectis oritur. Peschel, *Geschichte der Erdkunde*, 144, n. 4 ; Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 192, n. 173, « per » directionem notare dicunt, ideo directionem meridionalem per deserta indicat ; e contra Yule, *Cathay*, I, 288 ; Rockhill, *The Journey*, 133-34, « per » in sensu ordinario intelligunt ; ergo Fr. Guillelmus per exordia montium Alatan civitatem Kinchat petivisset.

[4] Cf. supra, cap. V, n. 2.

Digitized by Google

4. In octavis Omnium Sanctorum [1] intravimus villam quamdam sarracenorum nomine Kinchat,[a] [2] cuius capitaneus occurrit extra villam duci nostro cum cervisia et cifis. Hic est enim mos [b] eorum quod de omnibus villis subditis eis occurratur nunciis Baatu et Manguchan cum cibo et potu. Tunc temporis ibant ibi super glaciem, et prius a festo sancti Michaelis [3] habueramus gelu in solitudine. Quesivi de nomine provincie illius,[4] quia iam eramus in alio territorio nesciverunt michi dicere nisi a nomine civitatis illius [c] que erat valde parva. Et descendebat magnus fluvius de montibus [d] qui irrigabat totam regionem secundum quod volebant aquam ducere, nec descendebat in aliquod mare, sed absorbebatur [e] a terra, et faciebat etiam multas paludes.[5] Ibi vidi vites et bibi bis de vino.[6]

De interfectione Buri, et habitatione tentorii eorum.[f]

Cap. XXIII.

1. Sequenti die venimus ad aliud casale propinquius montibus, et quesivi de [347] montibus, de quibus intellexi quod essent montes Caucasi, qui contiguantur ex utraque parte maris ab occidente usque in orientem, et quod iam [g] transiveramus mare supradictum quod intrat Etilia.[7]

---

[a] DSL *Kenchat.* — [b] C *mox.* — [c] DS om. *illius.* — [d] D *fontibus.* — [e] C *absobebatur.* — [f] CD om. titulum ; SL hab. *Bau.* — [g] DS om. *iam.*

---

[1] 8 novembris.

[2] Hoc nomen apud Quatremère, *Notice de l'Ouvrage*, 224 occurrit, et situm in valle fluminis Talas habuit ; sic Rockhill, *The Journey*, 115 ; Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 193 ; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 302 ; Hallberg, 302.

[3] 29 septembris.

[4] Est hodiedum Syr Daria. Regni Kara-Khitaorum et post Mongolorum victoriam dominii Chagatai pars erat, Beazley, *The Texts*, 329.

[5] Flumen Talas quod in lacum seu paludes Kara-kul currit, Rockhill, *The Journey*, 135, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 329.

[6] Vinum ex uvis in illis partibus antea fiebat, Rockhill, *The Journey*, 135, n. 3.

[7] Apud geographos antiquos montes Caucasi totam Asiam ab oriente ad occidentem occupare credebantur. Hic de montibus Alatau agitur,

Digitized by Google

2. Quesivi etiam de Talas civitate,[1] in qua erant Teutonici servi Buri, de quibus dixerat frater Andreas,[2] de quibus etiam quesiveram multum in curia Sartach et Baatu, et [a] nichil poteram intelligere nisi quod Buri [b] dominus eorum fuerat interfectus tali occasione : Ipse non erat in bonis pascuis, et quadam die dum esset ebrius, loquebatur ita cum hominibus suis : « Nonne ego sum [c] de genere Chingischan sicut Baatu »? Et ipse erat nepos Baatu vel frater.[3] « Quare non vadam super ripam Etilie sicut Baatu, ut pascam ibi »? Que verba fuerunt relata Baatu. Tunc ipse Baatu scripsit hominibus illius, ut adducerent ei dominum ipsorum vinctum, quod et [d] fecerunt. Tunc Baatu quesivit ab eo si dixisset tale verbum, et ipse confessus est. Tamen excusavit se quia ebrius erat, quia solent condonare ebriis. Et Baatu respondit : « Quomodo audebas me nominare in ebrietate tua »? Et fecit ei amputari capud.[4]

3. De illis Teutonicis nichil [e] potui cognoscere usque ad curiam Manguchan,[f] sed in predicto [g] casali intellexi quod Talas [h] erat post nos iuxta montes per vj dietas. Quando veni in curia[m] Manguchan, intellexi quod ipse Mangu transtulerat eos de licencia Baatu versus orientem, spacio itineris unius mensis a Talas, ad

---

[a] S om. *et.* — [b] DSL *Bau.* — [c] C *sunt.* — [d] C *ut.* — [e] L om. *nichil.* — [f] DSL om. *chan* ; SL habent semper *Magu.* — [g] SL *supradicto.* — [h] SL *Talis.*

---

in specie prope montes Alexandrinos, Rockhill, *The Journey*, 136, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 329 ; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 48, n. 3 ; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 302.

[1] Verisimiliter civitatis hodiernae Aulie-Ata situm fere occupans. Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I, 226 ; II, 252 ; Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 195-200 ; Beazley, *The Texts*, 329. Rockhill vero hanc civitatem super rivum fluminis eiusdem nominis collocatam credit, *The Journey*, 136, n. 2.

[2] Fr. Andreas de illis in relatione nihil dicit.

[3] Cf. relationem fr. Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 20.

[4] Facta diverso quodam modo narrata apud Yuan chao pi shih (Historia secreta dynastiae Mongolorum) occurrunt et an. 1243 evenerunt. Mors vero tantum an. 1252 ob iniuriam antea illatam secuta est, Bretschneider, *Notices of the Mediaeval Geography*, 169 ; Rockhill, *The Journey*, 137, n. 1.

Digitized by Google

quamdam villam que dicitur Bolac,[a] [1] ubi fodiunt aurum et fabricant arma ; [2] unde non [b] potui ire nec redire per eos. Tamen [c] transivi eundo satis prope per tres dietas forte [d] civitatem illam. Sed ego ignoravi, nec potuissem etiam declinasse extra viam si bene scivissem.

4. A predicto casali ivimus ad orientem iuxta montes predictos, et ex tunc intravimus inter homines Manguchan, qui ubique cantabant et plaudebant coram ductore nostro, quia ipse erat nuncius Baatu. Hunc enim honorem exhibent sibi mutuo, ut homines Mangu recipiant nuncios Baatu predicto modo, et similiter homines Baatu nuncios Mangu. Tamen homines Baatu superbiores [e] sunt, nec [f] executur ita diligenter.

5. Paucis diebus post hoc intravimus alpes, in quibus solebant habitare Caracatai, [g] et invenimus ibi magnum fluvium quem oportuit nos transire navigio.[3] Post hoc intravimus quamdam vallem ubi vidi castrum quoddam destructum, cuius muri non erant nisi de luto, et terra colebatur ibi. Et post hoc invenimus quamdam bonam villam que dicitur Equius,[4] in qua erant sarraceni loquentes persicum, longissime tamen erant a Perside.

6. Sequenti die transgressis illis alpibus, que dependebant a magnis montibus qui erant [h] ad meridiem, ingressi sumus pulcherrimam planiciem habentem [i] montes altos a dextris et quod-

---

[a] SL *Bolat.* — [b] D *nec.* — [c] S delevit *Tamen*, quod L om. — [d] D *foras.* — [e] DS *superiores.* — [f] S *ne.* — [g] S *Caratay* ; L *Taratay.* — [h] SL om. *qui erant.* — [i] C *habentes.*

---

[1] Prope lacum Sairam in valle fluminis Borotala in Zungaria, Rockhill, *The Journey*, 137-38, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 329; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 302.

[2] Tartari hoc tempore ferrum extrahere non valebant, ideoque ab aliis populis maxime dependebant.

[3] Flumen Ili, Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 202 ; Rockhill, *The Journey*, 138-39, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 330 ; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 48, n. 6.

[4] De positione civitatis Equius usquedum inter geographos non constat. Alii ut Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 203 ; Rockhill, *The Journey*, 139, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 330; *The Dawn of modern Geography*, II, 346, pro quadam civitate prope Kopal opinantur, sc. Lepsinsk ; alii ut Yule-Cordier, *Cathay*, I, 272 ; 287-88, potius hanc civitatem prope hodiernam Pishpek seu Tokmak ponunt.

Digitized by Google

dam mare a sinistris, sive quemdam lacum qui durat xv [a] dietis in circuitu.[1] Et illa planicies [b] tota irrigatur [c] ad libitum aquis descendentibus de montibus, que omnes recipiuntur in illud mare. In estate redivimus ad latus aquilonare illius maris, ubi similiter erant magni montes. In planicie predicta solebant esse magne [d] ville, [e] sed pro maiori parte omnes erant destructe, [f] ut pascerent ibi Tartari, quia optima pascua erant ibi.

7. Invenimus ibi unam magnam villam nomine Cailac,[g] [2] in qua erat forum, et frequentabant eam multi mercatores. In illa quievimus xij [h] diebus,[3] expectantes quemdam scriptorem Baatu qui debebat esse socius ducis [348] nostri in negociis expediendis in curia Mangu. Terra illa solebat dici Organum,[i] [4] et solebat [j] habere proprium ideoma et propriam litteram, sed modo [k] tota erat occupata a Turcomannis.[l] Etiam in litteratura illa et ideomate [m] solebant facere nestorini de partibus illis officium suum et scribere libros; et forte ab illis [n] dicuntur

---

[a] D *V*. — [b] D om. *Et.... planicies*. — [c] SL *irrigabatur*. — [d] DS *multe*. — [e] S *valle*. — [f] S *distracte*; D correxit in *destructe*. — [g] D *Coilac*. — [h] DSL *XV*. — [i] DC *Orgonum*; postea C *Organum*. — [j] CS *solebant*; D correxit. — [k] D *hiis*; SL *huius*. — [l] D *Contormaniis*; SL *Contomaniis*. — [m] DS *ydioma*; D loco *facere* hab. *habere*. — [n] DSL om. *officium suum.... illis*.

---

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 25; Benedicti Poloni, n. 8. Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 346, n. 6, hic agere de lacu Ala-kul dicit; ap. *The Texts*, 330 vero sententiam primam mutavit et potius de lacu Baikal tractare opinatur.

[2] Parum ad occidentem hodiernae civitatis Kopal, Rockhill, *The Journey*, 140, n. 2; Beazley, *The Texts*, 330. Positio tamen accurate determinari nequit, Yule-Beazley, *Encycl. Britannica*, XXIII, 810-12; Elias-Denison Ross, *The Tarikh*, 288; Hallberg, *L'Extrême Orient*, 93-94.

[3] Yule-Cordier, *Cathay*, I, 287-88, iuxta distantiam prius indicatam, VII loco XII legendum proponit.

[4] Nomen habuit ab Organah Khátun, vidua Kara Hulaku nepotis et successoris Chagatai, quae illis terris praefuit sc. hodiernae provinciae Semiryechensk, Yule-Cordier, *Cathay*, IV, 161; Rockhill, *The Journey*, 140, n. 4; Beazley, *The Texts*, 330. Observatio cl. Nau secundum quam illa regio hoc nomen recepit ex nestorianis qui Argon vocabantur, nullius momenti est, Nau, *Les pierres tombales*, 8-9; *L'Expansion Nestorienne*, 196; 331-34.

Digitized by Google

Organa [a] quia [b] solebant esse optimi cithariste sive [c] organiste,[d] ut dicebatur michi. Ibi primo vidi ydolatras [e] de quibus noveritis quod sunt multe secte in oriente.

Qualiter nestorini et saraceni sunt mixti et de ydolatris eorum.[f]
Cap. XXIV.

1. Primi sunt Iugures,[g] quorum terra contiguatur cum predicta terra Organum, [h] inter montes illos versus orientem,[1] et in omnibus civitatibus eorum sunt mixti nestorini et sarraceni,[i] et ipsi etiam [j] sunt diffusi versus Persidem in civitatibus sarracenorum. In predicta civitate Caalac [k] habebant [l] ipsi tres ydolatrias,[m] quarum duas intravi ut viderem stultitias eorum. In prima inveni quemdam [n] qui habebat cruciculam de atramento super manum suam, unde credidi quod esset christianus, quia ad omnia que querebam ab eo respondebat ut christianus. Unde quesivi ab eo : « Quare ergo non habetis hic [o] crucem et ymaginem Ihesu Christi? » Et ipse respondit : « Non habemus consuetudinem ». Unde ego credidi quod essent christiani, sed ex defectu doctrine omitterent.

2. Videbam [p] enim ibi post quamdam cistam, que erat eis loco altaris, super quam [q] ponunt lucernas et oblationes, quamdam ymaginem [r] habentem alas quasi sancti Michaelis, et alias quasi Episcoporum [s] tenentes digitos sicut ad benedicendum.[2]

---

[a] D *orgona*. — [b] S *que*. — [c] DS *vel*. — [d] L om. *sive organiste*. — [e] D *ydiolatras*. — [f] CD om. titulum. — [g] DSL *Iuguies*. — [h] D *Orgonum* ; SL *Organium*. — [i] D *cum saracenis*. — [j] D om. *etiam*. — [k] L *Ceialac*. — [l] DSL add. *etiam*. — [m] D *ydiolatrias*. — [n] S *quamdam*. — [o] DSL om. *hic*. — [p] CL *videbant*. — [q] S *quas*. — [r] DSL *ymaginationem*. — [s] SL *ipsorum*.

---

[1] Descriptio regionis, ab Uiguris occupatae, valde accurata evadit ; saec. XIII Urumtsi, Turfan, Karakhodjo et loca adiacentia ad meridiem et orientem Kuldja habitabant, Bretschneider, *Notices of the Mediaeval Geography*, 194 ; Rockhill, *The Journey*, 141, n. 3.

[2] De idolo buddhistico hic agitur. Imago cum alis est unus ex sanctis patronis lamaïstarum ; aliae vero imagines Buddham ipsum in praedicandi actu repraesentant, Rockhill, *The Journey*, 142-43, n. 2.

Digitized by Google

Illo sero non potui aliud invenire, quia sarraceni in tantum vitant [a] eos quod nec etiam volunt loqui de [b] eis. Unde quando querebam a sarracenis de ritu talium, ipsi scandalizabantur.[c]

3. In crastino fuerunt [d] kalende et pascha sarracenorum,[1] et mutavi hospitium, ita quod fui hospitatus prope aliam ydolatriam. Homines enim colligunt nuntios, quilibet secundum posse suum vel portionem suam. Tunc intrans ydolatriam predictam inveni sacerdotes ydolorum. In kalendis enim aperiunt templa sua et ornant se sacerdotes et offerunt thura et accendunt lucernas et offerunt [e] populi oblationes de pane et fructibus.[2]

4. Primo ergo describo vobis ritus comunes [f] omnium ydolatrarum [g] et postea istorum Iugurum qui sunt quasi secta divisa ab aliis.

5. Omnes adorant ad aquilonem complosis manibus et prosternentes se genibus flexis ad terram, ponentes frontem super manus. Unde nestorini in partibus illis nullo modo iungunt manus orando, sed orant extensis palmis ante pectus. Porrigunt templa sua ab oriente in occidentem, et [h] in latere aquilonari faciunt cameram unam quasi corum [i] exeuntem, vel aliquando [j] si est domus quadrata, in medio domus. Ad latus aquilonare intercludunt unam cameram [k] loco cori. Ibi ergo collocant unam archam longam et latam sicut mensam unam.[3] Et post illam archam contra meridiem [l] collocant principale ydolum, quod ego

[a] SL *invitant.* — [b] SL *inde.* — [c] CSL *scandalizabant.* — [d] C *fuerant.* — [e] DSL om. *thura et.... offerunt.* — [f] C *omnes.* — [g] D *ydolatrum*; S *ydolatrium.* — [h] S *etiam.* — [i] SL *eorum.* — [j] DS *aliter.* — [k] DSL add. *in.* — [l] C *medium.*

[1] Verisimiliter de festo Bairam agitur, cf. Beazley, *The Texts*, 331; Rockhill, *The Journey*, 143, n. 1; cf. infra epistolam Fr. Paschalis de Victoria, n. 5.

[2] Die prima et decima quinta uniuscuiusque mensis buddhistae quoddam festum ecclesiae celebrant, in quo monachi generalem confessionem faciunt. Octava et vigesima quinta die festa religiosa erant. Hi dies « boni dies » apud Tibetanos dicuntur, Rockhill, *The Land of the Lamas*, 100. Prima vero mensis maioris momenti est, ex eo quod totam diem celebrant, incensum comburunt, oblationes faciunt, Rockhill, *The Journey*, 143, n. 2.

[3] Fr. Guillelmi descriptio accurate cum templis lamaïstarum et buddhistarum sinicorum quadrat, ibid., 144, n. 1.

Digitized by Google

vidi apud Caracarum ita magnum sicut pingitur beatus Christoforus. Et dixit michi quidam sacerdos nestorinus qui venerat de Cataia,[a] quod in terra illa est ydolum ita magnum quod potest videri a duabus dietis.[1] Et collocant alia idola in circuitu, omnia pulcherrime deaurata. Super cistam illam, que est quasi mensa una, ponunt lucernas et oblationes. Omnes porte templorum sunt aperte ad[b] meridiem contrario modo sarracenis. Item habent campanas magnas sicut nos; ideo credo quod [349] orientales christiani noluerunt habere eas, Ruteni tamen habent[c] et Greci in Gazaria.[2]

De templis eorum, et ydolis, et qualiter se habent in officiis deorum suorum.[d] Cap. XXV.

1. Item[e] omnes sacerdotes eorum radunt[f] totum capud et barbam,[3] et sunt vestiti de croceo,[4] et servant castitatem ex quo radunt capud, et vivunt pariter c[g] vel ducenti in una congregatione.[5] Diebus quibus intrant templum, ponunt duo scanna et sedent e regione, corus contra corum, in terra, habentes libros in manibus, quos aliquando deponunt super illa scanna, et habent capita discooperta quamdiu sunt in templo, legentes in silentio

[a] SL *Cataya.* — [b] D *ante.* — [c] C *hii.* — [d] CD om. titulum. — [e] S om. *Item.* — [f] L *rasum.* — [g] C *L.*

[1] Maximae idolorum statuae in Mongolia, Sinis et Tibet inveniuntur, ibid., n. 3; Rockhill, *The Land of the Lamas*, 26; *Diary of a Journey*, 27; Yule-Cordier, *The Book*, I, 222, n.; Itinerarium B. Odorici, infra, cap. XI, n. 1; cap. XXI, n. 2. De S. Christophoro et de eiusdem in media aetate cultu, cf. Chevalier, *Répertoire*, *Bio-Bibliographie*, 918-19.

[2] Cf. Bihl-Moule, *De duabus Epistolis*, 112; *Tria nova Documenta*, 56-58; Golubovich, *Biblioteca*, II, 444.

[3] De rasura barbae et capitis eadem apud Marcum Polo habentur, Yule-Cordier, *The Book*, I, 303.

[4] Hic color a Buddha omnibus monachis erat impositus, Rockhill, *The Journey*, 145, n. 2.

[5] Marcus Polo de 2.000 monachis in singulo monasterio viventibus loquitur, cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 303; 319, n. 13.

Digitized by Google

et tenentes silentium.[1] Unde cum ingressus fuissem apud Carachorum[a] quoddam templum eorum et invenissem eos ita sedentes, multis modis temptavi eos provocare ad verba, et nullo modo potui.

2. Habent etiam quocumque vadunt semper in manibus quamdam cestam[b] c vel ducentorum nucleorum sicut nos portamus pater noster,[2] et dicunt semper hec verba, *on man baccam*,[c] hoc est: Deus tu nosti;[3] secundum quod quidam eorum interpretatus est michi, et totiens expectat remunerationem a Deo quotiens hoc dicendo memoratur Dei.

3. Circa templum suum semper faciunt pulchrum atrium quod bene includunt muro, et ad meridiem faciunt portam magnam, in qua sedent ad colloquendum. Et super illam portam erigunt perticam longam que emineat, si possunt,[d] super totam villam; et per illam perticam potest cognosci quod domus illa sit templum ydolorum. Ista communia sunt[e] omnibus ydolatris.

4. Quando ergo ingressus fui predictam ydolatriam, inveni sacerdotes sedentes sub porta exteriori. Quos ut vidi, videbantur michi Franci esse, rasis barbis, thiaras habebant in capitibus[f] tartareas.[4] Istorum Iugurum[g] sacerdotes habent talem habitum: quocumque vadunt semper sunt in tunicis croceis satis strictis accincti desuper, recte sicut Franci, et habent pallium super humerum sinistrum[h] descendens involutum per pectus et dorsum

---

[a] DSL *Coratorium*. — [b] DSL *restam*. — [c] DSL *ou mani haclain*. — [d] SL *possint*. — [e] C om. *sunt*. — [f] D *capitatibus*. — [g] D *Iugruum*. — [h] C *sini*.

---

[1] Hodiedum apud Lamaos haec omnia servantur, Rockhill, *The Journey*, 145, n. 3.

[2] Rosaria Lamaorum hodierna 108 grana habent, iuxta formulam « 108 portae legis ». Ibid., 146, n. 1. Tamen varietates multae inter rosaria existunt. Haec dicta pro iconographia franciscana et pro historia Rosarii, magni ponderis sunt.

[3] Haec formula iam ante saec. X nota erat, sed primus inter scriptores occidentales Fr. Guillelmus hanc notat, Rochkill, *The Journey*, 145-146, nn.; S. Hedin, *Durch Asiens Wüsten*, II, 319-23. Versio formulae: *Om mani padme hûm*, est: O ocellus in loto, amen.

[4] Modi capita cooperiendi varii sunt, cf. Rockhill, *The Journey*, 146, n. 3.

Digitized by Google

ad latus dextrum, sicut diaconus portans casulam in quadragesima.[1]

5. Istorum litteras acceperunt Tartari.[2] Ipsi incipiunt scribere sursum, et ducunt lineam deorsum, et eodem modo [a] ipsi legunt, et multiplicant lineas a sinistra in [b] dextram. Isti multum utuntur [c] cartis et caracteribus pro sortilegio, unde templa sua plena sunt brevibus suspensis.[3] Et Manguchan mittit vobis [d] litteras in ydeomate Moal et litteratura eorum.

6. Isti comburunt mortuos suos secundum antiquum modum, et recondunt pulverem in summitate piramidis.[4]

7. Cum ergo sedissem iuxta predictos sacerdotes, postquam ingressus fueram templum et vidissem ydola eorum multa, parva [e] et magna, quesivi ab eis quid ipsi crederent de Deo. Qui responderunt : « Non credimus nisi unum Deum ». Et ego quesivi : « Creditis quod ipse [f] sit spiritus vel aliquid corporale »? Dixerunt : « Credimus quod sit spiritus ». Et ego : « Creditis quod unquam [g] sumpserit humanam naturam »? Dixerunt : « Minime ». Tunc ego : « Ex quo creditis quod [h] non sit nisi [i] unus et spiritus, quare facitis ei ymagines corporales et tot? Insuper ex quo non creditis quod factus est [j] homo, quare facitis ei magis ymagines hominum quam alterius animalis »? Tunc responderunt : « Nos

---

[a] C repetti *modo*. — [b] L *ad*. — [c] C *nituntur*. — [d] C *eis*. — [e] C add. *eorum*. — [f] C om. *ipse*. — [g] S *nunquam*. — [h] C om. *unquam sumpserit.... quod*. — [i] C om. *nisi*. — [j] S *sit*.

---

[1] Buddhistarum sunt vestes, non vero nestorianorum. Fr. Guillelmus inter duas religiones, quamvis satis differentes, non semper bene distinguit, Rockhill, *The Journey*, 147, n. 1.

[2] Radloff, *Das Kudatku Bilik des Jusuf Chass-Hadschib aus Bälasagun*, LXXXIII-XCIII ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 28-30 ; Blochet, *Introduction à l'histoire des Mongols*, 201-202 ; Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 30, n. 2.

[3] Haec usque hodie magno in usu sunt, Rochkill, *The Land of the Lamas*, 77, 98 ; *The Journey*, 147, n. 3 ; Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 287-88.

[4] An Fr. Guillelmus Uigorum an buddhistarum usus referat, non constat. Isti cadavera comburunt, forsan tempore Fr. Guillelmi nestoriani hoc idem fecerunt, Rockhill, *The Journey*, 147-48, n. 4 ; Yule-Cordier, *The Book*, II, 132-35, et nn.

Digitized by Google

non figuramus istas ymagines Deo, sed quando aliquis dives moritur ex nostris vel filius eius vel uxor vel [a] aliquis carus [350] eius, facit fieri ymaginem defuncti et ponit eam hic, et nos veneramur eam ob [b] memoriam eius ». Quibus ego : « Tunc ergo non facitis ista nisi propter adulationem hominum ». « Immo », dixerunt, « ad memoriam ».

8. Tunc quesiverunt a me, quasi deridendo : « Ubi est Deus »? Quibus ego : « Ubi est anima vestra »? Dixerunt : « In corpore nostro ». Quibus ego : « Nonne ubique in corpore tuo, et totum regit, et tamen non videtur? Ita Deus ubique est, et omnia gubernat, invisibilis tamen quia intellectus et sapientia est ». [c] Tunc cum vellem plura ratiocinari cum illis, interpres meus fatigatus, non valens verba exprimere, fecit me tacere.

9. Istorum secte sunt Moal sive Tartari ; quantum ad hoc quod ipsi non credunt nisi unum Deum, tamen faciunt de filtro ymagines defunctorum suorum et induunt eas [d] pannis pretiosissimis et ponunt in una biga vel duabus, et illas bigas [e] nullus audet tangere, et sunt sub custodia divinatorum suorum, qui sunt eorum sacerdotes, de quibus postea narrabo [f] vobis.[1]

10. Isti divinatores semper sunt ante curiam ipsius Mangu et aliorum divitum ; pauperes enim non habent eos, nisi illi qui sunt de genere Chingis. Et cum debent bigare, ipsi precedunt sicut *columpna nubis* filios Israel,[2] et ipsi considerant locum metandi castrum et primo [g] deponunt domos suas et post eos tota curia. Et tunc cum sit dies festus sive kalende, ipsi extrahunt predictas ymagines et ponunt eas ordinate per circuitum in domo sua. Tunc veniunt ipsi [h] Moal et ingrediuntur domum illam et inclinant se ymaginibus illis et venerantur eas. [i] Et illam domum nemini licet ingredi extraneo. Quadam enim vice volui ingredi [j] et multum dure fui increpatus.

---

[a] D om. *vel.* — [b] S *ad.* — [c] D om. *est.* — [d] SL add. *V.* — [e] D om. *bigas.* — [f] C *narravi.* — [g] DS *post.* — [h] L om. *ipsi.* — [i] DS *illas.* — [j] C om. *extraneo.... ingredi.*

---

[1] Cf. infra, cap. XXXIII.
[2] Cf. Exod., XIII, 21.

Digitized by Google

De diversis nacionibus, et de illis qui comedere solebant parentes.[a] Cap. XXVI.

1. Predicti ergo Iugures[b] qui[c] sunt mixti cum christianis et sarracenis, per frequentes disputaciones, ut credo, pervenerunt ad hoc quod non credunt nisi unum Deum.[1] Et isti fuerunt habitantes in civitatibus qui primo[d] obedierunt Chingischan; unde ipse dedit Regi eorum filiam suam.[2] Et ipsa Caracarum est quasi in territorio eorum, et tota terra Regis sive Presbiteri Iohannis et Unc[e] fratris eius est circa terras eorum. Sed isti in pascuis ad aquilonem, illi Iugures[f] inter montes ad meridiem. Inde est quod ipsi Moal sumpserunt litteras eorum,[3] et ipsi sunt magni scriptores eorum, et omnes fere nestorini sciunt litteras eorum.

2. Post istos sunt[g] ipsi Tangut[h] ad orientem inter montes illos, homines fortissimi, qui ceperunt Chingis in bello, et pace facta dimissus ab eis, postea subiugavit eos.[4] Isti habent boves fortissimos habentes caudas plenas pilis sicut equi, et ventres pilosos et dorsa; bassiores sunt aliis bobus in tibiis, sed fortiores multum.[5] Isti trahunt magnas domos Moallorum et habent cornua

---

[a] CD om. titulum. — [b] C *virgines*. — [c] D *quia*. — [d] DSL *post*. — [e] C *Tunc*. — [f] C *virgines*. — [g] C add. *et*. — [h] C *Tangunt*.

---

[1] Labouret, *Note sur les Chismes de l'Eglise nestorienne*, I, 227-35; e converso manicheorum et aliorum errores apud nestorianos vigebant, Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 338-42.

[2] Filia Chingis in uxorem data est Regi Merkitarum, non autem Uigurorum, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 419.

[3] Tartari ex industria Chingis scripturam Uigurorum assumpserunt. Nam post cladem Naimanorum 1204, Chingis primum ministrum eorum, T'a-ta-tung-o, arcessivit ut filios suos linguam hanc doceret, cf. Rockhill, *The Journey*, 150, n. 1.

[4] Tangut an. 982 aut 1004 super provinciam Kansu et partem septentrionalem Tibet extendebatur. Anno 1209-1210 Chingis civitatis obsidionem Ning-hsia super flumen flavum relinquere coactus est; anno vero 1226-1227 illam civitatem cepit destruxitque, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 95-96; 105-106; 139-40; Rockhill, *The Journey*, 150, n. 2; Beazley, *The Texts*, 333.

[5] Rockhill, *The Journey*, 151, n. 1; Beazley, *The Texts*, 333.

Digitized by Google

gracilia,[a] longa,[b] arcuosa,[c] acutissima, ita quod oportet semper summitates eorum secare. Vacca non permittit se mungi[d] nisi cantetur ei. Habent etiam naturam bubali, quia si vident hominem indutum rubeis, insiliunt in eum, volentes interficere.

3. Post istos[e] sunt Tebec,[f] homines solentes comedere parentes suos defunctos, ut causa pietatis non facerent aliud sepulcrum eis nisi viscera sua. Modo tamen hoc dimiserunt, quia abhominabiles erant omni nationi. Tamen ad- [351] huc faciunt pulchros cifos[g] de capitibus parentum, ut in[h] illis bibentes habeant memoriam eorum in iocunditate sua. Hoc dixit michi qui viderat.[1] Isti habent multum de auro in terra sua,[2] unde qui[i] indiget auro, fodit donec reperiat, et accipit quanto[j] indiget, residuum recondens[k] in terra. Quia si reponeret in thesauro vel in archa, credit quod Deus aufferret ei aliud quod est in terra.[3]

4. De istis hominibus vidi personas multum deformes.[4] Tangut vidi homines magnos sed fuscos. Iugures sunt mediocris stature sicut nostri. Apud Iugures est fons et radix ideomatis turci et communici.[5]

5. Post Tebec sunt Longa et Solanga,[l][6] quorum nuncios vidi in curia, qui adduxerunt[m] magnas bigas plus quam decem, quarum quelibet trahebatur sex bobus. Isti sunt parvi homines et fusci sicut Hyspani, et habent tunicas sicut supertunicale

---

[a] C *graciliora*. — [b] C *longua*. — [c] DSL *acuosa*. — [d] L *inungi*. — [e] SL *illos*. — [f] SL *Tebet* et sic deinceps. — [g] C indistinctim *cifos* et *ciphos* scribit. — [h] S om. *in*. — [i] C *quando*. — [j] D *quantum*; S *quando*. — [k] SL *condens*. — [l] SL *Langa et Selanga*. — [m] DSL *adduxerant*.

---

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 14.

[2] In multis fluminibus aurum ibidem reperitur, Rockhill, *The Land of the Lamas*, 209; *The Journey*, 152, n. 2.

[3] Haec opinio adhuc viget, ibid.

[4] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 14.

[5] Nota haec accuratissima est, cf. Bretschneider, *Mediaeval Researches*, I, 236-63; Rockhill, *The Journey*, 152, n. 4.

[6] Regiones Longa et Solanga magnam partem septentrionalem et orientalem provinciae Manchuriae necnon partem septentrionalem Koreae occupabant, cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 638-39; Rockhill, *The Journey*, 152-53, n. 5; Beazley, *The Texts*, 333; *The Dawn of modern Geography*, II, 350, n. 1.

Digitized by Google

diaconi, manicis parum strictioribus, sed [a] habent in capitibus mitras sicut Episcopi, sed pars anterior est parum inferior quam posterior et non terminatur in unum angulum sed sunt quadre desuper, et sunt de stamina rigidata per coleram nigram et limata [b] in tantum quod fulget ad radium solis sicut speculum vel galea bene burnita ; [1] et circa timpora habent longas bendas de eadem materia assutas [c] ipsi mitre, que se extendunt ad ventum sicut duo cornua egredientia de timporibus, et quando ventus nimis iactat eas, plicant eas per medium mitre superius a timpore in timpus et iacent sicut circulus ex transverso capitis, et est valde pulcrum ornamentum capitis. [d]

6. Et principalis nuncius [e] semper quando veniebat ad curiam habebat tabulam de dente elefantino, ad longitudinem unius cubiti et ad latitudinem unius palme, rasam multum.[2] Et quandocumque loquebatur ipsi Chan vel alicui [f] magno viro, semper aspiciebat in illam tabulam ac si legeret [g] ibi ea que dicebat, nec respiciebat ad dextram vel sinistram nec in faciem illius cui loquitur. Etiam accedens coram domino et recedens, nusquam [h] respicit nisi in tabulam suam.

7. Ultra istos sunt alii homines, ut intellexi pro vero, qui dicuntur Muc,[3] qui habent villas, sed nulla animalia sibi appropriant. Tamen sunt multi [i] greges et multa armenta in [j] terra ipsorum, et nullus custodit ea ; sed quando aliquis indiget aliquo, ascendit collem et clamat, et omnia animalia audientia cla-

---

[a] DSL *et.* — [b] C *limatam.* — [c] C *assuntas.* — [d] DSL om. *et est.... capitis.* — [e] C *micius.* — [f] S *alicuius.* — [g] DSL *inveniret.* — [h] D *nunquam.* — [i] S *multa.* — [j] S *a.*

---

[1] Haec vestimenta hodierno vestiendi modo Koreanorum valde conformia sunt, Rockhill, *The Journey*, 153, n. 1 ; Beazley, *The Texts*, 334-44 ; *The Dawn of modern Geography*, ibid.

[2] In principio tabulae ad memorialia facienda Imperatori subiicienda aut ad responsa ab eo accepta scribenda inserviebant ; ex variis materiis compositae erant et in longitudine circa tres pedes habebant, Rockhill, *The Journey*, 154, n. 1 ; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 279 ; II, 237 ; cf. itinerarium B. Odorici, cap. XXIX, n. 2.

[3] Secundum Rockhill, *The Journey*, 154, n. 2 ; Beazley, *The Texts*, 334 ; *The Dawn of modern Geography*, 350, isti *Muc* essent aborigenes Su-tch'uen et Kansu aut Yunnan.

Digitized by Google

morem accedunt circa illum, et permittunt se tractari quasi domestica. Et si nuncius vel aliquis extraneus accedat ad regionem illam, ipsi includunt eum in domo, ministrantes [a] necessaria, donec negotium eius fuerit expeditum, quia si iret extraneus per regionem, animalia ad odorem eius fugerent et efficerentur silvestria.[1]

8. Ultra est magna Cataia [b] qui antiquitus, ut credo, dicebantur Seres. Ab ipsis enim [c] veniunt optimi panni serici, qui dicuntur serici [d] ab illo populo, et ille populus dicitur Seres a quodam opido eorum.[2] Bene intellexi quod in illa regione est opidum habens muros argenteos et propugnacula aurea.[3] In ista terra sunt multe provincie, quarum plures adhuc non obediunt Moallis. Et inter [e] eos et Indiam interiacet mare.

9. Isti Catai sunt parvi homines, loquendo [f] multum aspirantes per nares ; et hoc est generale quod omnes orientales habent parvam aperturam oculorum [352]. Isti sunt optimi artifices in omni arte,[4] et valde cognoscunt medici eorum vires erbarum, et de pulsu optime iudicant ; [5] sed urinalibus non utuntur, nec sciunt aliquid de urina ; hoc enim vidi, multi enim [g] ex istis sunt apud Caracorum.[h] Et semper consueverunt ut [i] de quacumque arte servit pater oportet quod omnes filii eius serviant,

---

[a] DSL *et ministrant ei.* — [b] D *Cathaia* ; S *Cataya.* — [c] D om. *enim.* — [d] L om. *qui dicuntur.... Serici.* — [e] SL om. reliqua. S add. in margine *Hic deficit multum vide apud Edmundum residuum.* — [f] D *loquentes.* — [g] C om. *enim.* — [h] D *Caracarum.* — [i] C *et.*

---

[1] Rockhill, *The Journey*, 154, n. 2, hic potius de timore perdendi negotia quam de illis quae notat Fr. Guillelmus agere opinatur.

[2] Fr. Guillelmus inter scriptores occidentis primus est, qui Cathay cum regione Seres, auctorum Sinicorum, identificat. Nomen Seres, ut e quadam civitate huius nominis originem trahens, apud S. Isidrium invenitur, PL 82, 500. Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 10 ; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 20 ; 158 ; 196-200 ; 202-204 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 403 ; Rockhill, *The Journey*, 155; Beazley, *The Texts*, 334; *The Dawn of modern Geography*, 351, n. 3.

[3] Agitur de Singanfu, Beazley, *The Texts*, 334 ; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 159.

[4] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 10.

[5] Yule-Cordier, *Cathay*, I, 159, n. 2.

Digitized by Google

et ideo tantum reddunt tributum. Dant enim Moallis qualibet die mille quingentos [a] iascot : [b] iascot est pecia argenti ponderans decem marchas,[1] hoc est omni die xv milia marcharum, exceptis pannis sericis et cibariis que inde recipiunt et aliis servitiis quibus serviunt eis.

10. Omnes iste nationes sunt inter montes Caucasi, ad latera tamen aquilonaria ipsorum montium usque ad occeanum orientalem ex parte meridionali ipsius Sithie [2] quam inhabitant pastores Moal, que omnes sunt tributarie eis, et omnes ydolatrie dedite; et fabulantur multitudinem deorum et quosdam homines deificatos [c] et genealogiam deorum sicut nostri poete faciunt.

11. Sunt mixti inter eos tamquam advene nestorini et sarraceni usque in Cathaiam.[3] In xv civitatibus Cataye sunt nestorini et habent ibi episcopatum in civitate que dicitur Segin,[4] sed ulterius pure sunt ydolatrie. Sacerdotes ydolorum dictarum [d] nationum habent omnes cucullas latas croceas. Sunt etiam inter eos quidam hermite, ut intellexi, in silvis et montibus, mire vite et austeritatis.[5]

---

[a] D add. *cessinos*. — [b] C add. *vel cosmos*. — [c] C *deificatores* ; C *genologiam* ; D *genelogiam* — [d] C *ductarum*.

---

[1] Iascot idem videtur ac *sommo* auctoris Pegolotti ; valebat circa 125 libellas aureas ; marcha aurea circa 15 aut 16 libellas valebat.

[2] Haec ex S. Isidoro sumpta sunt, PL 82, 521.

[3] Cf. Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 24.

[4] Secundum Rockhill, *The Journey*, 157-58, Segin idem vult ac Hsian-Fu aut Hsi-Ching « metropolis occidentis », quod saepius Hsian-Fu applicatur ; A. C. Moule etiam pro Hsi-Ching opinatur, *Documents relating to the Missions*, 548. Yule-Cordier, *The Book*, 24-31; *Cathay*, I, 116; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 352, n. 1, pro Singanfu opinantur.

Pro nestorianorum organizatione in Sinis, cf. Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 24, n. 5 ; Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, III, 1, 98-100 ; Nau, *L'Expansion Nestorienne en Asie*, 255-73 ; Bonin, *Notes sur les anciennes chrétientés nestoriennes*, 585-92.

[5] Yule-Cordier, *The Book*, I, 220 ; 222-23 ; Hackmann, *Pai chang ch'ing Kuei*, 651-63; Epistola tertia Iohannis de Monte Corvino, cf. Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin* et infra ; *Monumenta Xaveriana*, I, 185; Barthold-Stübe, *Zur Geschichte*, 29.

Digitized by Google

12. Nestorini nichil sciunt ibi.[1] Dicunt enim servitium suum et habent libros sacros in siriano, quam linguam ignorant,[a] [2] unde cantant sicut monachi apud nos nescientes gramaticam, et hinc est quod[b] totaliter sunt corrupti.[c] Sunt in primis usurarii, ebriosi, etiam aliqui eorum, qui sunt cum Tartaris, habent plures uxores sicut Tartari. Quando ingrediuntur ecclesiam lavant inferiora membra sicut sarraceni, comedunt carnes feria sexta et tenent comessationes suas illa die more sarracenorum.

13. Tarde venit Episcopus in terris illis, forte vix semel in quinquaginta annis. Tunc faciunt omnes parvulos masculos etiam in cunabulis ordinari in sacerdotes, unde fere omnes viri eorum sunt sacerdotes. Et post hoc nubunt, quod est plane contra statuta patrum,[3] et[d] sunt bigami, quia mortua prima uxore ducunt aliam ipsi sacerdotes.[4] Sunt etiam omnes symoniaci, nullum sacramentum exhibentes gratis.

14. Sunt solliciti pro uxoribus et parvulis, unde non intendunt dilatationi fidei sed lucro. Unde contingit, cum aliqui eorum nutriant aliquos filios nobilium Moal, quamvis doceant eos Evangelium et fidem,[5] tamen per malam vitam et cupiditatem magis elongant eos a ritu christianorum, quia vita ipsorum Moal et etiam tuinorum,[6] hoc est ydolatrarum, innocentior est quam vita ipsorum.

[De itinere usque ad curiam Mangu Chan]. Cap. XXVII.

1. Egressi autem sumus in festo sancti Andree[7] a predicta civitate, et invenimus ibi prope ad tres leucas unum casale to-

[a] C *ygnorant.* — [b] C om. *est quod*; loco *hinc* hab. *hic.* — [c] D *corumpti.* — [d] D add. *etiam.*

[1] Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 166.

[2] Badger, *The Nestorians*, II, 146.

[3] Cf. Vacandard, *Célibat ecclésiastique*, ap. *Dictionnaire de Théologie Catholique*, II, 2068-88.

[4] Badger, *The Nestorians*, II, 178, 180.

[5] Cf. infra, cap. XXIX, n. 30 ; cap. XXX, n. 9.

[6] Fr. Guillelmus ordinarie hac voce utitur ad buddhistas designandos, sed hic etiam de Uigurorum sacerdotibus loqui videtur, Rockhill, *The Journey*, 159, n. 1.

[7] 30 novembris.

Digitized by Google

tum nestorinorum. Ingressi autem ecclesiam eorum cantavimus cum gaudio, quantum altius potuimus : *Salve regina*,[1] quia diu erat quod non videramus ecclesiam.

2. Inde profecti tribus diebus pervenimus ad capud illius provincie, in capite predicti maris quod videbatur nobis ita tempestuosum sicut [a] occeanus. Et magnam [b] insulam vidimus [c] in eo.[2] Socius meus appropiavit [d] litori [353] eius et humectavit pannum lineum in eo ut gustaret de aqua, que erat parum salsa, potabilis tamen. Veniebat quedam vallis ab inter montes magnos a regione inter meridiem et orientem, et ibi inter montes erat aliud quoddam mare magnum, et veniebat fluvius per vallem illam de illo mari in istud,[3] et tantus ventus quasi continue venit per vallem illam,[e] quod homines cum magno periculo transeunt, ne [f] ventus portet eos in mare.[4]

3. Transivimus ergo vallem, tendentes in aquilonem ad magna montana cooperta nivibus magnis, que tunc erant super terram, ita quod in festo sancti Nicholai [5] incepimus multum accelerare iter, [g] quia iam non inveniebamus populum sed ipsos iam, hoc est homines constitutos de dieta in dietam ad colligendos nuntios. Quia in multis locis inter montana via ar[c]ta est et pascua pauca, ita quod inter diem et noctem comprehendebamus duos iam ; unde faciebamus de duabus dietis unam, et ibamus plus de nocte quam de die. Ibi erat maximum frigus, unde mutuabant [h] nobis pelliceas caprinas, pilo extra verso.[1]

[a] D add. *et*. — [b] C add. *in silvam alias*. — [c] D om. *vidimus*. — [d] C *appropriavit*. — [e] C *illum*. — [f] D *ut*. — [g] C *avelare item*. — [h] D *mutabant*. — [i] D *ex transverso*.

[1] Chevalier, *Repertorium Hymnologicum*, II, 519.

[2] Secundum Schmidt, *Ueber Rubrucks Reise*, 206 ; Spörer, *Die Seeenzone des Balkasch-Alakul*, 73, 81 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 353; Rockhill, *The Journey*, 159, n. 2 ; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 52 hic agitur de Alakul.

[3] Lacus Ebi nor ; ast fluvius non ex Ebi nor egreditur sed ab Ala tan, Rockhill, *The Journey*, 160, n. 1.

[4] Ventus ille sub nomine ébé aut yube notatur, et speciatim ab autumno usque vernem flat. Variis in locis huius regionis huiusmodi ventus observatur, Spörer, *Die Seeenzone des Balkasch-Alakul*, 84 ; Rockhill, *The Journey*, ibid.

[5] 6 decembris.

Digitized by Google

4. Sabbato secundo adventuum[1] in sero transibamus per quemdam[a] locum inter rupes valde horribiles, et misit ductor noster ad me rogans me ut dicerem aliqua bona verba, quibus possent fugari demones, quia in passu illo solebant ipsi demones homines asportare subito, et nesciebatur quid fiebat de eis. Aliquando arripiebant equum, homine relicto, quandoque[b] extrahebant homini viscera, busto relicto super equo, et multa talia[c] contingebant ibi frequenter.[2] Tunc cantavimus alta voce *Credo in unum Deum*,[d] et transivimus[e] per gratiam Dei cum[f] tota societate illesi. Ex tunc ceperunt me[g] rogare ut scriberem eis cartas, quas[h] ferrent super capita sua; et ego dicebam eis: « Docebo vos verbum quod feretis in corde vestro, per quod salvabuntur anime vestre et corpora vestra[i] in eternum ». Et semper cum vellem docere, defficiebat michi[j] interpres. Scribebam tamen eis : *Credo in Deum* et[k] *Pater noster* dicens : « Hic scriptum est illud quod homo credere debet de Deo, et oratio in qua petitur a Deo quicquid est necessarium homini ; unde[l] credite firmiter quod hic scriptum est, quamvis non possitis[m] intelligere, et petite a Deo ut faciat vobis quod in oratione hic scripta continetur, quam ipse docuit proprio ore amicos suos, et spero quod salvabit vos ».[n] Aliud non poteram facere, quia loqui verba doctrine per interpretem talem erat magnum periculum immo impossibile, quia ipse nesciebat.

5. Post hoc intravimus planiciem illam in qua erat curia Keuchan,[o][3] que solebat esse terra Naiman qui erant proprii homines ipsius Presbiteri Iohannis. Sed tunc non vidi illam curiam sed in reditu.

---

[a] C *quoddam*. — [b] D *aliquando*. — [c] D om. *talia*. — [d] D om. *Deum*. — [e] D *pertransivimus*. — [f] D om. *cum*. — [g] D om. *me*. — [h] CD *que*. — [i] C *nostra*. — [j] D om. *michi*. — [k] D om. *et*. — [l] D om. *unde*. — [m] C *possetis*. — [n] C *eos*. — [o] C *Keucan*.

---

[1] 13 decembris ; Rockhill vertit : On the second Sunday in Advent, *The Journey*, 161.

[2] Haec legenda etiam ab Yuan-chuang narratur, cf. Rockhill, ibid., 161-62, n. 2 ; Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 287-88.

[3] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 20 ; cap. IX, n. 24.

Digitized by Google

6. Tamen hic narro vobis quid accidit de parentela eius et filio et uxoribus.[1] Ipso Keuchan mortuo, Baatu voluit quod Mangu esset Chan.[2] De morte vero ipsius [a] Keu nichil potui certum intelligere. Frater Andreas dixit quod mortuus fuit per quamdam medicinam sibi datam, et suspicabatur quod Baatu fecisset fieri. Tamen ego aliud audivi. Ipse enim citaverat Baatu ut veniret ad inclinandum se ei, et Baatu arripuit iter cum magno apparatu.[3] Timebat tamen [b] multum ipse [c] et homines sui, et premisit quemdam fratrem suum, Stican [d] [4] nomine. Qui cum pervenisset ad Keu et deberet ei servire de cifo, orta lite [354], interfecerunt se mutuo. Vidua ipsius Stichan retinuit nos per unam diem, ut ingrederemur domum eius et benediceremus ei, hoc est oraremus pro ea. Mortuo [e] ergo Keu, ipse Mangu est electus de voluntate Baatu,[5] et iam erat electus quando frater Andreas fuit ibi.[6]

7. Keu habebat quemdam fratrem nomine Siremon, [f] [7] qui de consilio uxoris Keu [8] et vassallorum suorum ivit cum magno apparatu versus Mangu tamquam inclinaturus ei. [g] Tamen in veritate proponebat interficere eum, et totam curiam eius extinguere. [h] Et cum iam prope esset Mangu per unam dietam vel duas, remansit quedam de bigis eius fracta in via, et dum auriga laboraret reparare eam, supervenit quidam de hominibus Mangu,

---

[a] D om. *ipsius*. — [b] D *autem*. — [c] D om. *ipse*. — [d] D *Stichin*, sicut etiam infra. — [e] C *mutuo*. — [f] C *Seremon*. — [g] D om. *ei*. — [h] D *interfecisse.... extinxisse*.

---

[1] Cf. supra, cap. XXIII, n. 2.

[2] Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 171.

[3] Blochet, ibid., 160, dicit quod Kuyuk conglobandi imperium causa, Batu destituere volens, in itinere naturali morte defunctus est, Rockhill, *The Journey*, 163, n. 1 ; Blochet, *La mort de Khaghan Koyouk*, 160-71 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 257-59.

[4] Est Syban, cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 20 ; cap. IX, n. 23.

[5] Rationes quae Batu ad eligendum Mangu impulerunt, exponit Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 170-75.

[6] Fr. Andreas nunquam vidit Mangu, cf. infra, cap. XXIX, n. 7.

[7] Shiramun, cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 20.

[8] Ogul Gaimish.

Digitized by Google

qui iuvavit eum ; et ille in [a] tantum inquisivit de itinere eorum, quod ille auriga revelavit ei id quod proponebat Siremon facere.

8. Tunc ille divertens, quasi parum curaret, ivit ad armentum equorum, et accepit fortiorem equum quem [b] potuit eligere, et nocte et die currens cum festinatione, pervenit ad curiam Mangu, nuncians ei ea que audierat.[1] Tunc Mangu, convocatis cito omnibus hominibus suis. fecit fieri iiij^or^ circulos hominum armatorum circa curiam suam, ut nullus posset ingredi vel egredi. [c] Reliquos misit contra ipsum Siremon. Qui ceperunt eum, non suspicantem quod consilium suum esset manifestatum, et adduxerunt eum ad curiam cum omnibus suis. Cui Mangu imponens [d] illud crimen, statim confessus est. Tunc interfectus est et maior filius [e] Keuchan et trecenti cum eis de maioribus Tartarorum. Missum est etiam pro dominabus ; [f] que omnes fuerunt fustigate cum titionibus ardentibus, ut confiterentur. Que confesse interfecte sunt.[2] Parvulus filius Keu qui non potuit esse capax vel conscius consilii, ille relictus est vivus,[g] et illi remansit curia patris cum omnibus spectantibus ad eam, animalibus scilicet et hominibus. [3]

9. Et per illam transivimus in reditu, nec fuerunt ductores mei eundo vel redeundo ausi [h] declinare ad illam. Sedebat enim in tristitia *domina gentium* et *non erat qui consolaretur eam.*[4]

10. Tunc iterum ascendimus montana, semper tendentes in aquilonem. Tandem in die beati Stephani [5] intravimus planiciem

---

[a] D om. *ille in.* — [b] C *quod.* — [c] C om. *vel egredi.* — [d] D *imponente.* — [e] D om. *filius.* — [f] C *duabus.* — [g] C *vivis.* — [h] C *nisi.*

---

[1] Cf. Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 174-75 ; nomen illius servi Kischk erat, Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 262.

[2] Non tamen statim poena capitali plexae sunt, sed postea. Anno 1252 enim sub praetextu quod capiti Mangu Chani insidiabantur, in aquam mersae sunt, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 268 ; Rockhill, *The Journey*, 164, n. 1 ; Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 175, n. 1 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 263.

[3] Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 175, n. 1 ; cf. supra, cap. VII, n. 4 ; infra, cap. XXXII, n. 5.

[4] Ierem., Threni, I, 1: *Sedet sola civitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium....* ; 2 : *non est qui consoletur eam.*

[5] 26 decembris.

Digitized by Google

magnam sicut mare, ita quod nullus monticulus apparebat, et in crastino in festo sancti Iohannis Evangeliste,[1] pervenimus ad curiam illius magni domini. Cum autem essemus prope eam per quinque dietas, voluit nos ille iam,[a] apud quem dormivimus, dirigere per quamdam viam in circuitu, ita quod oportuisset nos adhuc laborasse plus quam per quindecim dies. Et hoc erat, ut intellexi,[b] ut iremus per Onankerule,[c] terram scilicet eorum propriam, in qua est curia Chingischan :[d] [2] alii dicebant quia hoc volebant facere ut viam facerent prolixiorem, et maiorem ostenderent potentiam suam. Ita enim solent facere [e] hominibus venientibus de regionibus non subditis eis.[3] Et cum magna difficultate optinuit dux noster ut iremus rectam viam. Detinuerunt enim [f] nos super hoc facto a summo diluculo usque ad horam tertiam.

11. In illa etiam via dixit michi scriptor ille, quem expectaveramus apud Cailac, quod in litteris Baatu quas mittebat Manguchan continebatur quod vos requirebatis exercitum et adiutorium a [g] Sartach contra sarracenos. Tunc incepi multum mirari [355] et etiam sollicitus esse, quia sciebam tenorem litterarum vestrarum et quod nulla mentio fiebat de hoc in litteris vestris, nisi quod monebatis eum ut esset amicus omnium christianorum et exaltaret crucem et [h] esset inimicus omnium inimicorum crucis ; et etiam quia interpretes fuerant [i] Hermeni de maiori Hermenia [j] multum odientes sarracenos,[4] ne forte in odium et gravamen sarracenorum gravius [k] fuissent interpretati, secundum placitum eorum. Tacui ergo non dicens aliquid nec pro nec contra, quia timebam contradicere verbis Baatu, ne incurrerem [l] calumpniam sine rationabili causa.

---

[a] D om. *iam*. — [b] C add. *quod*. — [c] D *Onamkeule*. — [d] C *quam*. — [e] D om. *facere*. — [f] C om. *enim*. — [g] C *ad*. — [h] D *est*. — [i] D *fuerunt*. — [j] C *Herminia*. — [k] C *gratius*. — [l] C *incurrerer*.

---

[1] 27 decembris.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. I, n. 3.

[3] Haec nota accuratissima est et ab aliis testimoniis confirmatur, Rockhill, *The Journey*, 165-66, n. 2.

[4] Tournebize, *Histoire politique et religieuse de l'Arménie*, 393 ; Rémusat, *Relations diplomatiques*, II, 336.

Digitized by Google

[De curia Mangu, et de prima audientia]. Cap. XXVIII.

1. Venimus ergo predicto die ad dictam curiam. Ductori nostro fuit assignata magna domus, nobis tribus parvulum tuguriunculum,[a] in quo vix potuimus reponere res nostras et facere lectulos et modicum de igne. Multi venerunt visitare ducem nostrum, et allata fuit ei cervisia de risio[1] in lagunculis longis, strictis desuper, de qua nullam potui discernere differentiam ab optimo vino[b] antisiodorensi, excepto quod odorem vini non habebat.

2. Fuimus vocati et inquisiti fortiter super quo negotio veneramus. Ego respondebam: « Audivimus de Sartach quod esset christianus, venimus ad eum, Rex Francorum misit ei litteras clausas per nos; ipse misit nos ad patrem suum, pater eius misit nos huc. Ipse deberet[c] scripsisse causam quare ». Ipsi querebant si vos velletis facere pacem cum eis. Ego respondi: « Misit ipsi Sartach litteras tamquam christiano, et si scivisset quod non esset christianus, nunquam misisset ei litteras. De pace facienda, dico quod nullam fecit vobis iniuriam; si aliquam[d] fecisset, quare deberetis ei vel genti sue facere guerram, ipse libenter tamquam homo iustus vellet se emendare et requirere[e] pacem. Si vos sine causa volueritis ei inferre bellum vel genti sue, speramus quod Deus, qui iustus est, iuvabit eos ». Et ipsi mirabantur semper repetentes: « Quare venistis,[f] ex quo non venistis facere pacem »?

3. Ipsi enim[g] iam in tantam superbiam sunt erecti, quod credunt[h] quod totus mundus desideret facere pacem cum eis. Et certe si permitteretur michi, ego in toto mundo pro posse meo predicarem bellum contra eos. Ego autem nolebam eis[i]

---

[a] D *tugurinculum*. — [b] D om. *vino*. — [c] D *debet*. — [d] C *aliquid*. [e] C *requerere*. — [f] D *venisti*. — [g] D *vero*. — [h] C *credant*. — [i] D om. *eis*.

---

[1] Cf. infra, cap. XXVIII, n. 15, ubi dicit « bibere.... terracinam hoc est cervisiam de risio »; B. Odoricus, cap. XXIII, n. 4; Yule-Cordier, *The Book*, I, 441, n. 1; *Cathay*, II, 199-200, n. 5; hoc in casu de vino sinico, quod Shao hing chiu vocatur, sermo est; alterum vinum quod de milio fit Shao chiu dicitur, apud Mongolos vero araka, arrak et arreki, Rockhill, *The Journey*, 166-67, n. 1.

Digitized by Google

aperte explicare causam adventus mei, ne forte aliquid dicerem contra verba que mandaverat Baatu. Et ideo totam causam adventus mei illuc dicebam quia ipse miserat me.

4. Sequenti die ducti fuimus ad curiam, et crededam quod possem ire nudis pedibus, sicut in nostris partibus, unde deposueram sotulares. Venientes autem ad curiam descendunt longe a domo in qua est ipse Chan, quantum arcus iacere potest, et ibi remanent equi et garciones custodientes equos. Unde cum descendissemus [a] ibi, et ductor noster ivisset ad domum ipsius Chan, affuit ibi unus garcio Hungarus qui [b] recognovit nos, hoc est Ordinem nostrum. Et cum circumdarent nos homines et respicerent nos tamquam monstra, maxime quia eramus nudis pedibus, et quererent si nos non indigeremus pedibus nostris, quia supponebant quod statim amitteremus [c] eos, ille Hungarus reddidit eis rationem, narrans eis conditiones Ordinis nostri.[1]

5. Tunc venit magnus scriptor qui erat christianus nestorinus, cuius consilio fere omnia fiunt,[2] ut videret nos ; et respexit nos diligenter,[d] et vocavit illum Hungarum a quo multa quesivit. Tunc dictum est nobis ut reverteremur ad hospicium. Et cum reverteremur, vidi ante extremitatem curie versus orientem, longe a curia quantum posset balista iacere duabus vicibus, domum super quam erat crucicula.

6. Tunc ga- [356] visus multum, supponens quod [e] ibi esset aliquid christianitatis, ingressus sum [f] confidenter et inveni altare paratum valde pulchre.[g] Erant enim in panno aureo brosdate [h] [3] sive bistrate ymago Salvatoris et beate Virginis et Iohannis Baptiste et duorum angelorum, lineamentis corporis et vesti-

---

[a] D *devenissemus.* — [b] C *qi.* — [c] C *admitteremus.* — [d] D om. *et respexit.... diligenter.* — [e] C *quia.* — [f] C om. *sum.* — [g] D *pulchrum.* — [h] D *bosdate.*

---

[1] Cf. supra, cap. XX, n. 4.

[2] Id est Bolgai ex genere Kitaorum et christianus nestorianus, cap. XXIX, nn. 29, 37 ; cap. XXXII, n. 2. Anno 1264 capitali poena plexus est ex eo quod conspiratoribus Arik-Buga contra Kubilai, fratrem istius, sese coniunxit, P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême Orient*, 629 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 263.

[3] Cf. Ducange, *Glossarium* sub nomine brusdus, pro opere phrygio, acupicto, plumario.

Digitized by Google

mentorum distinctis margaritis, et crux magna argentea habens gemmas in angulis et[a] in medio sui, et alia philateria[b] multa, et lucerna cum oleo ardens[c] ante altare, habens octo lumina; et sedebat ibi unus monachus armenus, nigellus, macilentus, indutus[d] tunica cilicina asper-[r]ima usque ad medias tibias, habens desuper pallium nigrum de seta furratum, vario ligatus ferro sub cilicio.

7. Statim post ingressum, antequam salutaremus monachum, prostracti cantavimus *Ave regina celorum*,[1] et ipse surgens orabat nobiscum. Tunc, ipso salutato, sedimus iuxta eum habentem modicum de igne coram se in patella. Narravimus autem[e] ei causam adventus nostri, et ipse incepit nos multum confortare dicens ut loqueremur audacter, quia eramus nuncii Dei qui[f] est maior omni homine.

8. Postea narravit nobis de adventu suo dicens quod prevenerat nos per mensem[g] illuc, et quod fuerat heremita in territorio Ierosolimitano, et quia Deus[h] apparuerat ei tribus vicibus precipiens ei ut iret ad principem Tartarorum; et cum ipse[i] dissimularet ire, tercia vice comminatus est ei Deus, posternens eum in terram dicens quod moreretur nisi iret; et quia ipse dixerat Manguchan quia si vellet fieri christianus quod totus mundus veniret ad obedientiam eius, et quod Franci[j] et quod[k] magnus Papa obedirent ei; et monuit me ut similia dicerem ei. Tunc respondi: « Frater libenter monebo eum ut fiat christianus, ad hoc enim veni ut omnibus hoc predicem; promittam etiam[l] ei quod Franci et Papa multum gaudebunt et habebunt eum pro fratre et amico, sed quod debeant fieri servi eius et solvere ei tributum sicut iste alie nationes, nunquam promittam, quia loquerer contra conscientiam meam ». Tunc ipse tacuit.

9. Ivimus ergo ad hospitium nostrum, quod frigidum inveni, nec comederamus aliquid in die. Coximus modicum de carnibus et milium in brodio carnium ad sorbendum; dux noster et socii eius inebriabantur ad curiam, de nobis habebatur parva[m] cura.

---

[a] D om. *et*. — [b] D *philatoria*. — [c] D *audens*. — [d] C *inductus*. — [e] D *ergo*. — [f] C om. *qui*. — [g] D *mensum*. — [h] D *Dominus*. — [i] D om. *ipse*. — [j] C *Franseci*. — [k] D om. *quod*. — [l] D om. *etiam*. — [m] C om. *parva*.

---

[1] Chevalier, *Repertorium Hymnologicum*, I, 122.

Digitized by Google

10. Erant tunc ibi iuxta nos [a] nuncii Vastacii,[b] quod ignorabamus. Et diluculo fecerunt nos homines de curia surgere cum festinatione. Ego autem ivi cum eis nudis pedibus modica via ad domum dictorum nunciorum, et quesiverunt ab illis si nos cognoscerent. Tunc miles ille Grecus recognoscens Ordinem et etiam socium meum, quia viderat eum in curia Vastacii cum fratre Thoma ministro nostro,[1] cum universis sociis suis exhibuit magnum testimonium de nobis. Tunc quesiverunt si vos haberetis [c] pacem vel bellum cum Vastacio. « Nec pacem », dixi, « nec bellum » ; et ipsi quesiverunt quomodo [d] hoc posset esse. « Quia », dixi, « sunt terre eorum remote ab invicem nec habent aliquid facere ad [e] invicem ». Tunc dixit [f] nuncius Vastacii quod pacem, reddens [g] me cautum. Tunc tacui.

11. Illo mane congelate sunt summitates articulorum pedum meorum, ita quod amplius non potui ire nudis pedibus. Accutissimum est enim in illis regionibus frigus, et ex quo incipit gelare nunquam cessat usque ad madium,[h] immo mense madio.[1] Gelabat enim [j] omni mane, sed in die virtute solis solvebatur. Sed in hyeme nunquam dissolvitur sed cum omni vento continuatur gelu. Et si esset ibi ventus in hyeme sicut apud nos, nichil posset ibi vivere, sed semper est aer quietus usque ad aprilem, et tunc surgunt venti.[2] Et interfecit tunc [357], quando fuimus ibi circa pascha, infinita animalia frigus, quod surrexit cum vento. Modicum cecidit ibi de nive in hyeme, sed circa pascha, quod fuit in exitu aprilis,[3] cecidit tanta, quod omnes vici Caracarum fuerunt pleni, et oportebat eam exportare [k] cum bigis. Tunc attulerunt nobis de curia primo pelliceas arietinas et braccas de eodem [l] et sotulares quos receperunt socius meus et turgemannus. Ego autem

[a] C *eos*. — [b] C *Vastani*. — [c] D *nos haberemus*. — [d] C *commodo*. — [e] D *ab*. — [f] D *dicebat*. — [g] C *redens*. — [h] D loco *usque ad madium* hab. *esse madidum*. — [i] D *maio*. — [j] D *ei*. — [k] D *eum expectare*. — [l] D *eo*.

[1] Cf. Golubovich, *Biblioteca*, I, 219-28.

[2] Cf. descriptionem temporis apud Iohannem de Plano Carpini, cap. I, n. 5.

[3] Pascha an. 1254 locum habuit 12 aprilis ; Fr. Guillelmus paschatis festum an. 1255, 28 aprilis cum festo anni praecedentis confundit.

Digitized by Google

non credebam me indigere, quia videbatur michi quod mea pellicea quam tuleram de Baatu sufficeret michi.

12. Tunc in octavis Innocentium [1] fuimus [a] ducti ad curiam, et venerunt sacerdotes nestorini, de quibus ignorabam quod essent christiani, querentes quorsum adoraremus.[b] Dixi : « Ad orientem ». Et hoc querebant quia feceramus barbas nostras radi, de consilio ductoris nostri, ut apparemus [c] coram Chan secundum morem patrie nostre. Unde ipsi credebant quod essemus tuini,[d] [2] hoc est ydolatre. Fecerunt etiam nos exponere de biblia. Tunc quesiverunt quam reverentiam vellemus facere ipsi Chan, vel more nostro vel more eorum. Quibus respondi : « Sacerdotes sumus dediti servitio Dei. Nobiles domini non sustinent [e] in partibus nostris quod sacerdotes flectant coram eis genua propter honorem Dei, tamen nos volumus nos humiliare omni homini propter Deum. Nos de longe venimus ; primo si placet vobis, cantabimus laudes Deo qui nos salvos de tam longinquo usque huc perduxit, et postea faciemus secundum quod placuerit ipsi domino vestro, hoc excepto quod nichil precipiatur nobis quod sit contra cultum et honorem Dei ».

13. Tunc ingressi domum, dixerunt verba nostra. Placuit domino, et statuerunt nos ante portam domus, levantes filtrum quod pendebat ante portam, et quia erat in natalitiis incepimus cantare : [3]

A solis ortus cardine
Et usque terre limitem
Christum canamus principem
Natum Maria Virgine.

Quem impnum cum cantavissemus, scrutati sunt tibias et sinum et [f] brachia nostra, utrum haberemus cutellos super nos.

---

[a] D *fuerunt.* — [b] D *adoremus.* — [c] D *appararemus.* — [d] C *turvi* ; D *tuiny.* — [e] D *sustinerent,* in marg. correxit in *sustinent.* — [f] D *similiter.*

---

[1] 4 ianuarii.

[2] Tuini facie versa ad aquilonem orationes faciebant ; nestoriani vero ad orientem, Rockhill, *The Journey,* 171, n. 2. Pro tonsura et barba, cf. supra, cap. XXV, n. 1 ; nestoriani barbam nutriebant, Nau, *L'Expansion Nestorienne,* 359.

[3] Chevalier, *Repertorium Hymnol.,* 1, 3.

Digitized by Google

Interpretem fecerunt distinguere et relinquere corrigiam cum cutello [a] extra sub custodia unius hostiarii.

14. Tunc ingressi sumus, et bancus cum cosmos erat in introitu, iuxta quem fecerunt stare interpretem,[b] nos vero fecerunt [c] sedere super scamnum ante dominas. Domus vero erat tota tecta panno aureo intus, et fiebat ignis in quadam arula in medio domus de spinis et radicibus abscinthii, quod ibi crescit valde magnum, et etiam ex [d] stercoribus boum.[1] Ipse vero sedebat in lecto indutus pelle maculosa et lucente valde, qualis est pellis bovis marini.[2] Et est homo simus, mediocris stature, circa etatem quadraginginta quinque annorum ; et sedebat uxor iuvencula iuxta eum, et quedam filia sua valde turpis, Cirina nomine, adulta cum aliis parvulis sedebat in lecto post eos. Illa enim domus fuerat cuiusdam domine christiane quam multum dilexerat, de qua susceperat predictam filiam. Et superinduxerat illam iuvenculam uxorem, sed tamen filia erat domicella totius illius curie que fuerat matris eius.

15. Tunc ipse fecit à nobis queri quid vellemus bibere utrum vinum vel terracinam, hoc est cervisiam de risio,[3] vel caracosmos, hoc est clarum lac iumenti, vel bal, hoc est medonem [e] de melle.[4] Istis enim quatuor potibus utuntur in hyeme. Tunc respondi : « Domine nos non sumus homines querentes voluntatem [f] in potu, sufficit nobis beneplacitum vestrum ». Tunc fecit [358] nobis dari de potu de risio claro et sapido sicut vinum album, de quo gustavi propter reverentiam eius paululum. Et ad infortunium nostrum, interpres noster stabat iuxta pincernas qui dederunt ei multum bibere, et statim fuit ebrius.

16. Tunc ipse Chan fecit afferri falcones et alias aves quas accepit super manum suam et respexit, et post longum spatium precepit ut loqueremur. Tunc oportuit nos flectere genua.[5] Et

[a] C add. *super nos*. — [b] D add. *nostrum*. — [c] D om. *fecerunt*. — [d] D *de*. — [e] C *meldonem*. — [f] D *voluptatem*.

[1] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. I, n. 4.

[2] Verisimiliter pellis phocae, Rockhill, *The Journey*, 172, n. 3.

[3] Cf. supra, cap. XXVIII, n. 1.

[4] Cf. ibid., cap. II, n. 9 ; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 199-200, n. 5.

[5] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 16 ; et supra, cap. XIX, n. 7.

Digitized by Google

ipse habebat suum interpretem quemdam nestorinum, de quo ignorabam quod christianus esset, et nos habebamus nostrum interpretem talem qualem, qui iam etiam erat ebrius. Tunc dixi : « Nos in primis reddimus gratias et laudes Deo qui adduxit nos de tam loginquis partibus ut videamus Manguchan, cui Deus dedit tantam potestatem in terra. Et oramus Christum [a] cuius imperio omnes vivimus et morimur,[1] ut ipse det ei bene et diu vivere ». Hoc enim volunt ut oretur pro vita eorum.[2] Tunc narravi ei : « Domine audivimus de Sartach quod esset christianus et gavisi sunt christiani qui hoc audierunt et precipue dominus Rex Francorum. Unde nos venimus ad eum, et dominus Rex misit ei litteras per nos in quibus erant pacifica verba, et inter alia verba ipse testificabatur ei de nobis cuiusmodi [b] homines sumus, et rogabat eum ut permitteret nos morari in terra sua ; nostrum enim officium est docere homines vivere secundum legem Dei. Ipse vero misit nos ad patrem suum Baatu, Baatu autem misit nos huc [c] ad vos. Vos estis cui Deus dedit magnum dominium in terra, rogamus ergo potentiam vestram, ut detis nobis licenciam remanendi in terra vestra ad faciendum servitium Dei pro vobis et [d] uxoribus et liberis vestris. Non habemus aurum vel argentum vel lapides preciosos que possumus presentare vobis nisi nosmetipsos, quos presentamus ad serviendum Deo [e] et orandum Deum [f] pro vobis. Ad minus detis nobis licenciam remanendi donec istud frigus transierit. Socius enim [g] meus est ita debilis quod nullo modo, salva vita sua, [h] potest amplius laborare in equitando ».

17. Ipse enim socius meus dixerat michi infirmitatem suam, et adiuraverat me ut peterem licenciam remanendi. Supponebamus enim bene quod oporteret nos redire ad Baatu, nisi de speciali gracia daret nobis licenciam remanendi.

---

[a] D *ipsum Dominum.* — [b] D *cuius.* — [c] C *hic.* — [d] D om. *et.* — [e] D om. *Deo.* — [f] D *Deo.* — [g] D om. *enim.* — [h] D om. *sua.*

---

[1] Cf. Rom., XIV, 8 : *Sive ergo vivimus sive morimur Domini sumus.*

[2] De taoïstorum obligatione dicendi orationes pro Magni Chani vita longa, cf. Chavannes, *Inscriptions et Pièces de Chancellerie*, ap. *T'oung Pao*, 1908, 367. Haec obligatio postea ad omnes religiosos extenditur, ibid., 390-91 ; 397-98 ; 401-403 ; 407-408 ; 408-410.

Digitized by Google

18. Tunc ipse incepit[a] respondere: « Sicut sol est ubique diffundens radios suos, ita mea potencia et ipsius Baatu diffundit se ubique. Unde non indigemus auro vel argento vestro ». Usque huc intellexi interpretem meum, sed ulterius nullam integram sentenciam potui comprehendere, unde percepi bene quod ebrius erat. Et etiam ipse Manguchan videbatur michi temulentus.[1] In hoc tamen finivit verba sua; ut visum fuit michi, quod non placebat ei quod prius venissemus ad Sartach quam ad eum. Tunc ego videns defectum interpretis tacui, hoc excepto quod rogavi eum ut non displiceret ei quod dixeram de auro et argento, quia non dixeram quia ipse indigeret talibus vel talia cuperet, sed quia libenter vellemus eum honorare[b] temporalibus et spiritualibus.

19. Tunc fecit nos surgere et iterum sedere, et post pauca ipso salutato exivimus, et scriptores eius et ille interpres suus, qui nutrit unam de filiabus suis, nobiscum. Et inceperunt multum inquirere de regno Francie, utrum essent ibi multi arietes et boves et equi, ac si statim deberent ingredi et capere omnia; et[c] multociens alias oportebat me[d] facere magnam vim in dissimulando indignationem et [359] iram, et respondi: « Multa bona sunt ibi que vos videbitis si contingat vos illuc ire ».[e]

20. Tunc assignaverunt nobis quemdam qui debebat habere curam nostri, et ivimus ad monachum. Et cum exiremus inde ituri ad hospicium, venit ad nos predictus interpres dicens: « Manguchan compatitur vobis et dat vobis spacium morandi hic per duos menses, tunc transactum erit magnum frigus; et mandat vobis, hic prope ad decem dietas est civitas bona que dicitur Caracarum, si vultis illuc ire, ipse faciet vobis ministrare necessaria, si autem vultis hic manere, potestis et habebitis necessaria; tamen[f] laboriosum erit vobis equitare cum curia ». Et ego res-

[a] C *incipit.* — [b] D *honorarare.* — [c] D add. *tunc.* — [d] D add. *michi.* — [e] D *venire.* — [f] D *tunc.*

[1] Legibus a Chingis contra ebrietatem factis non obstantibus, ipse et successores eius potatores erant potentes, Rockhill, *The Journey*, 175, n. 1; Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 166. Iohannes de Plano Carpini, cap. IV, n. 6, dicit: « ebrietas honorabilis est apud eos »; cf. Fr. Guillelmus, infra cap. XXIX, n. 22.

Digitized by Google

pondi : « Dominus custodiat Manguchan et det ei bonam vitam et longam! Nos invenimus hic istum monachum, de quo credimus quod sit sanctus homo et quod per voluntatem Dei venerit ad partes istas, unde libenter staremus cum eo quia monachi sumus, et diceremus [a] orationes nostras simul pro vita ipsius Chan ». Tunc ille silens recessit.

21. Et ivimus ad domum nostram, quam frigidam invenimus et absque materia ignis, adhuc ieiuni a cibo, et nox erat. Tunc ille cui recommendati eramus providit nobis de materia ignis et de modico cibo.

[Varia quae a Fr. Guillelmo apud curiam Mangu facta et visa et audita sunt]. Cap. XXIX.

1. Ductor noster [b] reversus est ad Baatu, postulans a nobis uñam carpitam sive unum tapetium quod reliqueramus de mandato eius in curia Baatu ; concessimus. Et ipse pacifice recessit,[c] postulans dextram nostram [1] et dicens culpam suam, si [d] permiserat nos habere famem vel sitim in via ; condonavimus ei,[e] pariter ab ipso et a tota familia sua postulantes veniam, si quod eis malum exemplum ostendissemus.

2. Invenit nos quedam mulier de Metis [f] in Lotaringia, que capta fuit in Hungaria,[g] nomine Pascha, que fecit nobis magnum pascha [2] pro posse suo, et spectabat [h] ad curiam illius [i] domine que fuerat christiana, de qua dixi superius,[3] que narravit nobis inauditas paupertates quas sustinuerat antequam venisset ad curiam.[4] Sed modo erat ei satis bene, habebat enim iuvenem

[a] D *dicemus*. — [b] D om. *noster*. — [c] D add. *sic*. — [d] C om. *si*. — [e] D add. *et*. — [f] D *Mettis*. — [g] D om. *que capta.... Hungaria*. — [h] D *spectat*. — [i] D *ipsius*.

[1] Ille usus apud Mongolos ignotus erat ; verisimiliter fratres vel nestorianos sic facientes vidit, Rockhill, *The Journey*, 176, n. 1.

[2] Magnum festum, cf. Ducange, *Glossarium*.

[3] Cap. XXVIII, n. 14.

[4] De captivorum conditionibus, cf. relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, cap. VII, nn. 3 et 6 ; Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, II, 71.

Digitized by Google

maritum rutenum, de quo habebat tres [a] puerulos valde pulchros, qui sciebat [b] facere domos, quod est bonum artificium inter eos.

3. Insuper narravit nobis quod apud Caracarum [c] esset quidam magister aurifaber, Willelmus nomine, oriundus Parisius, cognomen eius est Buchier et nomen patris eius Laurentius Buchier, et adhuc credit se habere fratrem super magnum pontum, nomine Rogerus Buchier. Dicebat etiam [d] illa michi quod ipse haberet quemdam iuvenem quem nutrierat quem habebat pro filio, qui erat optimus interpres. Sed Manguchan tradiderat [e] dicto magistro trescenta iascot, hoc est tria millia marcarum, et L artifices pro opere quodam faciendo, ita quod timebat quod non posset filium suum mittere ad me. Ipsa enim audierat in curia dicentes ei: « Homines qui venerunt de terra tua sunt boni viri, et Manguchan libenter loqueretur [f] eis, sed interpres eorum nichil valet ». Ideo erat sollicita pro interprete.

4. Tunc scripsi dicto [g] magistro de adventu meo [h] rogans eum ut, si posset, mitteret michi filium suum; et rescripsit quod in illa lunatione non posset, sed in sequenti compleretur opus suum et tunc mitteret eum michi.

5. Stabamus ergo [i] cum aliis nunciis. Et aliter fit de nunciis in curia Baatu et curia Mangu [360]. In curia enim Baatu est unus iam ad latus occidentale, qui recipit omnes venientes ab occidente, et sic de aliis regionibus mundi; sed in curia Mangu omnes sunt simul sub uno iam, et possunt se mutuo visitare et videre. In curia Baatu ignorant se et nescit unus de alio utrum sit nuncius, quia nesciunt hospicia mutua, nec vident se nisi in curia. Et quando unus [j] vocatur, alius forte non vocatur, non enim vadunt ad curiam nisi vocati.

6. Invenimus ibi quemdam christianum de Damasco qui dicebat se venisse pro Soldano de Monte Regali et de Crac, qui volebat fieri tributarius et amicus Tartarorum.

7. Anno etiam precedenti, antequam venirem illuc, fuerat ibi quidam de Acon clericus qui vocabat se Raimmundum,[k] sed in veritate nomen eius erat Theodolus. Et arripuerat iter de Cipro

---

[a] D om. *tres*. — [b] D *sciebant*. — [c] C *Carecarum*. — [d] D *et*. — [e] D *tradebat*. — [f] D *loquetur*. — [g] D *predicto*. — [h] C *nostro*. — [i] D *quoque*. — [j] C repetit *et quando unus*. — [k] D *Reimundum*.

Digitized by Google

cum fratre Andrea et ivit cum eo usque in Persidem et comparavit sibi quedam organa ab Amorrico [a] [1] ibi in Perside et remansit post fratrem Andream. Fratre Andrea reverso, ipse processit cum organis suis et pervenit ad Manguchan.

8. Qui requisitus pro quo venisset, dixit quod ipse erat cum quodam sancto Episcopo, cui Deus miserat litteras de celo scriptas litteris aureis et mandabat ei quod mitteret ad dominum Tartarorum, quia [b] futurus erat dominus [c] orbis terrarum et quod persuaderet hominibus quod facerent pacem cum eo. Tunc dixit ei Mangu: « Si attulisses litteras illas que de celo venerunt et litteras domini tui, tunc bene venisses ». Tunc respondit quod afferebat litteras, sed erant cum aliis rebus suis super saginarium quemdam indomitum qui evadens fugerat per silvas et montana, ita quod amiserat omnia. Et bene est verum quod tales casus frequenter [d] contingunt. Unde oportet quod homo valde caute teneat equum suum, quando descendit pro necessitate.

9. Tunc quesivit Mangu nomen Episcopi. Dicebat quod vocaretur Odo; [2] unde dicebat illi de Damasco et magistro Willelmo quod [e] fuerat clericus domini legati. Tunc quesivit ipse Chan in cuius regno esset. Cui respondit quod sub rege quodam Francorum qui vocabatur Rex Moles. [f] [3] Audierat enim iam de eo quod contigerat apud Mossoram, [g] [4] et volebat dicere quod esset de vestris hominibus. Insuper dicebat ipsi Chan quod sarraceni erant inter Francos et ipsum, qui impediebant [h] viam; quod si via esset aperta, mitterent nuncios et facerent libenter pacem cum eo. Tunc Manguchan quesivit si vellet ducere nuncios ad illum Regem et illum [i] Episcopum. Respondit quod sic, etiam ad Papam.

---

[a] D *Amorico.* — [b] D correxit *quia* in *qui et.* — [c] D om. *dominus.* — [d] D *sepe.* — [e] D *qui.* — [f] D *Meles.* — [g] C *Mensuram.* — [h] D *impediebat.* — [i] C *ipsum.*

---

[1] In genere organum est quidquid aptatur ad cantilenam, cf. Ducange, *Glossarium.* Ab Amorrico mendum esset pro Hermenia (Armenia). Rockhill, *The Journey*, 178-79, n. 1.

[2] Forsan Odo, Cardinalis titularis Tusculi, qui praedicaverat crucem in Gallia et Ludovici IX in Terra Sancta ut Legatus Pontificius socius erat, Eubel, *Hierarchia Ecclesiastica*, I, 6.

[3] Explanationem huius nominis non inveni.

[4] Mansurah, ubi Ludovicus IX an. 1250 captus fuit.

Digitized by Google

10. Tunc Mangu fecit fieri arcum fortissimum, quem duo homines vix poterant tendere, et duos bousiones,[a] quorum capita erant argentea plena foraminibus, et sibilant[b] quando iaciuntur quasi fistule.[c] [1] Et iniunxit ipsi Moal quem debebat mittere cum dicto Theodolo :[d] « Tu ibis ad Regem illum Francorum ad quem iste te ducet et offeres ei ista ex parte mea. Et si vult habere pacem nobiscum, et nos adquiremus[e] terram super sarracenos usque ad ipsum, et concedimus ei residuum terre usque in occidentem; sin autem referas arcum ad nos et sagittas, dicens ei quod talibus arcubus longe iacimus et fortiter percutimus ».

11. Tunc fecit exire ipsum Theodolum, cuius interpres erat filius magistri Willelmi, et ipso audiente dixit ipsi Moal: « Tu ibis cum isto homine, explora vias bene et regionem et civitates et castra et homines [361] et arma eorum ». Tunc ipse iuvenis increpavit ipsum Theodolum dicens quod male faceret ducendo nuncios Tartarorum secum, quia non ibant nisi causa explorandi. Tunc respondit quod poneret eos in mari, ita quod nescirent unde venissent aut quorsum redirent. Dedit etiam Mangu ipsi Moal bullam suam auream, platam scilicet[f] auream ad latitudinem unius palme et longitudinem semis cubiti, in qua sculpitur[g] mandatum suum. Qui illam portat potest imperare quod vult, et fit sine mora.[2]

12. Sic ergo venit Theodolus usque ad Vastacium, volens transire ad Papam, et decipere Papam sicut deciperat Manguchan. Tunc Vastacius quesivit ab eo si haberet litteras Pape quod esset nuncius et quod deberet ducere nuncios Tartarorum. Ipsum autem non valentem[h] ostendere litteras cepit et spoliavit omnibus que acquisiverat et posuit in carcerem. Ipse vero Moal incurrit infirmitatem et mortuus est ibi.

---

[a] D *bonsiaves*, in margine *lorimes*. — [b] C *sibulant*. — [c] D *infistule*. — [d] C *Crodelo*. — [e] C *aquiremus*. — [f] C om. *auream.... scilicet*. — [g] C *scribitur*. — [h] D *volentem*.

---

[1] Huiusmodi sagittae apud Turcos et Mongolos in usu erant, Rockhill, *The Journey*, 180, n. 1.

[2] Rockhill, *The Journey*, 181, n. 1 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 357-58, n. 3 ; Yule-Cordier, *The Book*, II, 350-54, n. 2 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 331-32.

Digitized by Google

13. Vastacius vero [a] per famulos ipsius Moal remisit bullam auream ipsi Manguchan, quibus ego obviavi apud Arseron,[1] in introitu Turquie, qui narraverunt michi eventum ipsius Theodoli. Tales trufatores currunt per mundum, quos Moal interficiunt, cum possunt eos deprehendere.

14. Instabat autem dies epiphanie,[2] et ille monachus armenus, Sergius nomine, dicebat michi quod ipse baptizaret Manguchan in die festo. Ego autem rogavi eum quod omnibus modis laboraret ut interessem, ita quod possem perhibere testimonium de visu. Et ipse spopondit. [b]

15. Venit dies festus et [c] non vocavit me monachus, sed hora sexta fui vocatus ad curiam, et vidi monachum cum sacerdotibus revertentem de curia cum cruce sua, et sacerdotes cum turribulo et Evangelio. Ipsa enim die fecerat convivium Manguchan; et mos [d] eius est quod talibus diebus, quibus [e] divini sui dicunt ei festos vel sacerdotes nestorini aliquando sacros, quod ipse tunc tenet curiam. Et talibus diebus primo veniunt sacerdotes [f] christiani cum suo apparatu et orant pro eo et benedicunt cifum suum; istis recedentibus, veniunt sacerdotes sarraceni et faciunt similiter; post hos veniunt sacerdotes ydolatre idem facientes.[3] Et dicebat michi monachus quod solum credit christianis, tamen vult ut omnes orent pro eo. Et ipse mentiebatur quia nullis credit sicut postea audietis; [4] tamen [g] omnes sequuntur curiam suam sicut musce mel, et omnibus dat, et omnes credunt se esse familiares eius et omnes prophetant ei prospera.

16. Tunc sedimus ante curiam suam per longum spatium, et attulerunt nobis carnes ad comedendum. Quibus respondi quia non comederemus ibi; sed si vellent nobis providere de cibo, providerent nobis apud domum nostram. Tunc dixerunt: [h]

---

[a] C om. *Vastacius vero.* — [b] C *respondit.* — [c] C om. *et.* — [d] C *mox.* — [e] CD *quos.* — [f] D om. *sacerdotes.* — [g] C *cum.* — [h] C om. *Tunc dixerunt.*

---

[1] Erzerum.

[2] 6 ianuarii.

[3] Cf. epistolam tertiam Fr. Iohannis de Monte Corvino, n. 6; B. Odorici relationem, cap. XXIX, n. 6.

[4] Cap. XXXIV, n. 2.

Digitized by Google

« Eatis ergo ad domum vestram quia alia de causa non fuistis vocati, nisi ut comederetis ». Reversi ergo sumus per monachum, qui erubescebat de mendacio quod dixerat michi, et ideo nolui ponere eum in verbis de illa materia. Quidam tamen nestorini volebant michi asserere quod esset baptizatus ; [1] quibus dicebam quod nunquam crederem [a] nec aliis dicerem ex quo non videram.

17. Venimus ad domum nostram frigidam et vacuam. Lectiscrinia [b] providebant et coopertoria, afferebant etiam nobis materiam ignis et dabant carnem [c] unius arietis parvi [d] et macilenti tribus nobis, cibum pro sex diebus, et [e] cotidie scutellam plenam de milio [f] et [g] unam quartam in die de cervisia de milio,[h] [2] et mutuabant [i] caldariam [362] et tripodem ad coquendam [j] carnem nostram ; qua cocta, milium coquebamus in brodio carnium. Iste erat cibus noster, et bene suffecisset nobis si permisissent nos comedere in pace. Sed tot sunt famelici, quibus non providetur de cibo, qui quam cito videbant nos parare cibum, ingerebant [k] se super nos, quos oportebat comedere nobiscum. Ibi expertus sum quantum martirium sit largiri in paupertate.

18. Tunc incepit frigus multum [l] invalescere, et misit nobis ipse Manguchan tres pelliceas de pellibus papionum, quorum pilum vertunt extra, quos recepimus cum gratiarum actione. Quesiverunt etiam qualiter haberemus necessaria ciborum. Quibus dixi quod modica cibaria sufficiunt nobis, sed domum non habemus in qua possumus orare pro Manguchan. Tugurium enim nostrum erat ita parvum quod non [m] poteramus stare erecti in eo, nec aperire libros quam cito faciebamus ignem. Tunc retulerunt verbum ad eum et misit ad monachum cognoscere si vellet socie-

[a] C *crederent.* — [b] C *Lectisternia.* — [c] D *carnes.* — [d] C om. *parvi.* — [e] C om. *et* quod ponit post *cotidie.* — [f] C *mellio.* — [g] C om. *et.* — [h] D *oyo.* — [i] D correxit in *mittebant.* — [j] C *coquendum.* — [k] C *ingrediebant.* — [l] C om. *multum.* — [m] D *vix.*

[1] Sic etiam Haiton: « Et baptizatus fuit per manum cuiusdam episcopi.... et omnes illi de domo sua fuerunt baptizati et multi alii utriusque sexus nobiles et magnates », cf. *Recueil des Historiens des Croisades. Documents Arméniens*, cap. XVIII.

[2] Hoc est vinum flavum, vulgo huang chiu dictum ; in partibus septentrionalibus Sinarum ex milio glutinoso fuit factum, Rockhill, *The Journey*, 183, n. 1.

Digitized by Google

tatem nostram, qui gaudenter respondit quod sic. Ex tunc provisum est nobis de meliori domo, et descendimus cum monacho ante curiam ubi nullus hospitabatur nisi nos et divinatores eorum; sed illi propinquius et ante curiam maioris domine, nos autem in extremitate versus orientem ante curiam [a] ultime domine. Istud actum [b] est pridie octavas epiphanie.[1]

19. In crastino, scilicet in octavis epiphanie convenerunt omnes sacerdotes nestorini ante diem ad capellam et pulsaverunt tabulam [2] et cantaverunt matutinas sollempniter et induerunt se ornamentis suis, parantes turribulum et incensum. Et dum sic expectarent in ipsa aurora [c] ecclesie, prima [d] uxor, nomine Cotota Caten [e] — Caten idem est quod domina, Cotota proprium nomen [f] [3] — ingressa est capellam cum aliis dominabus pluribus et cum filio suo primogenito, nomine Baltu, et aliis parvulis suis; [4] et prostraverunt [g] se in terram dando frontes more nestorinorum, et post hoc tetigerunt omnes ymagines manu dextra, osculando semper manum post tactum; et post hoc dederunt dextras omnibus circumstantibus in ecclesia. Hic [h] est enim mos nestorinorum ingredientium ecclesiam. Tunc cantaverunt sacerdotes multa, dando incensum domine in manu sua; [i] et ipsa ponebat illud super ignem, et tunc thurificabant ei. Post hoc cum iam esset clara dies, ipsa incepit deponere ornamentum capitis sui, quod dicitur bocca,[5] et vidi calvariam eius nudam,[6] et ipsa

[a] D om. *ante curiam.* — [b] C *autem.* — [c] D add. *vel area.* — [d] C *post.* — [e] C *Catota*; D *Cateu.* — [f] C om. *Caten.... nomen.* — [g] C *prostaverunt.* — [h] C *Hoc.* — [i] D *tua.*

[1] 12 ianuarii.

[2] Cf. supra, cap. XVIII, n. 1.

[3] Scriptores mahumetici eam Kutuktai khatum vocant, ortam ex tribu Ykiras. Post mortem Mangu conspirationi contra Kubilai se iunxit, cf. cap. XXVII, n. 8. Titulus Khatum, tursice Khanum ex voce Khan, Imperatorum et principum uxoribus dabatur, Rockhill, *The Journey*, 184, n. 1.

[4] Duo filii sui ex Mangu erant Baltu et Orenguias.

[5] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. II, n. 5; Fr. Guillelmi, supra, cap. VI, n. 3; B. Odorici, cap. XXVI, n. 4.

[6] Fr. Guillelmus hanc notitiam addit, quia mulieres uxoratae nunquam absque bogtak in publico se monstrarunt, Rockhill, *The Journey*, 184, n. 3.

Digitized by Google

tunc precepit quod exiremus, et in exeundo vidi afferri pelium de argento. Utrum baptizaverunt eam vel non, ego[a] nescio; sed scio quod ipsi non celebrant missam in tentorio sed in ecclesia stabili. Et in pasca[1] vidi eos baptizare et cum magna sollempnitate consecrare fontes, quod tunc non fecerunt.

20. Et dum ingressi essemus domum nostram, venit ipse Manguchan et ingressus est ecclesiam sive oratorium, et allatus fuit lectus aureus, super quem ipse sedit iuxta dominam, ex opposito altaris. Tunc vocati sumus, ignorantes quod venisset Mangu, et ianitores scrutati sunt nos ne haberemus cutellos super nos. Ingressus autem oratorium habens bibliam et breviarium in pectore, primo inclinavi me ad altare et postea ipsi Chan, et transeuntes stetimus inter monachum et altare. Tunc fecerunt non psallere psalmum more nostro et cantare. Cantavimus autem de prosa illa: *Veni Sancte Spiritus.*[2] Ipse autem Chan fecit sibi afferre libros nostros bibliam et breviarium, et quesivit de ymaginibus diligenter [363] quid significarent. Nestorini responderunt ei pro velle suo, quia interpres noster non erat nobiscum ingressus. Etiam quando prima vice fueram ante eum habebam bibliam in pectore, quam fecit sibi afferri et multum respexit eam.

21. Tunc ipse recessit, et domina remansit ibi et distribuit[b] munera omnibus christianis qui ibi erant. Monacho dedit unum iascot et archidiacono sacerdotum aliud. Coram nobis fecit poni unum nasic, hoc est pannum latum sicut coopertorium lecti et longum valde,[3] et unum buccaranum.[4] Que cum nollem recipere, miserunt interpreti, et ipse habuit sibi; nassic attulit usque in Ciprum, quem vendidit octoginta besanciis de Cipro, sed deterioratum multum fuerat in via.

---

[a] D om. *ego.* — [b] D *distribuerat.*

---

[1] 12 aprilis.

[2] Chevalier, *Repertorium Hymnologicum*, II, 717-18.

[3] Nassit seu naosith seu nacco mercatorum Italiae erat vestis auro illusa, Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, II, 698; Yule-Cordier, *The Book*, I, 65, n.; 295, n. 6; *Cathay*, III, 155-56, n. 4.

[4] Est textum pretiosum ornatum, cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 47-48, n.; II, 703.

Digitized by Google

22. Tunc allatus fuit potus, cervesia scilicet de risio et vinum rubeum,[1] sicut[a] vinum de Rupella, et cosmos. Tunc domina tenens ciphum in manu plenum, flexis genibus, petebat benedictionem, et sacerdotes omnes cantabant alta voce, et ipsa bibebat[b] totum. Etiam me et socium[c] meum opportuit cantare alia vice quando voluit bibere. Quando fuerunt omnes fere ebrii, tunc allatus est cibus, caro scilicet unius arietis que statim fuerat devorata, et post hoc pisces magni, qui dicuntur carpes, sine sale, sine pane, de quibus parum comedi. Ita deduxerunt diem usque ad vesperam. Et cum iam esset ipsa domina temulenta, ascendit bigam, sacerdotibus cantantibus et ululantibus,[d] et ivit viam suam.

23. Sequenti dominica[2] cum legitur :[e] *Nuptie facte sunt in Chana,*[f][3] venit filia ipsius Chan, cuius mater fuerat christiana, et fecit similiter, non tamen cum tanta sollempnitate ; non enim dedit munera sed dedit sacerdotibus bibere usque ad ebrietatem et comedere milium frixum.[g]

24. Ante dominicam in septuagesima ieiunant ipsi nestorini tres dies, quod[h] vocant ieiunium Ione, quod predicavit Ninivitis ;[i][4] et Ermeni tunc ieiunant quinque[j] diebus, quod ipsi vocant ieiunium sancti Serkis,[k][5] qui est maior sanctus inter eos, quem Greci dicunt fuisse Canon.[6] Nestorini incipiunt feria

---

[a] C *sint.* — [b] C *edidit.* — [c] D *sociumque.* — [d] D om. *et ululantibus et.* — [e] C *legatur.* — [f] D add. *Galilee.* — [g] C *fixum.* — [h] C *quos.* — [i] C *inimicis.* — [j] D *quibus* quod in margine correxit in *vel illis.* — [k] D *scerkis.*

---

[1] Hoc vinum – communis potus apud Mongolos non erat – verisimiliter ex Persia et Turkestan venit, Rockhill, *The Journey*, 186, n. 1.

[2] Secunda dominica post epiphaniam, sc. 18 ianuarii.

[3] Ioh., II, 1-11.

[4] Cf. Ion., III. Nestoriani feria secunda, tertia et quarta ante quadragesimam ieiunant, Rockhill, *The Journey*, 186-87, n. 2.

[5] Sergius, in ecclesia catholica 7 octobris celebratur, cf. *Acta Sanctorum*, Oct. III, 833-83 ; pro ieiunio, cf. Nilles, *Kalendarium manuale*, II, 6 ; 11 ; 559 ; 572.

[6] Canon secundum Rockhill, *The Journey*, 187, n., idem vult ac graece kanonikos, id est Episcopus canonice electus ; sed haec vox ut kanoon graece sumenda videtur, scilicet sanctus seu martyr, et hoc in casu sanctus vel martyr per excellentiam.

Digitized by Google

tertia ieiunium et terminant feria quinta, ita quod feria sexta comedunt carnes.

25. Et ego vidi tunc temporis quod cancellarius, hoc est maior scriptor curie, nomine Bulgai,[1] fecit eis tunc pitanciam de carnibus in feria sexta, et benedixerunt eas cum magna sollempnitate sicut benedicitur agnus pascalis.[2] Tamen ipse non comedit, et hoc ex doctrina magistri Willelmi parisiensis qui est multum familiaris eius. Ipse monachus mandavit Mangu ut ieiunaret per illam ebdomadam, quod et [a] fecit, ut audivi.

26. Itaque in sabbato septuagesime,[3] quando est quasi pascha Hermenorum, ivimus processionaliter ad domum Mangu ; et monachus et nos duo, scrutati prius utrum haberemus cutellos, ingressi sumus cum sacerdotibus coram eo. Et dum ingrederemur, exibat quidam famulus exportans ossa scapularum arietum combusta usque ad nigredinem carbonum, super quo miratus sum valde quid hoc sibi vellet. De quo cum postea inquisivissem, intellexi quod nichil facit in toto mundo quin primo [b] consulat in ossibus illis, unde nec permittit hominem ingredi domum suam quin [c] primo consulat os illud.

27. Quod genus divinationis ita fit : quando vult aliquid facere, facit sibi afferri tria de ossibus illis nondum combustis, et tenens ea, cogitat de illo facto de quo vult consulere utrum faciet vel non, et tunc tradit famulo [d] ossa ad comburendum. Et sunt semper [364] due parvule domus, iuxta domum in qua iacet, in quibus comburuntur ossa illa, et queruntur diligenter cotidie per totam herbergiam. Combustis ergo illis usque ad nigredinem referuntur ei, et tunc ipse inspicit si ossa fissa [e] fuerint ad calorem ignis recte per longum. Tunc via aperta est quod ipse debeat facere. Si autem crepata fuerint ossa ex transverso vel pecie [f] rotunde exilierint, [g] tunc non [h] facit. Semper enim

[a] D om. *et.* — [b] D om. *primo.* — [c] C om. *quin.* — [d] D om. *famulo.* — [e] C *fixa.* — [f] D *petre.* — [g] C *exilierunt.* — [h] C add. *extendit alias.*

[1] Cf. supra, cap. XXVIII, n. 5.

[2] *Rituale Romanum*, ed. Desclée, 1925, 369.

[3] 7 februarii ; Rockhill erronee vertit : So on the Sunday of Septuagesima (8th February), *The Journey*, 187.

Digitized by Google

finditur ipsum os in igne vel quedam tela que est extensa desuper. Et si de tribus unum recte findatur, ipse [a] facit.[1]

28. Cum ergo ingressi essemus coram eo, premoniti prius ne tangeremus limen, sacerdotes nestorini tulerunt ei incensum, et ipse posuit super turribulum, et incensaverunt ei.[2] Tunc cantaverunt benedicendo potum suum, et post eos dixit monachus benedictionem suam, et ultimo oportebat nos dicere.[3] Et cum vidisset nos tenentes biblias [b] coram pectore fecit sibi afferri ut videret, quas [c] multum diligenter respexit. Tunc postquam ipse biberat et maior sacerdotum servierat ei de cifo, dederunt sacerdotibus bibere.

29. Post hoc egressi sumus et socius meus remansit posterior, et cum [d] iam essemus extra, socius meus cum debuisset exisse post nos, vertit faciem ad ipsum Chan inclinans se ei, et tunc sequens nos cum festinatione offendit ad limen domus. Et cum nos procederemus cum festinatione [e] versus domum Baltu filii eius, iniecerunt observantes limen manus in socium meum et fecerunt eum stare ne sequeretur nos, vocantes quemdam et precipientes ei ut duceret eum ad Bulgay, qui est maior scriptor curie et iudicat reos morte.[4] Ego autem ignorabam istud. Tunc [f] cum respexissem et non vidissem eum [g] venientem, credidi quod detinuissent [h] eum ut darentur ei leviora vestimenta. Erat enim debilis et ita honeratus pelliceis quod vix poterat ire. Tunc vocaverunt interpretem nostrum et fecerunt eum sedere cum eo.

30. Nos autem ivimus ad domum filii ipsius [i] Chan primogeniti qui iam habet duas uxores, qui collocatur ad dextram curie patris sui. Qui statim cum vidit nos venientes, exiliens de lecto [j]

---

[a] D *ipsa.* — [b] D *bibliam.* — [c] D *quam.* — [d] C *tamen.* — [e] C om. *offendit ad.... festinatione.* — [f] C *Tamen.* — [g] C repetit *eum.* — [h] D *tenuissent.* — [i] C *eius.* — [j] D add. *suo.*

---

[1] Hoc divinationis genus longe lateque in Asia et Europa diffusum, hic accuratissime describitur, ibid., 188, n. 1.

[2] Cf. relationem B. Odorici, cap. XXXVIII, n. 2; A. C. Moule, *Marco Polo's Sinjumatu*, 431.

[3] Cf. relationem B. Odorici, cap. XXIX, n. 6.

[4] Cf. supra, cap. XXVIII, n. 5.

Digitized by Google

in quo sedebat, prostravit se in terram percutiens frontem ad terram adorans crucem, et surgens fecit eam reponi super pannum novum in excelso loco iuxta se valde honorifice. Iste habet magistrum quemdam nestorinum sacerdotem, David nomine, ebriosum valde, qui docet eum.[1] Tunc fecit nos sedere et dare sacerdotibus ad bibendum. Et ipse etiam bibit recepta benedictione ab eis.

31. Tunc ivimus ad curiam secunde domine que vocabatur Cota et sequebatur ydolatras, quam invenimus iacentem in lecto egrotantem.[2] Tunc monachus fecit eam surgere de lecto et fecit eam adorare crucem, ter [a] genua flectendo et frontem dando ad terram, ipso stante cum cruce ad latus occidentale domus et illa ad orientale. [b] Hoc facto mutaverunt loca, et monachus ivit cum cruce ad orientem et illa [c] ad occidentem ; et ipse precepit audacter ei, quamvis esset ita debilis quod vix posset stare super pedes, ut iterum se prosterneret ter adorando crucem ad orientem more christianorum, quod et fecit. Et docuit eam facere signum crucis [365] ante faciem suam.

32. Post, ipsa [d] reclinata in lecto et edictis orationibus pro ea, ivimus ad tertiam domum in qua solebat esse domina christiana. Qua defuncta successit ei iuvencula que pariter cum filia domini suscepit nos gaudens, et adoraverunt omnes in illa domo crucem reverenter, et posuit eam super pannum sericum in eminenti loco et fecit afferri cibum, carnem scilicet unius arietis ; qua posita coram domina, fecit eam distribui sacerdotibus. Ego autem et monachus cavebamus a cibo et a [e] potu.

33. Devorata autem illa carne et potato multo potu, oportuit nos ire ad cameram illius [f] domicelle Cherime,[g] que erat post illam magnam domum que fuerat matris sue.[3] Que ad ingressum

---

[a] C om. *ter.* — [b] D om. *et illa.... orientale.* — [c] C *ipsa.* — [d] C om. *Post, ipsa.* — [e] D om. *a.* — [f] D *ipsius.* — [g] D *Cherinne* interlin. *vel cherime.*

---

[1] Cf. supra, cap. XXVI, n. 14.

[2] Concubinarum Mangu Chani nomina non cognoscuntur; d'Ohsson duos filios ex concubinis natos notat sc. Shiregui et Assutai, *Histoire des Mongols*, II, 334.

[3] Cf. supra, cap. XXVIII, n. 14.

Digitized by Google

crucis prostravit se in terra et adoravit eam valde devote, quia bene docta[a] erat in hoc, et posuit eam in eminenti loco super pannum sericum; et omnes isti panni super quos ponebatur crux,[b] erant ipsius monachi.

34. Hanc crucem attulerat quidam Hermenus qui venerat cum monacho, ut dicebat de Ierusalem, et erat argentea appendens forte quatuor marchas et habebat iiij^or^ gemmas in angulis et unam in medio; ymaginem Salvatoris non habebat quia erubescunt hoc Ermeni et nestorini ut appareat Christus affixus cruci.[1] Et presentaverant eam per ipsum monachum ipsi Manguchan, et Mangu quesivit ab eo quid peteret. At ille dixit se esse filium cuiusdam sacerdotis Hermeni cuius ecclesiam destruxerant sarraceni, et petebat auxilium ab eo ad restaurationem illius ecclesie. Tunc quesivit pro quanto posset reedificari, et ille respondit pro ducentis iascot, hoc est pro duobus mille marchis. Et precepit ei dari litteras ad illum qui recipit tributa in Perside et in maiori Hermenia ut solveret ei dictam summam argenti. Hanc crucem portabat ubique monachus secum, et sacerdotes videntes questum eius inceperunt ei invidere. Fuimus ergo in domo dicte domicelle, et dedit sacerdotibus bibere copiose.

35. Hinc ivimus ad quartam domum que erat ultima et[c] numero et honore. Illam enim dominam non frequentabat, et domus eius vetusta erat et ipsa erat parum graciosa, sed post pascha fecit ei ipse Chan fieri novam domum et novas bigas. Ista similiter ut secunda, parum vel nichil sciebat de christianismo[d] sed sectabatur divinos et ydolatras. Tamen ad ingressum nostrum adoravit crucem, prout monachus et sacerdotes docebant eam.[2] Ibi iterum biberunt sacerdotes.

36. Et ex illo loco reversi sumus[e] ad oratorium nostrum quod erat ibi prope, sacerdotibus cantantibus cum ululatu magno in ebrietate sua, que ibi non est reprehensibilis neque in viro

---

[a] D *benedicta*. — [b] C *crus*. — [c] D om. *et*. — [d] CD *christianissimo*; D exp. ultimum *i*. — [e] C *fuimus*.

---

[1] Cf. supra, cap. XV, n. 7; infra, cap. XXIX, n. 62.

[2] Adoratio crucis in ecclesia nestoriana ut sacramentum habebatur, Badger, *The Nestorians and their Rituals*, II, 132; 414.

Digitized by Google

neque in muliere.[1] Tunc adductus est socius meus, et monachus increpavit eum valde dure, quia [a] tetigerat limen.

37. In crastino venit Bulgai qui erat iusticiarius,[2] et quesivit diligenter si quis monuisset nos ut caveremus a tactu liminis; et ego respondi: « Domine non habebamus interpretem nobiscum, quomodo potuissemus intellexisse »? Tunc condonavit ei. Nunquam tamen [b] postea permissus est ingredi aliquam domum [366] ipsius Chan.

38. Contigit [c] postea quod illa domina Cota [d] que infirmabatur circa dominicam in sexagesima,[e] [3] infirmata est usque ad mortem, et sortilegia [f] ydolatrorum nichil poterant ei prodesse. Tunc misit Mangu ad monachum querens ab eo quid posset fieri de ea, et monachus indiscrete respondit quod nisi sanaretur amputaret ei capud. Facta ista [g] sponsione,[h] monachus vocavit nos exponens nobis negotium, cum lacrimis rogans nos [i] ut illa nocte vigilaremus cum ipso in oratione; quod et fecimus.

39. Et ille [j] habebat radicem quamdam que dicitur reubarbe,[4] et illam scindebat quasi in pulverem et ponebat in aqua cum quadam crucicula quam habebat, in qua erat elevata [5] ymago Salvatoris, de qua dicebat quod per ipsam cognoscebat quando infirmus deberet convalescere vel mori. Si enim debebat evadere, adherebat pectori infirmi quasi conglutinata, [k] sin autem non herebat. Et ego credebam adhuc quod illa reubarba esset aliquid sanctum quod ipse attulisset de Terra Sancta Iherusalem. Et de illa aqua dabat bibere omnibus infirmantibus,[l] nec pote-

---

[a] D *quod*. — [b] C om. *tamen*. — [c] C *Contingit*. — [d] C *Cocta*. — [e] D *septuagesima*. — [f] C *sortilega*. — [g] D *illa*. — [h] D *responsione*. — [i] D om. *nos*. — [j] D *ipse*. — [k] C *conglutanaca*. — [l] C *infirmata*.

---

[1] Cf. supra, cap. XXVIII, n. 18, cum not.

[2] Cf. supra, ibid., n. 5.

[3] Dominica sexagesimae locum habuit 15 februarii.

[4] Rheubarbarum, cui Mongoli vim medicinalem tribuebant, maxime in provinciis Kansu, Su tch'uen et in parte occidentali Tibet inveniebatur, Yule-Cordier, *The Book*, I, 218, n. 3; *Cathay*, I, 269; 290; 292; II, 247; Rockhill, *The Journey*, 192-93, n. 2.

[5] Sensus est: a qua erat ablata imago, cf. Ducange, *Glossarium*.

Digitized by Google

rat esse quin viscera eorum turbarentur ex tam amara potatione.[a] Et illam alterationem in corpore eorum reputabant miraculum. Tunc dixi ei, cum ipse pararet facere talem aquam, de aqua benedicta que fit in Ecclesia romana, quia habet magnam virtutem ad expellendos demones, quia intellexeram quod vexabatur a demone; et ad preces eius fecimus ei de aqua benedicta, et ipse admiscuit reubarbe et apposuit crucem temperare per totam noctem in[b] aqua. Dixi etiam quod si ipse[c] esset sacerdos quod magnam vim habet ordo sacerdotalis ad expellendos demones. Et ipse dixit quod sic; et tamen mentitus est, quia nullum habebat ordinem, nec aliquam sciebat litteram, sed textor telarum erat, ut postea intellexi in patria sua per quam reversus sum.

40. In crastino ergo[d] ivimus ad dictam dominam monachus et ego et duo sacerdotes nestorini, et ipsa[e] erat in parvula domo[f] post domum suam maiorem. Ingredientibus ergo nobis, resedit in lecto et adoravit crucem et posuit eam honorifice iuxta se super pannum sericum et bibit de aqua benedicta cum reubarba et lavit pectus suum; et rogavit monachus ut legerem Evangelium super eam.[1] Legi passionem Domini secundum Iohannem. Tandem ipsa exilarata est sentiens se melius, et fecit afferri quatuor iascot argenti, quos primo posuit ad pedes crucis et postea dedit unum monacho et michi porrexit unum, quod nolui recipere; tunc monachus extendens manum[g] arripuit illud. Et utrique de sacerdotibus dedit unum, ita quod illa vice dedit quadraginta marchas. Tunc fecit adduci vinum et dedit bibere sacerdotibus, et me etiam oportuit bibere ter de manu eius in honorem Trinitatis.[2] Incepit etiam docere me ydeoma,[h] iocando[i] mecum quia mutus eram, non habens interpretem mecum.[j]

---

[a] D *potione*; C hab. *potestate alias potatione.* — [b] D om. *in.* — [c] C *ipso.* — [d] D om. *ergo.* — [e] C *ppa.* — [f] C om. *domo.* — [g] D *extendit manum et.* — [h] D *ydioma.* — [i] C *vocando.* — [j] D *meum.*

---

[1] Cf. Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 288.

[2] SS. Trinitatis mysterium apud nestorianos multum colebatur ut ex antiquissimorum monumentorum testimoniis patet, P. Pelliot, *Les Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême Orient*, 626; Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 353-54; 356-57.

Digitized by Google

41. In crastino iterum reversi sumus ad eam, et Manguchan audiens quod transiremus illac fecit nos ingredi ad se, quia intellexerat quod domina illa melius haberet ; et invenimus eum cum paucis famulis sorbentem liquidam tam,[a] hoc est cibum de pasta, pro confortatione capitis,[1] et iacebant ossa scapularum[b] arietis combusta coram se, et accepit crucem in manu sua ; sed quod ipse oscularetur eam vel adoraret, hoc non vidi, sed respiciebat eam querens nescio quid. Tunc postu-[367] lavit monachus licentiam portandi crucem super lanceam in excelso, quia super hoc locutus fueram[c] cum monacho prius, et Mangu respondit : « Portetis eam secundum quod scitis melius faciendum ».

42. Tunc ipso salutato, ivimus ad predictam dominam[d] et invenimus eam sanam et alacrem et bibit adhuc de aqua benedicta, et legimus passionem super eam. Et miseri illi sacerdotes nunquam docuerunt[e] eam fidem, nec monuerunt[f] ut baptizaretur. Ego autem sedebam ibi mutus non valens aliquid dicere, sed ipsa docebat me adhuc ydioma.[g] Nec reprehendunt sacerdotes in aliquo sortilegio;[h] ibi enim vidi quatuor gladios a vagina extractos usque ad medietatem, unum ad capud lectuli domine, alium ad pedes et alios duos ad utrumque latus hostii unum. Vidi et ibi unum calicem argenteum de calicibus nostris, qui forte fuerat captus vel raptus in aliqua ecclesia Hungarie, et erat suspensus ad parietem plenus cineribus, et super cinerem illum erat unus niger lapis, et de talibus nunquam docent eos sacerdotes quod mala sint. Immo ipsi faciunt et docent talia. Tribus ergo diebus visitavimus eam, ita quod fuit perfecte restituta sanitati.

43. Ex tunc fecit monachus vexillum plenum crucibus, et quesivit cannam[i] longam tamquam lanceam, et portabamus crucem elevatam. Honorabam[j] eum tamquam Episcopum

---

[a] C *sorbantem* ; D *terram.* — [b] D *spatulorum.* — [c] C *fueras.* — [d] D *domum.* — [e] D *didicerunt.* — [f] D *moverunt*; C om. *ut.* — [g] C *ydoma.* — [h] C *sortilegia.* — [i] C *canam.* — [j] D *honorabatque.*

---

[1] In Mongolia et in parte septentrionali Sinarum quadam ptisanarii specie utuntur, ex aqua calda et floribus siccis facti et cum agni pinguedine mixti. Haec potio a Mangu Chano verisimiliter sumebatur, Rockhill, *The Journey*, 194, n. 1.

Digitized by Google

meum [1] quia sciebat ydioma. [a] Tamen multa faciebat que non placebant michi. Fecit enim fieri sibi cathedram plicabilem, sicut solent Episcopi habere, et cirothecas et pilleum de pennis pavonum et desuper cruciculam auream; quod bene placuit michi de cruce. Habebat ungulas scabiosas quas laborabat decorare unguentis; efficiebatur etiam presumptuosus in loquendo. Ipsi etiam nestorini dicebant nescio quos versus psalmi, [b] ut dicebant, super duas virgas [c] que iungebantur ad invicem cum tenerentur a duobus hominibus,[2] ipse monachus intererat talibus; [d] et multe alie vanitates apparebant in ipso que displicebant michi. Tamen adherebamus societati eius propter honorem crucis. Portabamus enim crucem elevatam [e] per totam herbergiam, cantantes *Vexilla regis prodeunt*,[3] super quo sarraceni multum stupebant.

44. Ex quo venimus in curia Mangu, ipse non bigavit nisi bis versus meridiem, et ex tunc incepit redire versus aquilonem quod erat versus Caracarum. Unum notavi [f] per totam viam, super quo dixerat michi dominus Baldewinus de Hannonia Constantinopoli qui fuit illuc,[4] quia hoc solum viderat mirabile quod semper ascendit eundo et nunquam descendit. Omnia enim flumina veniebant ab oriente in occidentem vel directe vel indirecte, hoc est declinando in meridiem vel aquilonem; et quesivi a sacerdotibus qui venerant de Cataya, qui hoc testabantur.

45. Ab illo loco in quo inveni Manguchan usque in Cathaiam erant xx diete tendendo inter meridiem et orientem; usque ad Onam Kerule que est propria terra Moal, ubi est curia Chingis,[5] erant x diete recte in orientem; et ad partes illas orientis nulla

---

[a] C *ydoema*. — [b] D om. *nescio*, hab. *quosdam versus psalterii*. — [c] D *bigas*. — [d] C om. *talibus*. — [e] D om. *elevatam*. — [f] C *notam*.

---

[1] Sensus est: honorabam eum tamquam praesulem meum; cf. Ducange, *Glossarium*.

Parum infra 'Episcopus' in sensu ordinario sumitur.

[2] Hic divinationis modus in usu erat apud Alanos, Rockhill, *The Journey*, 195-96, n. 3; de similibus divinationibus apud Yule-Cordier, *The Book*, I, 242-43, n. 2.

[3] Chevalier, *Repertorium Hymnologicum*, III, 734.

[4] Cf. supra, cap. XV, n. 3.

[5] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 3.

Digitized by Google

erat civitas. Tamen erant populi qui dicuntur Su-Moal, hoc est Moal aquarum, su enim idem est quod aqua.[1] Isti vivunt piscibus et venatione, nullos greges, nulla armenta habentes. Versus aquilonem similiter nulla est civitas sed populus [368] pauper[a] nutriens pecora, qui dicuntur Kerkis.[2] Sunt etiam ibi Orengai[3] qui ligant ossa limata sub pedibus suis et impellunt se super nivem congelatam et super glaciem cum tanta velocitate ut capiant aves et bestias.

46. Et plures alii pauperes populi sunt ad latus aquilonis quousque possunt se extendere pre frigore, et contiguantur[b] ad occidentem cum terra Pascaver,[c] que est maior Hungaria, de qua dixi vobis superius.[4] Terminus anguli aquilonaris ignoratur pre magnis frigoribus. Sunt enim ibi perpetue pene[d][5] nivium. Quesivi de monstris sive de monstruosis hominibus de quibus narrat Ysidorus[6] et Solinus.[7] Ipsi dicebant michi quod nunquam viderant talia, de quo multum miramur si verum sit. Omnes predicte nationes quantumcumque sint pauperes de aliquo oportet eos servire. Fuit enim preceptum Chingis quod nullus homo sit liber a servitute, donec sit ita senex quod nullo modo possit amplius laborare.

47. Quadam vice[e] sedebat mecum quidam sacerdos de Cathaia indutus panno rubeo optimi[f] coloris,[8] et quesivi ab eo unde haberet[g] talem colorem, et ipse narravit michi quod in orientalibus partibus Cathaie sunt rupes excelse in quibus habitant

---

[a] C om. *pauper*. — [b] C *contingantur*. — [c] D *Pascacier*. — [d] C *puine*. — [e] C add. *dicebat alias*. — [f] D *rubei*, om. *optimi*. — [g] C *haberent*.

---

[1] Cf. ibid., n. 2.

[2] Hic veri Kirghiz intenduntur ; supra vero, cap. V, n. 4, sub eodem nomine Circassi designabantur.

[3] Uriunghit, tribus Tungutorum, cf. Rockhill, *The Journey*, 198, n. 1.

[4] Cap. XXI, nn. 1-2.

[5] Poena poetice idem vult ac furiae, quae hic tempestates designare videntur, cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. I, n. 5.

[6] PL 82, 421.

[7] *Collectanea rerum*, 207-208.

[8] Verisimiliter lama tibetanus fuit, Sinarum imperium visitans, quia ministri cultus sinici nunquam vestem rubeam induerunt, et tuini vestibus flavis utuntur, Rockhill, *The Journey*, 199, n. 2.

Digitized by Google

quedam creature habentes per omnia formam humanam, excepto quod genua non flectunt sed ambulant nescio qualiter saltando, et non sunt longitudinis nisi unius cubiti, et vestitur totum corpusculum crinibus, et habitant in cavernis inaccessibilibus; et vadunt venatores eorum portantes secum cervesiam [a] quam possunt facere magis inebriantem,[b] et faciunt foveas in rupibus in modum ciforum implentes eas cervisia illa. Cathaia enim adhuc [c] vinum non habet, sed modo incipiunt plantare vineas,[1] sed potum faciunt de risio.

48. Abscondunt ergo se venatores, et exeunt predicta animalia de cavernis suis et gustant predictum potum et clamant chinchin, unde nomen acceperunt a clamore illo, dicuntur enim chinchin. Tunc conveniunt in maxima multitudine et bibunt predictam cervesiam et inebriantur et obdormiunt ibidem. Tunc accedunt venatores ligantes eis manus et pedes dormientibus. Deinde aperiunt eis venam in collo et extrahunt tres vel quatuor guttas sanguinis de quolibet [d] et permittunt eos abire liberos; et ille sanguis, ut dixit michi, est preciosissimus ad colorandum purpuras.[2]

49. Narrabant etiam pro vero, quod tamen non credo, quod ultra Cathaiam est provincia, cuiuscumque etatis homo ingreditur eam, in tali etate perseverat in quali ingreditur.[e] [3] Cataia est super occeanum. Et narravit michi magister Willelmus quod ipse vidit nuncios quorumdam hominum qui dicuntur Caule et Manse qui habitant in insulis quorum mare congelatur in hyeme, ita quod tunc possunt Tartari currere ad eos; qui offerebant

---

[a] D *cervisiam.* — [b] D *inebrietatem.* — [c] C om. *adhuc.* — [d] C om. *de quolibet.* — [e] D *ingredi.*

---

[1] Sinenses vinum non fecerunt, ast iam a saec. II a. C. vites coluerunt, dicit Rockhill, ibid., n. 2; sed E. Chavannes, *Inscriptions et Pièces de Chancellerie*, ap. *T'oung Pao*, 1908, 360-62, n. 2, Sinenses vinum ex uva iam saec. XIII et XIV fecisse monstrat.

[2] Istae legendae apud sinicos auctores inveniuntur, cf. ibid., 200, n. 1; Yule-Cordier, *Cathay*, I, 161.

[3] De narratiunculis popularibus sinicis quoad montes legendarios Kunlun, ubi Regina quaedam, Hsi-wang nomine, viveret, hic agitur, cf. Rockhill, *The Journey*, 200, n. 2.

Digitized by Google

triginta duo milia tumen iascot annuatim, dummodo dimitterent eos in pace.[1] Tumen est numerus continens decem milia.[2]

50. Vulgaris[a] moneta Cathaie est carta[b] de wambasio ad latitudinem et lon- [369] gitudinem unius palme, super quam imprimunt lineas sicut est sigillum Mangu.[3] Scribunt cum[c] punctorio quo pingunt pictores et faciunt in una figura plures litteras comprehendentes unam dictionem.[4] Thebec[d] scribunt sicut nos et habent figuras valde similes nostris. Tangut scribunt a dextra in sinistram, sicut Arabes, sed multiplicant lineas ascendendo sursum; Iugur ut supradictum est, a sursum deorsum.[5] Moneta Rutenorum communis sunt pellicule[e] varii et grisii.[6]

51. Quando venimus cum monacho, ipse caritative monuit nos ut abstineremus[f] a carnibus, et quod famulus noster sumeret carnes cum famulis suis, nobis autem provideret de farina et oleo sive butiro; quod et fecimus, quamvis multum gravaret socium meum propter debilitatem suam. Unde cibus noster erat milium cum butiro, vel pasta cocta in aqua cum butiro

---

[a] C *volgaris*. — [b] C *caita*. — [c] D *enim*. — [d] D *Thebet* add. *enim*. — [e] C add. *varium*, quod D expunxit. — [f] D add. *nos*.

---

[1] Caule est Kaoli, id est nomen dynastiae Coreae usque ad saec. XV versus medium. An. 1241 Coreae Rex Mongolis se subiecit et nuntios ad eos misit.

Manse est Manze auctorum occidentalium, id est imperium Sung. An. 1230-1234 nuntius ad Mongolos ab eis mittitur.

Tributum vero a Guillelmo Bouchier computatum, omnem verisimilitudinem exsuperat, Rockhill, ibid., 201, n. 1.

[2] Cf. supra, relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, cap. VI, n. 2.

[3] Charta moneta in Sinas circa 806-821 introducta videtur. Dynastia Kin hunc usum mox a victis accepit, sicut et Mongoli qui an. 1236 chartam monetam apud ipsos introduxerunt. Cf. Rockhill, *The Journey*, 201, n. 2; Yule-Cordier, *The Book*, I, 426-30; *Cathay*, II, 196-98; III, 148-50. Quoad materiam ex qua haec charta facta fuit, Marcus Polo dicit ex moro; quae sententia etiam a Rockhill, l. c. defenditur. Bretschneider vero, *Hist. Botan. Discor.*, I, 4, tenet pro broussonetia papyrifera, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 151; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 240.

[4] Fr. Guillelmus inter occidentales primus est qui Sinensium scribendi modum notavit.

[5] Cf. supra, cap. XXV, n. 5.

[6] Cf. supra, cap. I, n. 2.

Digitized by Google

vel lacte acro, et panis azimus coctus in stercoribus bovum vel equorum.

52. Venit autem quinquagesima,[1] que est carnisprivium[a] omnium orientalium, et maior domina Cotota[b][2] cum societate sua ieiunavit illa ebdomada ; et veniebat qualibet die ad oratorium nostrum et dabat cibaria sacerdotibus et aliis christianis, quorum magna multitudo confluebat illuc per illam primam ebdomadam ad audiendum officium. Et ipsa dedit michi et[c] socio meo utrique tunicam et braccas de samico[d] grisio[3] forratas de stupa çete,[e] quia socius meus conquestus fuerat multum de ponderositate pellium. Que recepi[f] propter consolationem socii mei, excusans me tamen quod tales vestes non portarem. Dedi quod ad me spectabat interpreti meo.

53. Tunc videntes ianitores curie quod tanta multitudo cotidie confluebat ad ecclesiam, que erat infra metas custodum[g] curie, miserunt unum ex suis ad monachum, nunciantes ei quod ipsi nolebant quod tanta multitudo conveniret illuc infra metas curie.[h] Tunc monachus aspere respondens quod ipse vellet scire utrum hoc mandarent de voluntate Mangu, addidit etiam quasdam minas quasi accusaturus eos[i] apud Mangu. Tunc ipsi prevenientes eum, accusaverunt eum apud Ma[n]gu[j] quod nimis loqueretur et quod congregaret nimis magnam multitudinem ad colloquia sua.

54. Deinde dominica in quadragesima[4] vocati ad curiam, et monacho satis turpiter inquisito si haberet cutellum, in tantum quod ipse etiam[k] deposuit sotulares suos, ingressi sumus coram ipso Chan, qui[l] habens scapulam arietinam in manu sua combustam, inspiciebat eam ; et quasi legens in ea incepit reprehendere

---

[a] D *primum*. — [b] C *Cotata*. — [c] D *de*. — [d] D *saccuto*. — [e] C *secte*. — [f] D *recipi*. — [g] C om. *custodum*. — [h] C om. *miserunt unum.... curie*. — [i] D add. *esse*. — [j] C om. *Tunc ipsi.... Mangu*. — [k] C om. *etiam*. — [l] D *et*.

---

[1] 22 februarii.

[2] Cf. supra, cap. XXIX, n. 19.

[3] Seta auro illusa, Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, II, 699; Rockhill, *The Journey*, 203, n. 2.

[4] 1 martii.

Digitized by Google

monachum, querens cum esset homo qui deberet orare Deum, quare tantum loqueretur cum hominibus. Ego autem stabam retro discooperto capite, et dixit ei Chan : « Quare non discooperis caput tuum quando venis coram me, sicut facit ille Francus ? » Et fecit me vocari propius. Tunc monachus multum confusus elevavit [1] pilleum suum [a] contra consuetudinem Grecorum et Hermenorum ; et cum ipse Chan multa aspere dixisset ei, exivimus. Et tunc monachus tradidit michi crucem portandam [b] usque ad oratorium, quia ipse pre confusione non valebat eam portare.

55. Post paucos dies reconciliatus est ipsi Chan,[c] promittens quod iret ad Papam et quod adduceret ad obedienciam suam omnes nationes occidentis ; unde ipse reversus ad oratorium post illud colloquium cum ipso Chan,[d] incepit a me inquirere [370] de Papa, si crederem quod vellet eum videre si veniret ad eum ex parte Mangu, et si vellet ministrare ei equos usque ad Sanctum Iacobum. [2] Quesivit etiam de vobis si crederem quod velletis mittere filium vestrum ad Mangu. Tunc monui eum ut ipse [e] caveret ne promitteret ipsi Mangu mendacia, quia fieret *novissimus error peior priore,*[3] nec Deus indiget mendaciis nostris ut pro ipso loquamur dolum.[4]

56. In illis diebus orta est quedam questio inter monachum et quemdam sacerdotem Ionas nomine, hominem bene [f] litteratum cuius pater fuerat archidiaconus, et habebant eum alii sacerdotes pro magistro et [g] archidiacono. [5] Monachus enim dicebat quod homo fuit factus ante paradisum et quod hoc diceret Evangelium. Tunc vocatus fui arbiter illius questionis. Ego autem nesciens quod contendissent super hoc, respondi

---

[a] D om. *suum.* — [b] C *portandum.* — [c] D om. *Chan.* — [d] D add. *ipse.* — [e] D om. *ipse.* — [f] D om. *bene.* — [g] C om. *et.*

---

[1] Cf. supra, cap. XXIX, n. 39 ; elevare = tollere.

[2] Compostella in Hispania, cf. Chevalier, *Répertoire, Topo-Bibl.*, 763.

[3] Matt., XXVII, 64.

[4] Cf. Iob, XIII, 7 : *Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos.*

[5] Cf. infra, cap. XXXI, nn. 2-7, ubi de morbo et morte ipsius narratur.

Digitized by Google

quod paradisus factus fuit tertia feria, quando et alie arbores; homo vero sexta feria. Tunc monachus incepit dicere : « Nonne diabolus prima die attulit terram ex [a] quatuor partibus mundi et plasmavit facto luto [b] corpus humanum, et Deus inspiravit animam? [c] [1] Tunc audiens istam heresim Manichei [d] et quod eam ita publice et impudenter recitaret, increpavi eum dure dicens ut poneret digitum super os suum [2] quia nesciebat Scripturas, et caveret ne diceret unde haberet culpam. Et ipse [e] incepit me deridere quia nesciebam ydioma.[f] Discessi ergo ab eo vadens ad domum nostram.

57. Postea contigit [g] quod ipse et sacerdotes processionaliter iverunt ad curiam, me non vocato, quia monachus non loquebatur michi propter predictam increpationem, nec volebat me ducere secum sicut consueverat. Quando ergo venerunt coram Mangu, me non viso inter illos, quesivit diligenter ubi essem et quare non venissem cum eis. Sacerdotes autem timentes excusaverunt se. Reversi autem narraverunt michi verba ipsius Mangu, et murmurabant de monacho. Post hoc monachus reconciliatus est michi et ego ei, rogans eum ut iuvaret me ydeomate suo et ego iuvarem eum sacra Scriptura. *Frater* enim *qui adiuvatur a fratre, quasi civitas firma.*[3]

58. Post primam ebdomadam ieiunii, cessavit domina venire ad oratorium et dare cibaria et cervesiam [h] quam solebamus habere. Non permittebat monachus afferri, dicens quia poneretur in confectione eius pinguedo arietina; oleum etiam non dabat nisi raro,[i] ita quod nichil habebamus nisi panem subcinericeum et pastam coctam in aqua ut sorberemus brodium, quia non habebamus aquam nisi de nivibus resolutis [j] vel de glacie, que pessima erat.

---

[a] D *de*. — [b] C *lucto*. — [c] C *animum*. — [d] C *Manchei*. — [e] D om. *ipse*. — [f] C *ydoema*. — [g] C *contingit*. — [h] D *cervisiam*. — [i] C *rare*. — [j] C *resoluctis*.

---

[1] Cf. circa haec dicta, E. Chavannes et P. Pelliot, *Un traité manichéen*, 525-30 ; Kessler, *Mani. Forschungen*, I, 273.

[2] Cf. Iudic., XVIII, 19 : *Tace et pone digitum super os tuum.*

[3] Prov., XVIII, 19.

Digitized by Google

59. Tunc incepit multum affligi socius meus. Tunc ostendi necessitatem nostram ipsi David,[a] magistro filii maioris ipsius Chan,[1] et ipse retulit verbum ad ipsum Chan. Et ipse precepit nobis dari vinum et farinam et oleum. Pisces nullo modo comedunt nestorini in quadragesima nec Hermeni.[2] Tunc datus fuit nobis unus uter de vino.

60. Monachus dicebat se non comedere nisi die dominico, et tunc mittebat ipsa domina cibum de pasta cocta cum aceto ad sorbendum.[3] Ipse autem habebat iuxta se sub altare cistam cum amigdalis et cum uva[b] passa et prunis siccis et multis aliis fructibus, que tota die comedebat quandocumque erat solus.

61. Nos semel comedebamus de die, et hoc in maxima afflictione. Ex quo enim sciverunt quod Manguchan de- [371] derat nobis vinum, impudentissime sicut canes ingerebant se super nos et nestorini sacerdotes qui tota die inebriebantur in curia et ipsi Moal et famuli monachi. Ipse etiam[c] monachus quando aliquis veniebat ad eum cui volebat dare ad bibendum, mittebat ad nos pro vino, ita quod istud[d] vinum maiorem nobis fecit afflictionem quam consolationem, quia negare non poteramus sine scandalo; si daremus, nobis defficiebat; nec audebamus illo evacuato amplius petere a curia.

62. Circa mediam quadragesimam[4] venit filius magistri Willelmi afferens pulchram crucem argenteam fabricatam more gallicano, habens ymaginem Christi argenteam affixam desuper — quam videntes monachi et sacerdotes amoverunt eam[5] — et illam debebat presentare ex parte magistri sui ipsi Bulgai qui est

---

[a] C *Davit.* — [b] CD *una.* — [c] D *autem.* — [d] D *illud.*

---

[1] Cf. supra, cap. XXIX, n. 30.

[2] Quadragesimae observatio apud Grecos et Armenos satis rigorosa. est ; non solum a piscium esu, sed etiam ab usu ovium, butyri aut olii abstinent, cf. Tournefort, *Relation d'un Voyage*, II, 164, ap. Rockhill *The Journey*, 206, n. 1.

[3] Haec communiter in Mongolia et in parte septentrionali Sinarum sumuntur. Acetum aquae mixtum quae pastae decoctioni inservivit, pro intrita sumitur, Rockhill, *The Journey*, 206, n. 2.

[4] Media quadragesima erat 22 martii.

[5] Cf. supra, cap. XV, n. 7 ; cap. XXIX, n. 34.

Digitized by Google

maior scriptor curie. Quod ego audiens multum scandalizabar. Denunciavit etiam idem iuvenis ipsi Manguchan quod opus quod preceperat fieri esset completum, quod opus vobis describo.

[De palatio Mangu apud Caracorum, et de festo paschatis]. Cap. XXX.

1. Ipse Mangu habet apud Caracarum magnam curiam iuxta muros ville, clausam muro latericio,[a] sicut clauduntur prioratus monachorum apud nos. Ibi est unum magnum palatium in quo tenet potationem suam bis in anno, semel circa pascha quando transit illac et semel in estate quando revertitur. Et hec ultima est maior, quia tunc conveniunt ad curiam suam omnes nobiles qui longe sunt itinere duorum mensium alicubi ; et tunc largitur eis vestes et munera et ostendit magnam gloriam suam. Sunt ibi multe alie[b] domus longe sicut[c] grangie, in quibus reconduntur cibaria sua et thesauri sui.

2. In introitu illius magni palatii, quia turpe erat ibi inferre utres cum lacte et aliis potibus, fecit ei magister Willelmus parisiensis unam magnam arborem argenteam, ad cuius radices sunt quatuor leones argentei habentes unum[d] cannale et vomentes omnes lac album iumenti. Et ducuntur intro[1] arborem quatuor cannalia[e] usque ad summitatem arboris, quorum summitates repanse[f] sunt deorsum et super quolibet eorum serpens unus deauratus, quorum caude[g] involvunt truncum arboris. Et unum ex illis canalibus fundit vinum, aliud caracosmos, hoc est lac iumenti defecatum, aliud boal, hoc est potum de melle, aliud cervesiam de risio, que dicitur terracina. Et cuilibet potui est preparatum suum vas argenteum ad pedem[h] arboris ad recipiendum inter illa quatuor cannalia. In summo fecit angelum[i] tenentem tubam et subtus arborem fecit criptam[j] unam[k] in qua[l] homo potest abscondi. Et ascendit cannale per medium

[a] C *latentio*. — [b] C om. *alie*. — [c] C *sint*. — [d] C *utrum*. — [e] C *casnalia*. — [f] C *repansa*. — [g] C *eamdem*. — [h] C *pendem*. — [i] C *angulum*. — [j] C *scriptam*. — [k] D *suam*. — [l] C *quo*.

[1] Pro intra, cf. Ducange, *Glossarium*.

Digitized by Google

cordis ipsius arboris usque ad [a] angelum. Primo [b] fecerat sufflatoria, sed non dabant satis de vento. Extra palatium est camera in qua reconditi [c] sunt potus et stant ibi ministri parati ad fundendum quando audiunt angelum tubicinantem. Et sunt rami in arbore argentei et folia et pira.

3. Cum ergo indigetur potu magister pincernarum [d] clamat ad angelum ut tuba canat. Tunc audiens ille qui est absconditus in cripta [e] insufflat cannale vadens in angelum valide. et angelus ponit tubam [f] ad os et canit tuba valde alte. Tunc audientes ministri qui sunt in camera fundunt unusquisque potum suum pro- [372] prio [g] cannali, et cannalia fundunt [h] desursum et deorsum in vasa ad hoc preparata, et tunc pincerne hauriunt et portant per palatium viris et mulieribus.[1]

4. Et est palatium sicut ecclesia habens [i] mediam navem et duo latera post duos ordines columpnarum et tres portas ad meridiem, et ante mediam portam intra stat arbor, et ipse Chan sedet in capite aquilonari in excelso loco, ita quod potest videri ab omnibus; et sunt duo gradus ascendentes ad eum, per unum ascendit portans ei cifum et per alium descendit. Illud spatium quod est in medio inter arborem et ipsos gradus per quos ascenditur ad ipsum est vacuum ; ibi enim stat ministrans cifum et etiam nuntii qui afferunt exenia ; et ipse sedet ibi sursum quasi unus deus. Ad dextrum latus, hoc est ad occidentale, sunt viri, ad sinistrum mulieres. Palatium enim protensum est ab aquilone. Ad meridiem iuxta columpnas ad dextrum latus sunt exedre elevate in modum solarii in quibus sedent filius eius et fratres. In sinistra parte fit similiter, ubi sedent uxores eius et filie. Una sola mulier sedet ibi sursum iuxta eum, non tamen ita alte sicut ipse.[j] [2]

5. Cum ergo audisset quod opus esset completum, mandavit magistro ut collocaret illud in loco suo et bene aptaret, et ipse

[a] D *in*. — [b] D *post*. — [c] C *reconducti*. — [d] C *pincernarium*. — [e] C *scripta*. — [f] C *tumbam*. — [g] C *pro primo*. — [h] D om. *fundunt*. — [i] C add. *in*. — [j] C *iste*.

[1] Quoddam simile ab Odorico narratur, cap. XXX, n. 1.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 35 ; Yule-Cordier, *The Book*, I, 382 ; 384-85, n. 3.

Digitized by Google

circa dominicam in passione [a] [1] precessit cum parvis domibus. relinquens magnas domus post se. Et monachus et nos secuti sumus eum, et misit nobis alium utrem vini. Et transiit inter montana in quibus erat magnus ventus et magnum frigus et cecidit magna nix. Unde ipse misit circa mediam noctem ad monachum et ad nos rogans ut oraremus [b] Deum quatinus illud frigus et ventum illum [c] temperaret, quia [d] periclitabantur omnia animalia que erant in comitatu,[2] maxime quia tunc feta erant et pariebant. Tunc monachus misit ei incensum, mandans illi ut illum poneret super carbones offerens Deo. Quod utrum fecerit nescio, sed tempestas quievit que iam duraverat duobus diebus et iam instabat tercia dies.

6. In ramis palmarum [3] fuimus prope Caracaron. Benediximus [e] summo diluculo ramos salicum [f] in quibus adhuc nichil apparebat germinis, et circa nonam ingressi sumus civitatem illam, elevata cruce cum vexillo, transeuntes per medium [g] vicum sarracenorum, ubi est forum et nundine, usque ad ecclesiam. Et nestorini occurrerunt processionaliter nobis. Ingressi autem ecclesiam, invenimus eos ad celebrandum missam paratos; qua celebrata ipsi omnes communicaverunt et quesiverunt a me utrum vellem communicare. Ego respondi quia biberam semel et non debet recipi sacramentum nisi a ieiuno.[h] [4]

7. Missa dicta, iam erat hora vespertina, duxit nos [i] magister Willelmus cum magno gaudio ad hospitium suum cenaturos secum; qui habet uxorem filiam Lotoringi [j] oriundam [k] in Hungaria, scientem bene gallicum et [l] communicum. Invenimus etiam ibi [m] quemdam alium, Basilium nomine, filium Anglici, qui natus erat [n] in Hungaria, et scit predicta ydeomata. Facta cena

---

[a] C add. *precepit alias.* — [b] C add. *pro.* — [c] C *illud.* — [d] D *et.* — [e] C *benedicimus.* — [f] C om. *salicum.* — [g] D *medicum.* — [h] CD *ieiunio.* — [i] C om. *nos.* — [j] C *Lecoringi.* — [k] D *omideri* (sic). — [l] C *quod.* — [m] C om. *ibi.* — [n] D *fuit.*

---

[1] 29 martii.

[2] Cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 300-301; 309-311, n. 8; cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. I, n. 5.

[3] 5 aprilis.

[4] Decret. Gratian. Causa 54; Dist. 2; *De consecratione.*

Digitized by Google

cum magno gaudio deduxerunt nos ad tugurium nostrum, quod nobis collocaverant ipsi Tartari in quadam area prope ecclesiam cum oratorio [373] ipsius monachi.

8. In crastino ingressus est ipse Chan palatium suum, et monachus et ego et sacerdotes ivimus ad eum. Socium meum non permiserunt ire quia calcaverat limen.[1] Ego multum deliberabam de me quid deberem facere vel ire vel non ire, et timens scandalum si discederem ab aliis christianis, et quia [a] ipsi Chan placebat, et timens ne bonum impediretur quod sperabam me posse optinere, eligebam magis ire quamvis viderem facta eorum plena sortilegiis et ydolatria. Nec aliud ibi faciebam nisi orare pro tota ecclesia alta voce et etiam pro ipso Chan ut Deus dirigeret eum in viam salutis eterne.

9. Sumus ergo ingressi curiam illam que erat satis bene disposita, et in estate ducuntur rivi ubique, quibus irrigatur. Post hoc intravimus palatium plenum viris et mulieribus, et stetimus coram Chan, habentes predictam arborem ad dorsum que occupabat cum vasis suis [b] magnam partem palatii; sacerdotes attulerant panulos [c] duos benedictos et fructus in scutella quos [d] presentaverunt ei, dicta benedictione, et pincerna tulit ei sedenti sursum in valde excelso loco et elevato. Et ipse statim unum de panibus incepit comedere [2] et alium misit filio suo et fratri cuidam suo minori,[3] qui fuit nutritus a quodam nestorino [4] et scit Evangelium; qui etiam misit pro biblia mea ut videret eam. Post sacerdotes dixit monachus orationem [e] suam, et ego post monachum. Tunc promisit quod in crastino veniret ad ecclesiam que est satis magna et pulchra, et celatura desuper tota tecta panno serico intexto auro. In crastino ivit viam suam, mandans sacerdotibus excusando se quod non audebat venire ad ecclesiam, quia intellexerat quod illuc deferentur mortui.

---

[a] C *quod*. — [b] C om. *suis*. — [c] D *pannulos*. — [d] CD *que*. — [e] C *occasionem*.

---

[1] Cf. supra, cap. XXIX, n. 29.

[2] Cf. relationem B. Odorici, ubi occursus magni Chani cum Iohanne de Monte Corvino narratur, cap. XXXVIII, n. 4.

[3] Arik Buga.

[4] Scil. David, cf. supra, cap. XXVI, n. 14; cap. XXIX, n. 30.

Digitized by Google

10. Nos autem cum monacho remansimus Caracarum et alii sacerdotes de curia ut ibi celebrarent pascha. Appropinquabat autem [a] dies cene et ipsum pascha,[1] et non habebam vestimenta nostra, et considerabam modum conficiendi nestorinorum, et angustiabar multum quid facerem, vel reciperem sacramentum ab eis vel celebrarem in vestibus eorum et calice et super altare eorum, vel quod penitus abstinerem a sacramento. Tunc affuit magna multitudo christianorum Hungarorum Alanorum Rutenorum Georgianorum Hermenorum, qui omnes non viderant sacramentum ex quo fuerant capti, quia ipsi nestorini nolebant eos admittere ad Ecclesiam suam nisi rebaptizarentur ab eis, prout dicebant. Tamen nobis nullam mentionem fecerunt super hoc, immo confitebantur nobis [b] quod Ecclesia romana esset capud omnium ecclesiarum et quod ipsi deberent [c] recipere Patriarcham a Papa si vie essent aperte. Et nobis libere offerebant sacramentum suum et faciebant me stare in hostio chori, ut viderem modum conficiendi eorum, et etiam in vigilia pasche iuxta fontem ut viderem modum [d] baptizandi.

11. Ipsi dicunt se habere de illo unguento quo unxit Maria Magdalena [e] pedes Domini,[2] et semper infundunt de oleo tantum cum illo [f] quantum amovent et pistant inde panem suum. Omnes enim illi orientales ponunt pinguedinem in pane suo loco fermenti vel butirum vel sepum de cauda arietina vel oleum.[3] Dicunt etiam se habere de farina qua factus fuit [374] panis quem Dominus consecravit, et semper [tantum] [g] cum illa refundunt quantum amovent ; et habent cameram iuxta corum suum [h] et furnum, ubi faciunt panem quem debent consecrare cum magna reverentia. Conficiunt ergo cum predicto oleo unum [i] panem latum ad modum palme, quem [j] frangunt primo in xij partes secundum numerum Apostolorum, et postea illas partes

---

[a] D om. *autem*. — [b] C *confitebatur*, om. *nobis*. — [c] C *debebant*. — [d] C om. *conficiendi eorum.... modum*. — [e] C *Madalena* — [f] C om. *illo*. — [g] CD om. *tantum*. — [h] C *situm*. — [i] C *vinum*. — [j] D *quam*.

---

[1] 9 et 12 aprilis.

[2] Luc., VII, 37-38 ; Ioh. XII, 3.

[3] Cf. circa hunc usum Badger, *The Nestorians*, II, 409 ; Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, II, 182.

Digitized by Google

dividunt secundum multitudinem populi; et dat sacerdos unicuique corpus Christi in manu sua et tunc ipse homo assumit de palma sua [a] cum reverentia, et tergit [b] palmam suam ad summitatem capitis sui.

12. Instabant predicti christiani et ipse monachus rogantes pro Deo ut celebraremus. Tunc feci eos confiteri per interpretem prout potui, enumerans x precepta et vij peccata mortalia et alia de quibus debet homo conteri et confiteri, omnes publice.[1] Excusabant se de furto, dicentes quod sine furto non possent [c] vivere, quia domini eorum non provident eis neque vestes neque victum.[d] [2] Tunc ego considerans quod abstulissent et res et pecora [e] sine iusta causa, dixi eis quod de rebus dominorum suorum licebat eis sumere neccessaria, et paratus eram hoc dicere in facie ipsius Manguchan. Quidam etiam ex eis erant homines bellatores qui excusabant se quod oporteret eos ire ad bellum, alioquin interficerentur.[3] Firmiter inhibui eis [f] quod super christianos non irent nec eos lederent, citius permitterent occidi, quia sic martires fierent. Et dixi si quis vellet me super hac doctrina accusare apud ipsum Manguchan, paratus eram hoc ipso audiente predicare. Aderant enim ipsi nestorini de curia cum ista docerem, de quibus suspicabar ne forte detraherent nobis.

13. Et [g] tunc magister Willelmus fecit nobis fieri ferrum ad faciendum hostias,[4] et habebat quedam vestimenta que fecerat sibi. Novit [h] enim parum de litteris, et gessit [i] se ut clericus.

---

[a] C om. *sua.* — [b] C *tangit.* — [c] C *possem.* — [d] C *vicium.* — [e] C *pas*; D *et personas.* — [f] C *ei.* — [g] D om. *Et.* — [h] C *Movit.* — [i] CD *gerit.*

---

[1] Post Leonis I praescriptum de peccatis secretis secrete confitendis, de praxi peccatorum secretorum publice confitendorum in ecclesia occidentali testimonium non amplius inveniebatur, Koeniger, *Die Beicht nach Caesarius von Heisterbach*, 54-55; Kurtscheid, *Das Beichtsiegel*, 28-32.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. VII, n. 12.

[3] Cf. ibid., nn. 5 et 11.

[4] Cl. Monnier in templo Erdeni Tso (Karakorum) ferrum pro hostiis conficiendis invenit, quod crucem latinam prae se fert, et etiam pixidem argenteam; quae ambo singulariter Fr. Guillelmi descriptioni quadrant, Yule-Cordier, *The Book*, I, 230, n.

Digitized by Google

Fecit fieri modo gallicano ymaginem beate[a] Virginis sculptam. et in fenestris claudentibus eam, sculpsit ystoriam Evangelii valde pulchre, et quamdam pixidem argenteam ad recondendum corpus Christi et reliquias in quibusdam loculis fabrefactis [b] in lateribus pixidis. Fecerat etiam quoddam oratorium super currum valde pulchre depictum ystoriis sacris.

14. Accepi ergo vestimenta eius et benedixi ea et fecimus hostias more nostro valde pulcras, et assignaverunt michi nestorini baptisterium [c] suum, in quo erat altare. Et Patriarcha eorum misit [d] eis de Baldach [1] corium quadrangulum sicut altare portatile, confectum crismate quo utuntur loco lapidis consacrati. Celebravi ergo in die cene [2] in calice eorum argenteo et patena, que vasa erant valde magna; et similiter in die pasche.[3] Et communicavimus populum cum benedictione Dei, sicut spero. Ipsi autem baptizaverunt in vigilia pasche plus quam sexaginta personas valde ordinate. Et [e] fuit magnum gaudium [f] communiter apud omnes christianos.

[De morbo magistri Willelmi, et de morte sacerdotis nestoriani]. Cap. XXXI.

1. Tunc contigit magistrum Willelmum graviter infirmari. Et cum esset in convalescentia, monachus visitans eum, dedit ei bibere de reubarba ita quod fere interfecit eum. Tunc cum, visitans eum, invenissem eum ita gravatum, quesivi quid comedisset seu bibisset. Et ipse dixit michi qualiter monachus dedisset ei potionem predictam, et ipse bibisset duas scutellas plenas, credens quod esset aqua sancta. Tunc accessi ad monachum et dixi ei: « Aut vadas ut Apostolus faciendo vere miracula per

---

[a] D add. *Marie.* — [b] C *fabricatis.* — [c] C *baptirium.* — [d] CD *mittit.* — [e] D om. *Et.* — [f] C *gladium.*

---

[1] Vox in usu apud occidentales auctores pro Bagdad, Rockhill, *The Journey*, 215, n. 2.

[2] 9 aprilis.

[3] 12 aprilis.

Digitized by Google

virtutem orationis [375] et Spiritus Sancti,[1] aut facias ut phisicus secundum artem medicine.[a] Tu das hominibus non preparatis bibere fortem potionem[b] medicine, quasi esset quiddam sanctificatum, pro quo incurres pessimum scandalum si perveniat ad notitiam hominum ». Ex tunc incepit timere et cavere sibi a me.

2. Contigit etiam[c] tunc temporis infirmari illum sacerdotem qui erat quasi archidiaconus aliorum, et amici eius miserunt pro quodam divinatore sarraceno; qui dixit eis: « Quidam homo macilentus non manducans neque bibens neque dormiens in lecto iratus est ei. Si posset optinere benedictionem eius posset convalescere ». Tunc intellexerunt de monacho, et circa mediam noctem venerunt uxor sacerdotis et soror et filius ad monachum rogantes ut[d] veniret et benediceret ei. Excitaverunt etiam nos ut rogaremus monachum. Tunc nobis rogantibus dixit ipse : « Dimittatis eum, quia ipse cum aliis tribus qui similiter ibunt malas vias, inierat consilium eundi ad curiam et procurandi apud Manguchan quod expelleremur ego et vos de partibus istis ».

3. Orta enim[e] fuerat quedam[f] contentio inter eos, quia Mangu et uxores eius miserant[g] in vigilia pasche quatuor iascot et pannos sericos ipsi monacho et sacerdotibus ad distribuendum inter se, et ipse monachus retinuerat sibi[h] unum iascot pro parte sua, et de reliquis tribus unum fuit falsum quia cupreum ; unde videbatur sacerdotibus quod monachus nimis magnam portionem retinuerat sibi, unde potuit esse quod ipsi aliqua verba habuerant inter se, que fuerant relata ipsi monacho.

4. Die facta ivi ad dictum[i] sacerdotem habentem gravissimum dolorem lateris et spuentem sanguinem, unde cogitavi quod apostema esset. Tunc monui eum ut recognosceret Papam patrem esse omnium christianorum, quod statim fecit, faciens votum quod si Deus daret ei sanitatem quod visitaret pedes Pape et quod procuraret bona fide quod Papa mitteret suam

---

[a] C *mediciem.* — [b] D *potationem.* — [c] D *autem.* — [d] C om. *ut.* — [e] C *tamen.* — [f] D om. *quedam.* — [g] D *miserunt.* — [h] C om. *sibi.* — [i] D om. *dictum.*

---

[1] Cf. Rom., XV, 19... *in virtute Spiritus Sancti.*

Digitized by Google

benedictionem ipsi Manguchan. Monui etiam eum ut restitueret si quid habuisset ex alieno; dixit quod nichil. Dixi etiam ei de sacramento extreme unctionis; ipse respondit: « Nos non habemus in consuetudinem, nec sacerdotes nostri sciunt facere;[1] rogo quatinus faciatis michi secundum quod nostis faciendum ». Monui etiam eum de confessione quam ipsi non frequentant. Locutus fuit breviter in aure cuiusdam sacerdotis de sociis suis. Post hoc incepit melius habere et rogavit me ut irem pro monacho; ivi.

5. Monachus in primo noluit venire, tamen quando audivit quod melius haberet, ivit cum cruce sua; et ego ivi portans in pixide magistri Willelmi corpus Christi quod reservaveram [a] in die pasche ad preces magistri Willelmi.[2] Tunc monachus incepit [b] eum calcare pedibus suis, et ille amplexabatur pedes eius humillime. Tunc dixi ei: « Mos est Ecclesie romane quod infirmi percipiant [c] corpus Christi tamquam viaticum et munimen contra omnes insidias inimici; ecce corpus Christi quod consecravi [d] in die pasche. Tu debes confiteri et petere ». Tunc ait cum fide magna: « Ego peto toto corde ». Quod cum discooperuissem, ipse magno affectu dixit: « Ego [376] credo quod iste sit Creator et Salvator meus qui dedit michi vitam et restituet eam michi post mortem in resurrectione generali ». Et sic percepit corpus Christi de manu mea, confectum more Ecclesie romane.

6. Tunc monachus remansit cum eo et dedit ei, me absente, nescio quas potiones. In crastino incepit laborare ad mortem. Tunc ego accipiens oleum eorum, quod ipsi dicebant sanctum, unxi eum secundum formam Ecclesie romane,[e] prout rogaverat me. Oleum nostrum non habebam quia omnia retinuerant sacerdotes Sartach.[3] Et cum diceremus commendationem et vellem interesse exitui eius, monachus misit ad me dicens ut discederem, quia si interessem non possem ingredi domum Manguchan

---

[a] C *reservavi.* — [b] D *cepit.* — [c] C *participant.* — [d] C *conservari.* — [e] C om. *romane.*

---

[1] Cf. supra, cap. XVI, n. 1.
[2] Cf. supra, cap. XXX, n. 13.
[3] Cf. supra, cap. XVI, n. 1; infra, cap. XXXVII, n. 10.

Digitized by Google

usque ad annum.[1] Quod cum indicassem amicis eius, ipsi dixerunt quod verum esset, et rogabant me ut discederem ne impedirer a bono quod possem promovere.

7. Ipso mortuo monachus dixit michi : « Ne curetis », dixit, « ego precibus meis interfeci eum. Iste solus erat litteratus et adversabatur nobis, alii nichil sciunt ; de cetero ipsi omnes et ipse Manguchan venient ad pedes nostros ». Tunc narravit michi supradictum responsum divinatoris, quod ego non credens inquisivi a sacerdotibus amicis defuncti si verum esset. Qui dixerunt quod sic, sed utrum fuisset preinstructus vel non, hoc nesciebant.

8. Postea deprehendi quod ipse monachus vocavit predictum divinatorem in capella sua et uxorem suam, et faciebat cribrari pulverem et sibi divinare.[2] Habebat etiam quemdam Rutenum diaconum secum qui ei divinabat. Quod postquam cognovissem, horrui [a] stultitiam eius et dixi ei : « Frater, homo *plenus Spiritu Sancto* [3] qui omnia docet, non debet [b] querere responsa sive consilium a divinatoribus ; et omnia talia prohibita sunt, et excommunicati sunt qui talia sectantur ». [c] [4] Tunc cepit se excusare quod non erat verum quod talia quereret. Ego autem non valebam discedere ab eo quia ibi collocatus eram de mandato ipsius Chan, nec poteram me transferre sine mandato speciali ipsius.

[De Caracorum, et de familia Mangu]. Cap. XXXII.

1. De civitate Caracaron noveritis quod, excluso palatio ipsius Chan, non est ita bona sicut burgus sancti Dyonisii, et monasterium sancti Dyonisii in decuplo valet plus illo palatio. Ibi sunt duo vici : unus sarracenorum in quo sunt nundine, et multi

[a] C *orrui*. — [b] D *deberet*. — [c] D *sequuntur*.

[1] Cf. supra, cap. VIII, n. 3.

[2] De superstitione fundendi cineres in terram verisimiliter hic agitur. Spirituum praesentia per vestigiorum pedum in cineribus apparitionem asseritur, Rockhill, *The Journey*, 219, n. 1.

[3] Act. Apost., VII, 55.

[4] Decret. Gratian. causa 26, quaest. V, can. I et XI.

Digitized by Google

mercatores confluunt ibi propter curiam que semper est prope illam, et propter multitudinem nunciorum ; alius est vicus Cataianorum [a] qui omnes sunt artifices. Extra istos vicos sunt magna palatia que sunt scriptorum curie. Sunt ibi duodecim ydolatrie diversarum nationum, due mahumnerie [1] in quibus clamatur lex Machometi, una ecclesia christianorum in extremitate ville. Villa clausa est muro luteo, et habet iiij^or portas. Ad orientalem [b] venditur milium et aliud granum quod tamen raro infertur, ad occidentalem venduntur [c] arietes et capre, ad meridionalem venduntur boves et bige, ad aquilonarem venduntur equi.[2]

2. Ante ascensionem secuti curiam, pervenimus illuc dominica ante ascensionem.[3] In crastino fuimus vocati a Bulgai, qui est maior scriptor [d] et iusticiarius,[4] monachus et tota fa- [377] milia sua et nos et [e] omnes nuncii et extranei qui frequentabant domum monachi, et fuimus sigillatim vocati coram Bulgai, primo monachus et post ipsum nos : et ceperunt diligenter inquirere unde essemus, ad quid venissemus, quid esset servitium nostrum. Et hec inquisitio fiebat quia nunciatum erat ipsi Manguchan quod ingressi erant [f] quadringenti Hacsasini [5] ad interficiendum ipsum,[g] in diversis habitibus. Circa tempora illa recidivavit supradicta domina [6] et misit pro monacho, et ipse nolens ire respondit : « Ipsa revocavit circa se ydolatras, curent eam si possint. Ego amplius non vadam ».

3. In vigilia ascensionis Domini [h] [7] fuimus in omnibus domibus ipsius Manguchan, et vidi quando debebat bibere, qualiter proiecerunt [i] cosmos ydolis suis de filtro.[8] Tunc dixi ipsi mo-

---

[a] C *Catharanorum.* — [b] C *orientale.* — [c] C add. *boves et bige.* — [d] C *scriptorum.* — [e] C om. *et.* — [f] D *essent..* — [g] D *eum.* — [h] D om. *Domini.* — [i] C *proiecebant* ; C *casmos.*

---

[1] Templum mahumeticum, cf. Ducange, *Glossarium.*

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, I, n. 4.

[3] 17 maii.

[4] Cf. supra, cap. XXIX, n. 37.

[5] Cf. supra, cap. XVIII, n. 4.

[6] Cf. supra, cap. XXIX, nn. 19 ; 38-42. [7] 20 maii.

[8] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 3 ; cf. relationem Fr. Guillelmi, supra, cap. II, n. 8.

Digitized by Google

nacho : « Que communicatio *Christi ad Belial?* Que pars crucis nostre cum istis ydolis »? [1]

4. Insuper ipse Manguchan [a] habet octo fratres : tres uterinos et quinque de patre.[2] Unum ex uterinis misit in terram Hasasinorum,[b] qui dicuntur Mulibet ab eis, et precepit quod omnes interficiantur ; [3] alius venit versus Persidem et iam ingressus est eam, ingressurus, ut creditur, terram Turkie, et inde missurus excercitus contra Baldac et contra Vastacium ; [4] unum ex aliis misit in Cathaiam contra quosdam [c] qui nondum [d] obediunt ; [5] minorem fratrem uterinum nomine Arabuccha retinuit iuxta se,[6] qui tenet curiam matris ipsorum [7] que fuit christiana, cuius servus est magister Willelmus.

5. Quidam enim ex fratribus ipsius, ex parte patris, cepit eum in Hungaria in quadam civitate que dicitur Belegrave,[8] in qua [e] erat Episcopus normanus de Belevile [f] prope Rothomagum,[9] cum nepote quodam Episcopi quem vidi ibi apud Caracharum.[g] [10] Ille dedit magistrum Willelmum matri ipsius Mangu, quia ipsa multum institit pro eo habendo ; qua mortua [h] magister Willelmus devolutus est ad ipsum Arabuccha [i] cum omnibus aliis pertinentibus ad curiam matris, et ab illo pervenit ad notitiam

---

[a] D om. *Chan.* — [b] D *Haxasinorum.* — [c] C om. *contra quosdam.* — [d] C *nundum* ; D *non.* — [e] C *quo.* — [f] D *Beleude.* — [g] D add. *Et.* — [h] D *quo mortuo.* — [i] D *Arabucham.*

---

[1] Cf. II Cor., VI, 15-16 : *Quae autem conventio Christi ad Belial.... Qui autem consensus templo Dei cum idolis.*

[2] Filii Tului ex uxore sua Siurkukteni erant Mangu, Kubilai, Hulagu et Arik Buga. Ex concubinis vero Tului sex filios habuit, d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 59-60.

[3] Hulagu, cf. supra, cap. XVIII, n. 4 ; et itinerarium B. Odorici, cap. XXXV.

[4] Est idem Hulagu, sed hoc, postquam in provinciam Terrae Sanctae regressus est, fecit.

[5] Kubilai.

[6] Arik Buga.

[7] Cf. supra, cap. VII, n. 4.

[8] Id est Taurunum, vulgo Belgrado.

[9] Episcopi nomen me latet.

[10] Rockhill, *The Journey*, 225, n. 1, illum Episcopi nepotem fuisse Basilium, de quo supra cap. XXX, n. 7, suggerit ; ast absque argumentis.

Digitized by Google

ipsius[a] Manguchan, qui post completionem predicti operis[1] dedit ipsi magistro c iascot, hoc est mille marchas.

6. In vigilia ergo ascensionis dixit Manguchan quod vellet ire ad curiam matris sue et visitare eam quia erat iam prope. Monachus autem dixit quod vellet ire cum eo et dare benedictionem suam anime matris eius. Placuit ipsi Chan. In sero diei[b] ascensionis[2] aggravata est valde predicta domina, et capitaneus ipsorum divinatorum[3] misit ad monachum, mandando[c] quod non pulsaretur tabula. In crastino cum tota curia recederet, remansit curia predicte domine. Cum autem venissemus ad locum deponendi curiam, preceptum est monacho ut discederet longius a curia quam solebat, quod et fecit.

7. Tunc ipse Arabuccha occurrit fratri suo ipsi Chan. Monachus autem et nos videntes eum transiturum iuxta nos, occurrimus ei cum cruce. Ipse autem recognoscens nos, quia alias fuerat ad oratorium nostrum, extendens manum fecit nobis crucem tamquam Episcopus. Tunc monachus ascendens equum secutus est eum, ferens secum fructus. Ipse autem descenderat ante curiam fratris sui,[d] expectans eum donec veniret a venatione. Tunc monachus descendit ibidem offerens ei fructus suos, quos ipse recepit.[4]

8. Et sedebant iuxta eum duo maiores de curia ipsius Chan, sarraceni. Ipse autem Arabuccha sciens contentionem que est inter christianos et sarracenos quesivit a mo- [378] nacho si cognosceret dictos sarracenos. At ille[e] respondit: « Cognosco quia canes sunt, quare habes eos iuxta te »? At[f] illi: « Quare », inquiunt, « dicis nobis iniuriam cum nullam dicamus tibi »? Quibus monachus:[g] « Verum», inquit,[h] « dico et vos et Machometus vester estis viles canes ». Tunc inceperunt respondere blasphemias contra Christum, et Arabuccha prohibuit eis[i] dicens: « Nolite dicere quia nos scimus quod Messias est Deus ».

---

[a] C om. *ipsius*. — [b] CD *die*. — [c] C *mandato*. — [d] C om. *sui*. — [e] D *ipse*. — [f] D *Ait*. — [g] C om. *quibus monachus*. — [h] D *inquam*; C *Macometus*. — [i] C *eos*; D om.

---

[1] Cf. supra, cap. XXX, nn. 2-3.

[2] 20 maii.

[3] Cf. infra, cap. XXXV, n. 1.

[4] Cf. supra, cap. XXX, n. 9.

Digitized by Google

9. In illa hora surrexit tantus ventus subito per totam contratam,[a] quod videbantur currere demones per illam; et post pauca venerunt rumores quod illa[b] domina esset mortua.

10. In crastino ipse Chan reversus est versus curiam suam per aliam viam;[c] hoc enim est sortilegium eorum quod nunquam revertuntur per eamdem[d] viam per quam veniunt. Preterea[e] cum hic sederit curia, post recessum eius nullus audet transire neque eques neque pedes per locum in quo sederat, quamdiu appareant vestigia ignis qui factus fuerat ibidem.

11. Illa die iunxerunt se quidam sarraceni monacho in via, provocantes eum et[f] disputantes cum eo, et cum se nesciret deffendere rationibus et ipsi subsannarent eum,[g] voluit eos[h] flagello, quod tenebat in manu, castigare; et tantum fecit quod verba illa et[i] predicta relata fuerunt ad curiam, et preceptum est nobis quod descenderemus cum aliis nunciis, et non ante curiam, ubi consuebamus.[j]

[Fr. Guillelmus redeundi licentiam petit, et de disputationibus theologicis]. Cap. XXXIII.

1. Ego autem[k] semper sperabam quod Rex Hermenie veniret.[1] Etiam quidam venerat circa pascha[2] de Bolac,[3] ubi sunt illi Theutonici, pro quibus illuc pro magna parte ivi, qui dixerat michi quod sacerdos ille theutonicus debebat venire ad curiam. Et ideo nullam movebam questionem apud ipsum Mangu de mora nostra vel recessu, et a principio non dederat nobis licentiam standi ibi nisi duobus mensibus, et iam transierant quatuor

[a] C *contractam*; D *stratam*. — [b] D *ipsa*. — [c] C add. *per quam veniunt*. — [d] C *eam*. — [e] D *Propterea*. — [f] C om. *et*. — [g] C add. *et*. — [h] D om. *eos*. — [i] D om. *et*. — [j] D *consuevebamus*. — [k] D om. *autem*.

[1] Pro itinere regis Haiton, cf. Bretschneider, *Notices of the Mediaeval Geography*, 223-28; Idem, *Mediaeval Researches*, I, 164-72; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 383-91; pro bibliographia, cf. Altunian, *Die Mongolen*, 101-102; Cordier, *Bibliotheca Sinica*[2], 1998-99; P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 299-300, n. 4.

[2] 12 aprilis.

[3] Cf. supra, cap. XXIII, n. 3; et infra, cap. XXXIV, n. 6.

Digitized by Google

menses, immo quinque. Ista enim agebantur circa exitum maii, et steteramus ibi per totum ianuarium, februarium, martium, aprilem et maium.

2. Ego autem nullos audiens rumores de Rege vel dicto sacerdote, et timens ne oporteret nos redire in hyeme cuius asperitatem experti fueramus, feci queri a Manguchan quid vellet facere de nobis, quia libenter in perpetuum staremus ibi si ei placeret; si autem oportebat[a] nos redire, levius erat nobis redire in estate quam in hyeme. Ipse statim misit ad me precipiens quod me non elongarem, quia in crastino vellet loqui mecum. Ego autem dixi quod si vellet loqui mecum, mitteret pro filio magistri Willelmi, quia meus turgemannus[b] non erat sufficiens.[1]

3. Ille autem qui loquebatur mecum erat sarracenus et fuerat nuntius apud Vastacium. Et consuluerat Vastacio, excecatus muneribus, ut mitteret ad Manguchan nuncios, et interim transiret tempus; quia Vastacius credebat quod statim deberent ingredi terram suam. Et ipse misit, et postquam cognovit eos, parum curavit de eis, nec ipse fecit pacem cum eis, nec adhuc ingressi sunt terram suam.[c] Nec poterunt, dummodo audeat se deffendere. Nec unquam[d] aliquam terram ceperunt[e] vi, nisi dolo; et quia homines faciunt pacem cum eis, sub illa pace destruunt eos.[2] Tunc incepit ille multum querere de Papa et de Rege Francorum et de viis eundi ad eos. Monac hus autem audiens hoc, monuit me [379] occulte ne responderem ei, quia ipse vellet procurare quod mitteretur nuncius. Unde tacui nolens ei respondere. Et ipse dixit michi nescio[f] quod verbum iniurie, pro quo voluerunt sacerdotes nestorini eum accusare. Et fuisset vel interfectus vel verberatus usque ad feces, sed ego nolui.

4. In crastino, dominica scilicet ante pentecosten,[g][3] duxerunt me ad curiam, et venerunt maiores scriptores curie ad me, unus Moal, qui servit ipsi Chan de cifo suo, et alii sarraceni, inquirentes ex parte Chan ad quid venissem. Tunc narravi eis

---

[a] D *oporteret.* — [b] C *turgemanus.* — [c] C om. *cognovit eos.... suam.* — [d] D *Quod nunquam.* — [e] D *seperunt.* — [f] C om. *nescio.* — [g] C *penthecosten.*

---

[1] Cf. supra, cap. I, n. 10.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. VII, n. 2.

[3] 24 maii.

Digitized by Google

supradicta verba,[1] qualiter veneram ad Sartach et de Sartach ad Baatu et qualiter Baatu miserat me illuc ; unde dixi ad ipsum : « Nullum habeo verbum dicere ex parte alicuius hominis, ipse enim [a] debet scire quid Baatu scripsit [b] ei, nisi dicerem verba Dei, si vellet ea audire ». Huic verbo adheserunt querentes que verba Dei vellem ei [c] dicere, credentes quod [d] vellem ei aliquod [e] prosperum prophetare, sicut multi alii faciunt.

5. Quibus respondi: « Si vultis quod dicam ei verba Dei, faciatis michi habere [f] interpretem». Qui dixerunt: « Misimus pro eo, tamen dicatis per istum prout potestis, bene intelligemus vos ». Et multum coartaverunt me ut dicerem. Tunc dixi : « Hoc est verbum Dei : [g] Cui plus committitur, plus ab eo requiretur. Item aliud, cui plus donatum est, plus debet diligere.[2] Ex hiis verbis [h] Dei dico ipsi Mangu quia Deus dedit ei multa. [i] Potestatem enim [j] et divitias quas habet non dederunt ei ydola tuinorum, sed Deus omnipotens qui fecit celum et terram, in manu cuius sunt omnia regna, et transfert ea de natione in nationem propter peccata hominum. Unde si diligat eum, bene erit ei ; sin autem noverit ipse quod Deus requiret omnia ab eo usque ad novissimum quadrantem ».[3]

6. Tunc dixit unus ex eis sarracenis : « Estne aliquis homo qui non diligit [k] Deum » ? Respondi : « Deus dicit : *Si quis diligit me* mandata mea *servabit* ; *et qui non diligit me* mandata mea *non servat.*[4] Ergo qui non servat mandata Dei non diligit Deum ». Tunc ille : « Fuistis vos in celo ut sciatis mandata Dei » ? « Non », dixi, « sed ipse de celo dedit ea sanctis hominibus, et ad ultimum ipse de celo descendit docens nos, et habemus ea in scriptis et videmus per opera hominum quando ipsi ea servant [l] vel non ». At ille : « Vultis ergo dicere quod Manguchan non custodiat

[a] C om. *enim.* — [b] D *scripserit.* — [c] C *eis.* — [d] D *quia.* — [e] D *aliquid.* — [f] D om. *habere.* — [g] C om. *Hoc est..... Dei* — [h] D add. *veris.* — [i] C *multam.* — [j] C om. *enim.* — [k] D *diligat.* — [l] C *privant.*

[1] Cf. cap. XXVIII. n. 2.

[2] Cf. Luc., VII, 42-43 : *Quis ergo eum plus diligit.... Aestimo quia is cui plus donavit.*

[3] Cf. Matt., V, 26 : .... *Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.*

[4] Ioh., XIV, 23-24.

Digitized by Google

preceptum Dei ». Cui ego : « Turgemannus veniet, ut dicitis, et ego coram Manguchan, si placuerit ei,[a] recitabo mandata Dei, et ipse de se iudicet utrum ea observet vel non ». Tunc recesserunt et dixerunt ei quod ego dixissem ipsum esse ydolatram sive tuinum, et quod non servaret mandata Dei.[1]

7. In crastino misit ad me scriptores suos dicentes : « Dominus noster mittit nos ad vos dicens : « Vos estis hic christiani, sarraceni et tuini, et unusquisque vestrum dicit quod lex sua sit melior et sue littere, hoc est libri, veriores. Unde ipse vellet quod omnes conveniretis in unum et haberetis collationem, et scriberet[b] unusquisque dicta sua, ita quod ipse posset cognoscere veritatem ». Tunc dixi : « Benedictus Deus qui hoc misit in cor ipsius Chan ! Sed Scriptura nostra dixit : *Servum* Dei *non* decet *litigare, sed mansuetum esse ad omnes* ;[2] unde paratus sum sine lite et contentione reddere rationem de fide et spe christianorum [380] omni poscenti ». Illi scripserunt verbum et retulerunt ei. Tunc fuit indictum nestorinis ut ipsi providerent sibi et scriberent ea que vellent dicere, et sarracenis similiter et ipsis tuinis eodem modo.[3]

8. In crastino misit iterum scriptores dicentes : « Manguchan vellet scire qua de causa venistis ad partes istas ». Quibus ego : « Hoc debet ipse scire per litteras Baatu ». Tunc illi : « Littere Baatu perdite[c] sunt, et ipse tradidit oblivioni id[d] quod scripsit ei Baatu, unde vellet scire a vobis ». Tunc securior factus dixi eis : « Officium nostre religionis est predicare Evangelium omnibus hominibus.[4] Unde quando audivi famam de gente Moal, habui desiderium veniendi ad eos ; et dum essem in hoc desiderio audivimus de Sartach quod esset christianus. Tunc direxi iter meum ad eum. Et dominus Rex Francorum misit ei litteras

---

[a] C om. *si placuerit ei.* — [b] C *scribet.* — [c] C *prodite.* — [d] C *ad.*

---

[1] Cf. infra, cap. XXXIV, n. 1.

[2] II Tim., II, 24.

[3] Circa disputationes nestorianorum, cf. Labouret, *Note sur les Schismes*, 227-35 ; Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 293-94 ; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 333-37.

[4] Cf. Marc., XVI, 15 : *Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae.*

Digitized by Google

continentes bona verba, et inter alia verba testabatur ei de nobis quales homines sumus, rogans ut permitteret nos morari inter homines Moal. Tunc ipse misit nos ad Baatu et Baatu misit nos ad Manguchan; unde rogavimus eum et adhuc rogamus ut permittat nos morari ». Ipsi omnia [a] scripserunt et retulerunt ei.

9. In crastino iterum misit ad me dicentes: [b] « Ipse Chan bene cognoscit quod non habetis aliquem nuncium ad eum, sed venistis orare pro eo, sicut multi [c] alii sacerdotes; sed ipse querit si unquam de vestris nunciis fuerunt ad nos vel de nostris ad vos ». Tunc narravi eis omnia de David [1] et de fratre Andrea, et illi omnia redigentes in scriptis retulerunt ei. Tunc iterum misit ad me dicentes: [d] « Dominus Chan dicit: Vos diu stetistis [e] hic; ipse vult quod [f] revertamini ad terram vestram, et querit utrum [g] velletis ducere nuncium eius vobiscum ». Quibus respondi: « Nuncios suos non auderem ducere extra terram suam, quia est terra guerre inter nos et vos et mare et montes, et ego sum pauper monachus; unde non auderem eos [h] assumere in ducatu meo ». Et ipsi omnia scribentes, reversi sunt.

10. Venit vigilia pentecostes.[2] Nestorini scripserunt [i] cronica a creatione mundi usque ad passionem Christi; et pertranseuntes passionem tetigerunt de ascensione et resurrectione mortuorum et adventu ad iudicium, in quibus aliqua fuerunt reprehensibilia, que docui eos. Nos autem simpliciter [j] scripsimus simbolum misse: *Credo in unum Deum.*

11. Tunc quesivi ab eis qualiter vellent procedere. Dixerunt quod primo vellent disputare cum sarracenis. Ostendi quod hoc non esset bonum, quia sarraceni conveniunt nobiscum in hoc quod dicunt unum Deum, unde habetis [k] adiutores contra tuinos. Et acquieverunt. Tunc quesivi ab eis si scirent qualiter ydolatria ortum habuit in mundo, et illi ignorabant. Tunc narravi eis, et illi dixerunt: « Ista narrabitis eis et tunc dimittetis nos loqui, quia difficile est loqui cum interprete ». Quibus dixi: « Expe-

[a] D *autem.* — [b] D *dicens.* — [c] C *iusti.* — [d] D *dicens.* — [e] D *fecistis.* — [f] D *ut.* — [g] D *si.* — [h] D *eum.* — [i] C *scripserant.* — [j] D *similiter.* — [k] D *non habebitis.*

[1] Cf. supra, cap. XV, n. 3; et infra, cap. XXXVI, n. 8.
[2] 30 maii.

Digitized by Google

riamini qualiter vos habebitis contra eos. Ego assumam partem tuinorum, et vos sustinete partem christianorum. Ego sum de illa secta, ponatur ita quod [a] dicunt quia Deus non est, probate [b] quod Deus sit ». Est enim quedam secta ibi que dicit [c] quod [d] quelibet anima et quelibet virtus in qualibet re est Deus illius rei, et quod non sit aliter Deus.[1] Tunc nestorini non sciverunt [e] probare aliquid [381], nisi solum narrare [f] quod Scriptura [g] narrat. Dixi : « Ipsi non credunt Scripturis, si [h] vos narretis unum, et ipsi narrabunt aliud ». Tunc consului eis quod permitterent me primo convenire cum eis, [i] quia si ego confunderer, adhuc remaneret eis locus loquendi ; si ipsi confunderentur, ego postea non haberem auditum. Acquieverunt.

12. Fuimus ergo congregati in vigilia pentecostes ad oratorium nostrum, et Manguchan misit tres scriptores qui essent arbitri, unum christianum et unum sarracenum et unum tuinum ; et preconizatum est : « Hoc est preceptum Mangu, et [j] nullus audeat dicere quod preceptum Dei sit aliud. Ipse precipit [k] quod [l] nullus audeat dicere [m] verba contentiosa vel iniuriosa alteri, nec faciat aliquis tumultum quo [n] impediatur istud negotium, super penam capitis ». Tunc siluerunt omnes. Et erat ibi populus magnus ; vocavit [o] enim unaqueque pars [p] sapientiores sue gentis, et multi alii confluxerant.

13. Tunc christiani posuerunt me in medio, dicentes tuinis ut loquerentur mecum. Tunc illi, quorum erat ibi [q] magnus conventus, inceperunt murmurare [r] contra Manguchan, quia nunquam [s] aliquis Chan hoc attemptaverat ut scrutaretur de secretis eorum. Tunc opposuerunt michi unum qui venerat de Cataya habentem interpretem suum. Et ego habebam filium magistri Willelmi. Et ille primo dixit michi : « Amice si fueris conclusus, queras sapientiorem te ». Ego tacui. Tunc quesivit de quo vellem prius disputare, vel qualiter mundus

---

[a] C *quia*. — [b] D *probato*. — [c] D *dicunt*. — [d] C *quia*. — [e] C *nesciunt*. — [f] D om. *narrare*. — [g] D add. *eorum*. — [h] C *sed*. — [i] D om *um*, hab. *eos*. — [j] D *ut*. — [k] D *precepit*. — [l] D *ut*. — [m] D *dicat*, om. *audeat*. — [n] D *ut*. — [o] D *vocaverant*. — [p] D add. *omnes*. — [q] D om. *ibi*. — [r] C *murmurere*. — [s] C *numquid*.

---

[1] De Groot, *Universismus*, 8-9.

Digitized by Google

factus fuisset, vel quid fiat de animabus post mortem. Cui respondi : « Amice istud non debet esse initium nostri sermonis. A Deo sunt omnia, et ipse est fons et capud omnium ; unde primo debemus loqui de Deo, de quo vos aliter sentitis quam nos, et Mangu vult cognoscere qui melius credant ». Tunc iudicaverunt arbitri quod hoc iustum esset.

14. Ab illis predictis questionibus volebant [a] incipere, quia illas habent pro fortioribus. Sunt enim omnes istius heresis manicheorum, quod medietas rerum sit mala et alia bona, et quod ad minus sunt duo principia ; [1] et de animabus sentiunt [b] omnes quod transeant de corpore in corpus.[2]

15. Etiam sapientior sacerdos inter nestorinos quesivit a me de animabus brutorum, utrum alicubi possent fugere quod non cogerentur ad laborem post mortem. Ad confirmationem etiam istius erroris, [c] prout narravit michi magister Willelmus, quidam puer fuit adductus [d] de Cataya qui secundum quantitatem corporis non erat trium annorum, tamen erat capax omnis rationis. Et ipse de se ipso dicebat quod fuerat ter incorporatus, et sciebat litteras et scribere.[3]

16. Dixi ergo predicto tuino : « Nos firmiter corde credimus et ore confitemur quia Deus est,[e] et non est nisi unus Deus, et unus perfecta unitate. Tu quid credis » ? Et ipse dixit : « Stulti dicunt quod non sit nisi unus Deus, [f] sed sapientes dicunt quod plures sunt. Nonne in terra tua sunt magni domini et hic est maior dominus Manguchan ? Ita est de Diis,[g] quia in diversis regionibus sunt diversi ». Cui ego dixi : « Tu malum ponis exemplum sive simile de hominibus ad Deum ; sic enim quilibet potens in terra sua posset dici Deus ».

17. Et cum vellem dissolvere similitudinem, preocupavit me querens : « Qualis est Deus tuus de quo dicis quod non est nisi

---

[a] C *volebat*. — [b] C *sencium*. — [c] D om. *erroris*. — [d] C *addutus*. — [e] D add. *Deus*. — [f] C om. *Deus*. — [g] C *hiis*.

---

[1] Arendzen, Manichaeism, ap. *The Catholic Encyclopedia*, t. IX, 591-97.

[2] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. XXIII, n. 7.

[3] Fr. Guillelmus inter auctores occidentales primus est qui de Lamais incarnatis loquitur, Rockhill, *The Journey*, 232, n. 1.

Digitized by Google

unus »? Respondi : « Noster Deus, preter quem non est alius, est [a] omnipotens et ideo non indiget alicuius auxilio, immo omnes indigemus auxilio eius. Non sic est de hominibus [382]. Nullus homo potest omnia, et ideo oportet esse plures dominos in terra, quia nullus potest omnia portare. Item ipse novit omnia et ideo non indiget consiliario, immo omnis sapientia ab ipso est. Item ipse est summe bonus et [b] bonorum nostrorum non eget,[c] [1] immo *in ipso vivimus, movemur* [d] *et sumus*.[2] Talis est Deus noster, et ideo non oportet alium [e] ponere ». — « Non », inquit, « est ita. Immo unus est altissimus in celo cuius generationem adhuc ignoramus,[3] et decem sunt sub illo, et sub illis est unus inferior. In terris sunt infiniti ».

18. Cum [f] et alias fabulas volebat texere, tunc quesivi de illo altissimo, utrum crederet quod esset omnipotens, vel de aliquo Deo. Et timens respondere quesivit : « Si Deus tuus talis est ut dicis, quare fecit dimidietatem rerum malam? » « Falsum est », dixi, « qui fecit [g] malum, non est Deus. Et omnia quecumque sunt, bona sunt ». Ad istud verbum mirati sunt omnes tuini, et redigerunt in scripto illud tamquam falsum vel impossibile. Tunc incepit querere : « Unde ergo est malum? » — « Tu male queris », dixi, « primo debes querere quid sit malum, quam queras unde sit ; sed revertere ad primam questionem, utrum credas quod aliquis Deus sit omnipotens, et postea respondebo tibi ad omnia que volueris querere ». [h]

19. Et ipse sedit diu nolens respondere, ita quod oportuit ut scriptores auditores ex parte Chan preciperent ei ut responderet. Tandem respondit quod nullus Deus esset omnipotens. Tunc eruperunt in magnum risum omnes sarraceni.

20. Facto silentio dixi : « Ergo nullus Deorum tuorum potest te [i] salvare in omni periculo, quia potest inveniri [j] casus in quo

---

[a] D om. *est*. — [b] C om. *bonus et*. — [c] D *indiget*. — [d] D *movemus*. — [e] C *aliud*. — [f] D *Tunc*. — [g] D *facit*. — [h] D om. *querere*. — [i] D om. *te*. — [j] D *evenire*.

---

[1] Cf. Psalm., XV, 2 : *Bonorum meorum non eges*.

[2] Act. Apost., XVII, 28.

[3] Est theoria pure buddhistica, Rockhill, *The Journey*, 233, n. 1 ; De Groot, *Universismus*, 6.

Digitized by Google

non habet[a] potestatem; preterea *nemo potest duobus dominis servire*,[1] quomodo potes ergo[b] tot Diis servire in celo[c] et in terra? » Dixerunt ei auditores ut responderet, at ille obmutuit. Et[d] cum vellem reddere rationes de unitate divine essentie et trinitate in audientia omnium, dixerunt michi nestorini de terra quod sufficeret, quia ipsi volebant loqui.

21. Tunc cessi eis, et cum vellent disputare cum sarracenis, ipsi responderunt: « Nos concedimus quod lex vestra[e] sit vera et quod verum est quicquid est in Evangelio, unde nolumus in aliquo disputare vobiscum ». Et confessi sunt quod in omnibus[f] orationibus orant quod Deus det eis morte christianorum mori.

22. Erat ibi quidam senex sacerdos de secta Iugurum, qui dicunt unum Deum, tamen[g] faciunt ydola, cum quo multa loquti sunt, narrantes omnia usque ad adventum Christi[h] ad iudicium, et etiam per similitudines ostendentes ei et sarracenis Trinitatem. Omnes audierunt absque ulla contradictione, nullus tamen dixit: « Credo, volo fieri christianus ».

23. Hiis peractis nestorini pariter et sarraceni cantaverunt alte,[i] tuinis tacentibus, et postea biberunt omnes copiose.

[Ultima audientia Fr. Guillelmi apud Mangu]. Cap. XXXIV.

1. In die pentecostes[j][2] ipse Manguchan vocavit me coram se et illum tuinum cum quo disputaveram; et antequam ingrederer dixit michi interpres, filius magistri Willelmi, quod oporteret nos redire ad partes nostras et quod non contradicerem, quia sic intellexerat pro certo. Cum venissem ante eum, oportuit me flectere genua et tuinum iuxta me cum interprete suo. Tunc dixit michi: « Dicatis michi veritatem utrum dixistis alia die, quando misi scriptores meos ad vos, quod ego essem tuinus ».[3] Tunc respondi: « Domine hoc non dixi, sed dicam vobis verba

[a] D *habeat*. — [b] C om. *ergo*. — [c] C om. *in celo*. — [d] D *Tunc*. — [e] D *nostra*. — [f] D om. *omnibus*. — [g] C *cum*. — [h] C *antechristi*. — [i] C *ante*. — [j] C add. *et*.

[1] Matt., VI, 24; Luc., XVI, 13.
[2] 31 maii.
[3] Cf. supra, cap. XXXIII, n. 6.

Digitized by Google

que dixi, si placet [a] vobis ». Tunc recitavi ea que dixeram, et ille respondit : « Bene cogitavi quod vos non dixistis [383], quia non erat verbum quod deberetis dicere, sed interpres vester male interpretatus fuit ». Et porrexit erga me baculum cui appodiabatur dicens: « *Nolite timere* ».[1] Et [b] ego subridens, dixi tacite : « Si timerem non venissem huc ». Et ipse quesivit ab interprete quid dixissem, et ille recitavit ei.

2. Deinde cepit michi confiteri fidem suam : « Nos Moal », inquit, « credimus quod non sit nisi unus Deus, per quem vivimus et per quem morimur, et ad ipsum habemus rectum cor ». Tunc dixi : « Hoc tribuet ipse quia sine dono eius hoc non potest fieri ». Et ipse quesivit quid dixissem ; interpres dixit ei. Et postea addidit : « Sed [c] sicut Deus dedit manui diversos digitos, ita dedit hominibus diversas vias. Vobis dedit Deus Scripturas, et vos christiani non custoditis [d] eas. Vos non invenitis in Scripturis [e] quod unus debet [f] alium vituperare ; invenitisne ? » [g] inquid. — « Non », dixi ; « sed significavi vobis a principio quod nollem [h] litigare cum aliquo ». — « Non dico », ait, « pro vobis. Similiter non invenitis quod pro pecunia debet homo declinare a iustitia ». — « Non Domine », dixi, « et certe nec ego veni ad partes istas pro acquirenda pecunia, immo recusavi illam que dabatur michi ». Et erat scriptor presens, perhibens [i] testimonium quod recusaveram unum iascot et pannos sericos. « Non dico », dixit, « pro illo. Vobis ergo dedit Deus Scripturas et non custoditis eas ; nobis autem dedit divinatores, et nos facimus quod ipsi dicunt nobis, et vivimus in pace ».[2] Ipse bibit, ut credo, quater antequam perdiceret [j] illa.[k]

3. Et cum attente audirem utrum alia adhuc vellet confiteri de fide sua, incepit loqui de reditu meo dicens : « Tu diu hic stetisti, ego volo quod tu revertaris. [l] Tu dixisti quod non au-

---

[a] C *placeat*. — [b] D om. *Et*. — [c] D om. *Sed*. — [d] D *custodiatis*. — [e] C *invenietis* ; om. *in Scripturis*. — [f] D *debeat*. — [g] D *invenitis vos*. — [h] D *vellem*. — [i] D *peribens*. — [j] C *perdiderat*. — [k] D *ista*. — [l] D om. *tu* ; hab. *revertatis*.

---

[1] Luc., XII, 32.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 10 ; Rockhill, *The Journey*, 236-37, n. 1.

Digitized by Google

des ducere nuncios meos tecum, vellesne tu portare verba mea vel litteras meas »?

4. Et ex tunc non potui habere locum vel tempus ostendendi ei fidem catholicam. Homo enim non potest loqui coram eo nisi quantum velit,[a] nisi esset nuncius; sed nuncius potest dicere quecumque vult, et semper querunt utrum velit adhuc alia dicere. Me autem non permisit amplius loqui, sed oportebat me audire ipsum et respondere ad interrogata.

5. Tunc respondi ei quod faceret[b] me intelligere verba sua et redigerentur in scriptis, et[c] ego libenter portarem ea pro posse meo. Tunc quesivit si vellem aurum vel argentum vel vestes preciosas. Dixi: « Nulla talia recipimus, sed expensas non habemus et sine adiutorio vestro non possumus exire terram vestram ». Tunc dixit: « Ego faciam tibi habere omnia necessaria per terram meam, vis amplius »? Respondi: « Sufficit michi ». Tunc quesivit: « Quousque vis deduci »? Dixi: « Usque in terram Regis Hermenie durat posse nostrum, si essem usque illuc[d] sufficeret michi ». Respondit: « Ego faciam te deduci usque illuc, deinde caveas tibi ». Et addidit: « Duo sunt oculi in uno capite, et quamvis sint duo tamen unus est eorum aspectus, et quo unus dirigit visum et alius; tu venisti de Baatu et ideo oportet quod tu revertaris per eum ».

6. Hoc dicto, petivi licentiam ab eo loquendi. « Dicas », inquit. Tunc dixi: « Domine nos non sumus homines bellatores, vellemus quod illi haberent dominium mundi qui illum iustius gubernarent[e] secundum voluntatem Dei. Nostrum officium est docere homines vivere secundum voluntatem Dei; ad hoc venimus ad partes istas et libenter remansissemus si placuisset vobis. Ex quo placet [384] vobis quod revertamur, oportet ita fieri; ego revertar et portabo litteras vestras pro posse meo secundum quod preceperitis. Ego vellem petere a vestra magnificentia ut, cum portavero litteras vestras, liceret michi secundum placitum[f] vestrum redire ad vos, precipue quia vos habetis pauperes servos vestros apud Bolac,[g] qui sunt lingue nostre,[1] et ipsi indigent

[a] D *vult.* — [b] C *facere.* — [c] C om. *et.* — [d] D *huc.* — [e] C *gubernaret.* — [f] D *beneplacitum.* — [g] D *Balac.*

[1] Cf. supra, cap. XXIII, nn. 2-3; cap. XXXIII, n. 1, et introductionem specialem.

Digitized by Google

sacerdote qui doceat eos et filios eorum legem ipsorum, et libenter starem cum eis ». Tunc respondit : « Si domini tui remitterent te ad me ». Tunc dixi : « Domine ego nescio consilium dominorum meorum, sed ego habeo licentiam ab eis eundi quocumque voluero, ubi esset necessarium predicare verbum Dei ; et michi videtur quod bene esset necessarium in partibus istis, unde sive remittat [a] vobis nuncios sive non, si placeret vobis ego redirem ».

7. Tunc ipse tacuit et sedit longo intervallo quasi cogitans, et interpres dixit michi ne amplius loquerer. Ego autem expectabam sollicitus quid responderet. Tandem dixit : « Tu habes facere viam longam, conforta te [b] cibariis ut possis fortis venire ad terram tuam ». Et fecit michi dare ad bibendum. Tunc exivi a facie eius, postea non reversus. Si habuissem potestatem faciendi signa sicut Moyses, forte [c] humiliasset se.[1]

[De divinis eorum]. Cap. XXXV.

1. Divini [d] ergo, sicut ipse confessus est,[3] sunt sacerdotes eorum, et quicquid ipsi precipiunt fieri, absque dilatione completur. Quorum officium vobis describo prout potui a magistro Willelmo addiscere et ab aliis qui verisimilia dicebant michi. Ipsi sunt multi, et semper habent unum capitaneum tamquam pontificem, qui semper collocat domum suam ante maiorem domum ipsius Manguchan, prope quantum posset lapide iactari. Sub custodia ipsius sunt, ut supra dixi, bige que portant ydola eorum.[3] Alii sunt post curiam in locis sibi assignatis, et veniunt ad eos de diversis partibus mundi qui confidunt in arte illa.

---

[a] D *remittant*. — [b] C *conforte* ; D *confortare* et om. *te*. — [c] C om. *forte*. — [d] C *Dudum*

---

[1] Haiton, *Flos Historiarum*, cap. XVIII, scribit : « Et baptizatus fuit [Mangu] per manum cuiusdam episcopi, qui erat cancellarius regni Armenie ; et omnes illi de domo sua fuerunt baptizati et multi alii utriusque sexus nobiles et magnates ». Haec vero conversio verisimilis non est.

[2] Cf. supra, cap. XXXIV, n. 2 ; XXXV, n. 1.

[3] Cf. supra, cap. XXXII, n. 6.

Digitized by Google

2. Istorum aliqui sciunt de astronomia, maxime ipse[a] princeps,[1] et predicant eis eclipsim[b] solis et lune; et quando hoc debet evenire omnis[c] populus preparat sibi[d] cibaria, ita quod non oporteat eos egredi hostium domus sue. Et cum fit eclipsis, ipsi sonant timpana et organa et faciunt magnum strepitum et magnum clamorem.[2] Peracto autem eclipsi, tunc vacant potationibus et comessationibus et faciunt magnum gaudium. Ipsi predicunt[e] dies festos vel infestos ad omnia negotia agenda; unde nunquam faciunt exercitum, nec ineunt bellum sine dicto eorum; et diu est quod reversi fuissent in Hungariam, sed non permittunt divini.

3. Ipsi trahiciunt[f] omnia que mittuntur ad curiam inter ingnes, et habent inde debitam portionem.[3] Ipsi etiam purgant omnem superlectilem defunctorum ducendo[g] inter ingnes. Cum enim aliquis moritur separantur omnia que spectant ad eum, nec permiscentur aliis de curia, donec omnia lustrentur per ingnes,[4] ita vidi de curia ipsius domine que defuncta fuit dum eramus ibi. Unde hoc fuit duplex causa quare oportuit fratrem Andream et socios eius ire inter ingnes: tum[h] quia portabant exennia, tum quia illa spectabant ad illum qui[i] iam defunctus fuerat, scilicet Keuchan. A me nichil requisitum est de talibus quia nichil portavi. Si aliquod animal vel[j] aliquid aliud cadat ad terram[k] dum[l] transducunt ita inter ingnes, hoc est ipsorum.

---

[a] D *iste*. — [b] C *eclisim*. — [c] C om. *omnis*. — [d] D om. *sibi*. — [e] C *dicunt*. — [f] D *transeunt*. — [g] C om. *ducendo*. [h] C *tamen*. — [i] C *quia*. — [j] C om. *aliquod animal vel*. — [k] C om. *ad terram*. — [l] C *et*.

---

[1] Mongoli sicut et Sinenses semper hanc artem foverunt, imo nestoriani sub hoc titulo primis temporibus Mongoliam petiisse videntur et postea observatorium Karakori erexerunt, cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 446-56; Blochet, *Introduction à l'Histoire des Mongols*, 162-64; Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 257-69; 368; Heras, *La Dinastía Manchú*, 451, n. 2.

[2] Eclipsis, secundum credulitatem maxime in Asia diffusa, a dracone mota est, qui ad solem et lunam devorandum, iis potiri intendit. Istum draconem tamen cum magno rumore fugare et malum ab eo factum amovere debent, Rockhill, *The Journey*, 240, n. 1.

[3] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 10; et Benedicti Poloni, n. 5.

[4] Cf. ibid., cap. III, n. 15.

Digitized by Google

4. Ipsi etiam nona die lunacionis maii congregant omnes albas [385] equas gregis et consecrant eas. Oportet etiam illuc convenire sacerdotes christianos cum turribulo suo. Tunc prohiciunt novum cosmos super terram et faciunt magnum festum in [a] illa die, quia tunc reputant se bibere primo novum [b] cosmos,[1] [c] sicut alicubi fit apud nos de vino in festo Bartholomei [2] vel Syxti;[3] et de fructibus in festo Iacobi et Christofori.[4]

5. Ipsi etiam vocantur cum aliquis puer natus est, ut predicant fatum [d] eius ;[5] etiam cum aliquis infirmatur vocantur, et dicunt [e] carmina sua et iudicant [f] utrum sit naturalis infirmitas vel ex [g] sortilegio. Unde illa mulier Methensis, de qua supra dixi,[6] narravit michi mirabile quid.

6. Quadam vice presentate fuerunt valde preciose pelles, que deposite fuerant ad curiam domine sue, que erat christiana, sicut supra dixi,[7] et divini traduxerunt eas inter ingnes et sumpserunt ex illis plus quam deberent. Et quedam femina sub cuius custodia erat thesaurus ipsius domine, accusavit eos apud dominam suam super hoc ; unde domina ipsa reprehendit eos. Contigit post hoc quod ipsa domina incepit [h] infirmari et pati quasdam passiones subitaneas per diversa membra corporis sui. Vocati fuerunt divini, et ipsi sedentes a longe precipiebant uni ex puellis ut poneret manum super locum doloris et arriperet si quid inveniret. Tunc illa surgens faciebat ita, et inveniebat in manu sua peciam filtri vel alicuius rei alterius. Tunc precipiebant ut poneret super terram ; quo deposito, incipiebat serpere

---

[a] C *scilicet*. — [b] D om. *novum*. — [c] C add. *quia*. — [d] C *factum*. — [e] D expunxit *et*, hab. *ut dicant*. — [f] D *dicant*. — [g] D *in*. — [h] C *cepit*.

---

[1] Cf. idem factum apud Yule-Cordier, *The Book*, I, 300-301 ; 308-309, n. 7, sed hoc festum die 28 augusti celebrabatur.

[2] 24 augusti.

[3] 6 augusti ; cf. pro benedictione vini, Guéranger, *L'Année Liturgique*, t. IV, 347-48.

[4] 25 iulii, cf. ibid., 232, in illa die mali benedicebantur.

[5] Usus iste usque hodie in Asia existit, Rockhill, *The Journey*, 242, n. 1.

[6] Cf. supra, cap. XXIX, n. 2.

[7] Chirina, cf. cap. XXVIII, n. 14.

Digitized by Google

quasi aliquod animal vivum. Tunc ponebatur [a] in aquam et convertebatur quasi in sanguisugam et dicebant : « Domina, aliqua sortilega [b] ita vos lesit sortilegiis suis ». Et accusaverunt illam que accusaverat eos de pellibus. Que ducta extra castra ad agros, vij diebus fuit baculata et aliis penis afflicta ut confiteretur. Et interim ipsa domina mortua fuit. Quod [c] illa [d] audiens dixit eis : [e] « Scio quia domina mea mortua est, interficite me ut vadam post illam, quia nunquam feci ei malum ». Et cum nichil confiteretur, Mangu precepit ut permitteretur ea [f] vivere.

7. Et [g] tunc ipsi divinatores accusaverunt nutricem filie ipsius domine, de qua supra dixi,[1] que erat christiana, et maritus eius honorabilior inter omnes sacerdotes nestorinos. Que ducta fuit ad supplicium [h] cum quadam ancilla sua ut confiteretur ; et ancilla confessa est quod miserat eam domina sua loqui cum quodam equo, ut quereret ab eo responsa.[2] Ipsa etiam mulier confessa est quod [i] quedam [j] fecerat ut diligeretur a domina [k] et ut faceret ei bene, sed nichil fecerat quod posset ei nocere. Inquisita fuit etiam utrum maritus eius conscius fuisset. [l] Ipsa excusavit eum quia combussisset caracteres et litteras quas ipsa fecerat.[3] Tunc interfecta fuit. Et ipse Mangu misit maritum illius, ipsum sacerdotem ad Episcopum [m] suum iudicandum, qui erat in Cataia, quamvis non fuisset inventus culpabilis.

8. Interim contigit quod prima uxor ipsius Manguchan peperit filium. Et vocati divinatores ad fatandum de puero, omnes prophetizaverunt [n] prospera dicentes quod diu viveret et magnus futurus esset dominus. Post paucos contigit dies quod ille puer

---

[a] D *ponebant* ; C *in aqua*. — [b] C *sortilegia*. — [c] C *Quia*. — [d] C *illa*. — [e] D *ipsa*. — [f] D om. *ea*. — [g] D om. *Et*. — [h] D *supplicia*. — [i] D om. *quod*. — [j] D add. *que*. — [k] C *domino*. — [l] D *fuit*. — [m] D *opium*. — [n] D *prophetaverunt*.

---

[1] Cf. ibid.

[2] Chronica Armena saec. XIII factum eiusdem generis de magis Tartarorum narrant, Dulaurier, *Les Mongols d'après les Historiens Arméniens*, 50 ; Rockhill, *The Journey*, 243, n. 3.

[3] Secundum cl. Rockhill, *The Journey*, 244, n. 1, haec mulier nestoriana maleficia operata est scribendo caracteres super chartam, comburendo eam et cineres eius cum potu Mangu Chani miscendo. In hisce superstitionibus nestoriani sacerdotes populi ignari adiutores erant.

Digitized by Google

mortuus est. Tunc mater furiosa vocavit divinos dicens : « Vos dixistis quód filius meus viveret et ecce mortuus est ». Tunc illi : [a] « Domina ecce videmus sortilegam illam nutricem Chirine, que alia die fuit interfecta. Ipsa interfecit filium vestrum [386], et ecce videmus quod asportat eum ». Remanserant autem unus filius et una filia illius mulieris adulti in herbergia ; et ipsa domina furibunda statim misit pro eis, et fecit interfici iuvenem a viro et puellam a femina in ultionem filii sui, quem dixerant divini interfectum a matre ipsorum.

9. Paucis diebus [b] post hoc, sompniavit ipse Chan [c] de illis pueris, et quesivit mane quid factum esset de predictis pueris. Servientes eius timuerunt indicare, et ipse magis sollicitus quesivit ubi essent, quia apparuerant ei [d] per visionem in nocte. Tunc dixerunt ei. At ille statim mittens ad uxorem suam, quesivit ab ea unde haberet quod mulier faceret iudicium mortis, ignorante viro suo, et fecit eam includi vij diebus, precipiens ut non daretur ei cibus. Virum vero qui interfecerat iuvenem fecit decapitari et capud eius suspendi ad collum mulieris que interfecerat iuvenculam, et [e] fecit fustigari eam ardentibus titionibus per castra, et postea interfici. Uxorem etiam interfecisset nisi propter liberos quos habet ex ea. Et exivit curiam suam, nec est reversa [f] donec post lunationem unam.

10. Ipsi etiam perturbant aera carminibus suis,[1] et quando est tantum frigus naturaliter quod non possunt apponere aliquid remedium, tunc explorant aliquos in castris quos accusant quod [g] per eos venit frigus, et illi interficiuntur absque ulla cunctatione.

11. Parum antequam recederem illinc,[h] erat quedam ex concubinis infirma et languerat diu, et [i] ipsi dixerunt carmina super quamdam sclavam [j] eius teutonicam que obdormivit tribus diebus. Que cum reversa esset ad se, quesiverunt ab ea quid vidisset. Et viderat multas personas, de quibus omnibus iudicave-

[a] C om. *Tunc illi.* — [b] C om. *Paucis diebus.* — [c] D *Magu.* — [d] C add. *magis.* — [e] C om. *et.* — [f] D *reversus.* — [g] C om. *quod.* — [h] C *recederent;* D *illic.* — [i] C om. *et.* — [j] C *solavam.*

[1] Huius praxis varia adsunt testimonia apud Rockhill, *The Journey*, 245, n. 1 ; cf. etiam Nau, *L'Expansion Nestorienne*, 246-47.

Digitized by Google

runt quod cito essent moriture ; et quia non viderat ibi dominam suam, iudicaverunt quod de illa infirmitate non moreretur. Puellam vidi dolentem adhuc valde [a] capud ex illa dormitione.[1]

12. Aliqui etiam ex eis invocant demones, et convocant [b] illos qui volunt habere responsa a demone de nocte ad domum suam, et carnem coctam ponunt in medio domus. Et ille chan qui invocat, incipit dicere carmina sua, et habens timpanum percutit illud fortiter ad terram. Tandem incipit furere [c] et facit [d] se ligari. Tunc venit demon in tenebris et dat ei [e] comedere carnes, et dat responsa.[2]

13. Quadam vice, ut dixit michi [f] magister Willelmus, abscondit se quidam Hungarus cum eis, et demon existens super domum clamabat quod non posset ingredi, quia christianus quidam erat cum eis. Hec audiens ille fugit cum festinatione, quia incipiebant eum scrutari. Hec et multa alia faciunt que longum esset narrare.

[De festis Chani, et de litteris mittendis Ludovico Regi, et de Fr. Guillelmi reditu]. Cap. XXXVI.

1. A festo pentecostes [g] [3] inceperunt facere litteras quas debebat vobis mittere. Interim reversus est Caracarum, et tenuit magnam sollempnitatem suam recte in octavis pentecostes,[h] [4] et voluit quod omnes nuncii interessent ultima die. Misit etiam pro nobis, sed iveram ad ecclesiam baptizare tres pueros cuiusdam pauperis teutonici, quem invenimus ibi. Magister Willelmus fuit in illo festo princeps [i] super pincernas, quia ipse fecerat arborem fundentem potum ; et omnes pauperes et divites.

---

[a] D om. *valde*. — [b] C *querant*. — [c] C *furire ?* — [d] C *incipit*. — [e] C *eis*. — [f] C om. *michi*. — [g] C *penthecostes*. — [h] C *penthecostes*. — [i] C om. *festo* et hab. *princes*.

---

[1] Iste modus abscondita dicendi, somnii hypnotici causa, fere ubique apud barbaras nationes invenitur, Rockhill, ibid., 246, n. 1.

[2] Descriptio accurata est coeremoniae schamanicae, ibid., n. 2.

[3] 31 maii.

[4] 7 iunii.

Digitized by Google

psallebant [a] et saltabant et plaudebant manibus coram ipso Chan. Tunc incepit eis predicare dicens: « Ego elongavi a me fratres meos et misi in periculum ad extraneas nationes.[1] Nunc apparebit quid vos facturi estis, quando voluero [387] vos mittere ut augmentetur respublica nostra ». Qualibet die in illis quatuor diebus mutabant [b] vestes, quas dabant [c] eis omnes unius coloris unoquoque die, a calceamentis usque ad [d] tyaram.[2]

2. Tunc temporis vidi ibi nuncium caliphe de Baldach, qui faciebat se afferri super lecticam inter duas mulas ad curiam, de quo quidam dicebant quod fecerat pacem cum eis, ita quod debebant eis dare in exercitu x milia equitum. [e] Alii dicebant quod Mangu dixerat quod non faceret [f] pacem nisi destruerent omnes munitiones suas, et nuncius respondit: « Quando vos auferetis omnes ungulas equorum vestrorum, [g] nos destruemus omnes munitiones nostras »

3. Vidi etiam ibi [h] nuncios cuiusdam Soldani de India qui adduxerat viij leopardos et decem [i] leporarios doctos sedere super posteriora equi, sicut leopardi sedent.[3] Quando quesivi de India quorsum esset ab illo loco, ipsi ostendebant [j] michi versus occidentem. Et illi nuncii reversi sunt mecum fere per tres septimanas semper in occidentem. Vidi etiam ibi nuncios Soldani Turkie, qui attulerunt ei preciosa munera; [4] et ipse respondit, ut audivi, quia non indigebat auro vel argento sed hominibus; unde volebat quod provideretur ei [k] de exercitu.

4. In festo sancti Iohannis [5] tenuit magnam potationem, [l] et ego feci numerare [m] centum et quinque bigas honustas lacte

---

[a] C *sallebant.* — [b] D *mutabat.* — [c] D *dabat.* — [d] C *calvamentis* et *a.* — [e] D *equites.* — [f] C *facerent.* — [g] C *nostrorum.* — [h] om. *ibi.* — [i] C *aduxerant*; om. *leopardos et decem.* — [j] C *occidebant.* — [k] D *provideret* om. *ei.* — [l] C *potionem.* — [m] C *munerare.*

---

[1] Cf. supra, cap. XXXII, n. 4.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 30.

[3] Cf. relationem B. Odorici, cap. XXIX, n. 7.

[4] Azzeddin erat Sultanus. Anno 1245 Turci singulis annis 1.250.000 iperpera (circa 15.725.000 libellas aureas); 14 camelos et 1.000.000 equos Tartaris dare solemni pacto se obligarunt, Vinc. Bellovacensis, *Specul. Hist.*, lib. XXX, cap. XXVIII; Rockhill, *The Journey*, 248, n. 2.

[5] 24 iunii.

Digitized by Google

iumentino et nonaginta equos ; et in festo Apostolorum Petri et Pauli [1] similiter.

5. Tandem completis litteris quas mittit vobis,[a] vocaverunt me et interpretati sunt eas. Quarum tenorem scripsi, prout potui eas comprehendere per interpretem, qui talis est :

6. « Preceptum eterni Dei est. In celo non est nisi unus Deus eternus, super terram non sit nisi unus dominus Chingischan, filii Dei, Demugin Cingei, [b] id est sonitus ferri ». [c] Ipsi vocant Chingis sonitum ferri, quia faber fuit ; [2] et in superbiam elati,[d] dicunt eum modo filium Dei.[3]

7. « Hoc est verbum quod vobis dictum est : Quicumque sumus Moal, quicumque Naiman, quicumque Merkit,[e] quicumque Musteleman [4] et [f] ubicumque possunt aures audire, quocumque potest equus ambulare, ibi faciatis audiri vel [g] intelligi ; ex quo audierint preceptum meum et intellexerint, et [h] noluerint [i] credere et voluerint [j] facere [k] exercitum contra nos, audietis et videbitis quod erunt habentes oculos, non videntes ; et cum voluerint aliquid tenere, erunt sine manibus ; et cum voluerint ambulare, erunt sine pedibus. Hoc est preceptum eterni Dei.

---

[a] D om. *vobis*. — [b] D *Temiugu, Tingiri*. — [c] D om. *id est.... ferri*. — [d] D *elevati*. — [e] D *melkit*. — [f] D om. *et*. — [g] D *et*. — [h] D om. *et*. — [i] C *voluerunt*. — [j] C *noluerunt*. — [k] C repetit *facere*.

---

[1] 29 iunii.

[2] Legenda secundum quam Chingis faber fuisset, in Mongolia multum diffusa est. Immo varii montes sic nominantur, quia credulitas popularis Chingis Chanum ibidem quondam laborasse vult. Error iste ortus est ex eo quod Chingis Chani nomen *Temudjin*, quod idem audit ac « optimum ferrum » cum *Temurji*, quod in tursico idiomate idem vult ac « faber », confuderunt, Rockhill, *The Journey*, 249, n. 1.

[3] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 3. Nomen Chingis idem est ac potens ; filius Dei, antiquus Imperatorum Sinarum titulus T'ien-tsu est, cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, I, 99 ; Rockhill, *The Journey*, 249, n. 1. P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, ap. *Revue de l'Orient chrétien*, 1924, 315-21, monstrat fratrem Guillelmum epistolam Chani minus recte intellexisse, saltem quoad principium. *Filius Dei*, iuxta explanatores Mongolorum, idem volebat ac Qa'an, scilicet Mangu in casu occurrenti. Ergo epistolae sensus quoad principium esset : « .... Filii Dei hoc est verbum quod vobis dictum est ».

[4] Sarraceni.

Digitized by Google

Per virtutem eterni Dei per magnum mundum Moallorum, preceptum Manguchan sit domino Francorum Regi Lodovico et omnibus aliis dominis et sacerdotibus et magno seculo Francorum, ut intelligant verba nostra. Et preceptum [a] Dei eterni factum a [b] Chingischan, nec a Chingischan nec ab aliis post ipsum pervenit hoc preceptum ad vos ».

8. « Vir quidam nomine David venit ad vos tamquam nuncius Moallorum sed mendax erat, et misistis cum illo nuncios vestros ad Keuchan.[1] Postquam Keuchan mortuus fuit, nuncii vestri pervenerunt ad curiam eius.[c] [2] Camus [d] uxor eius misit vobis pannos nasic [3] et litteras.[e] [4] Scire autem res bellicas et negotia pacis, magnum seculum quietare et bona facere videre illa mulier nequam, vilior quam canis, quomodo scire potuisset ». [f]

9. Ipse Mangu dixit michi proprio ore quod Chamus fuit pessima sortilega, et quod per sortilegia sua destruxerat totam parentelam suam.[g] [5]

10. « Illos duos monachos, qui a vobis [388] venerunt ad Sartach, misit ipse [h] Sartach ad Baatu ; Baatu vero, quia Manguchan est maior super seculum [i] Moallorum, misit eos ad nos ».

11. « Nunc autem ut magnus mundus et sacerdotes et monachi sint omnes in pace et gaudeant in bonis suis, [j] ut preceptum Dei audiretur apud eos, [k] voluimus cum predictis sacerdotibus vestris nuncios Moal destinare. Ipsi vero responderunt quod inter nos et vos esset terra guerre, et multi mali homines et vie difficiles ; unde timebant quod non possent nuncios nostros salvos perducere usque ad vos, sed si nos traderemus eis litteras nostras preceptum nostrum continentes, Regi Ludovico ipsi eas deporta-

---

[a] D add. *est*. — [b] D om. *a*. — [c] C om. *eius*. — [d] D *Charmis*. — [e] C om. *et litteras*. — [f] C *mulier nequam.... potuisset* ponit post *parentelam suam*. — [g] D ponit *Ipse Mangu.... suam* infra post *nuncios cum ipsis*. — [h] D loco *misit ipse* hab. *a*. — [i] C *speculum*. — [j] C om. *in bonis suis*. — [k] D *vos*.

---

[1] Cf. supra, cap. XV, n. 3 ; infra epilog., n. 4.

[2] De Fr. Andreae legatione agitur, cf. Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 128-38.

[3] Pannus de seta et auro, Yule-Cordier, *The Book*, 65, n. 1 ; 295, n. 6.

[4] Cf. Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 136.

[5] Cf. supra, cap. XXVII, nn. 7-8.

Digitized by Google

rent. Hac de causa non misimus nuncios nostros cum istis ; [a] misimus vero [b] vobis preceptum eterni Dei scriptum [c] per dictos vestros sacerdotes ».

12. « Preceptum Dei eterni est quod fecimus vos intelligere. Et cum vos audieritis et credideritis, si vultis nobis obedire, mittatis nuncios vestros ad nos ; et sic certificabimur utrum volueritis habere nobiscum pacem vel bellum. Cum per virtutem eterni [d] Dei *ab ortu solis usque ad occasum* [1] totus mundus fuerit in unum in gaudio et in pace, tunc apparebit quid sumus facturi ; preceptum eterni Dei cum audieritis et intellexeritis et nolueritis intendere nec credere, dicentes : « Terra nostra longe est, montes nostri fortes sunt, mare nostrum magnum est », et hac confidentia feceritis exercitum contra nos — nos scire quid possumus [e] — ille qui fecit quod difficile erat facile et quod longe erat prope, eternus Deus, ipse novit ».

13. Ipsi primo [f] vocabant nos nuncios vestros in ipsis litteris. Tunc dixi eis : « Nolite nos nominare nuncios, quia bene dixi ipsi Chan quod non sumus nuncii Regis [g] Ludovici ». Tunc iverunt ad eum et dixerunt ei. Reversi autem dixerunt michi quod ipse habuerat multum pro bono, et quod preceperat eis ut scriberent secundum quod dicerem eis. Ego autem dixi eis ut ammoverent nomen nuncii et vocarent nos monachos vel sacerdotes.

14. Interim dum ista fierent, audiens socius meus quod oporteret nos redire per solitudinem ad Baatu [h] et quod homo Moal deduceret nos, me ignorante, cucurrit ad Bulgai [i] maiorem scribam, innuens ei per signa quod moreretur si iret viam illam. Et quando venit dies in qua debebamus licenciari, in quindena scilicet post festum beati [j] Iohannis,[2] cum vocati essemus ad curiam,

---

[a] D *ipsis* et add. hic *Ipse Mangu* etc. — [b] C om. *vero*. — [c] D om. *scriptum*. — [d] C *et filii*. — [e] C *posuimus*. — [f] D *vero*. — [g] C om. *Regis*. — [h] C *sollicitudinem* ; om. *ad Baatu*. — [i] C *Bulgas*. — [j] D *sancti*.

---

[1] Ps., XLIX, 1 ; CXII, 3.

[2] Recessus dies est 9, Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 62, aut 10 iulii, Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 228, n. ; Rockhill, *The Journey*, 251, n. 1, stat pro 8 iulii. Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 314, pro 8-10 iulii.

Digitized by Google

dixerunt scriptores socio meo : « Ecce Manguchan vult quod socius tuus revertatur per Baatu, et tu dicis te infirmari et bene apparet. Mangu dicit ita : « Si tu vis ire cum socio tuo vadas, sed super te sit, quia forte remanebis apud aliquem iam, et non providebit tibi et eris impedimentum [a] socio tuo ; si autem vis remanere hic, ipse providebit tibi necessaria donec veniant aliqui nuncii cum quibus possis redire lentius et per iter in quo inveniuntur ville ». Frater respondit : « Deus det bonam vitam ipsi Chan ! Ego remanebo ». Ego autem dixi fratri : « Frater vide quid facias. Ego non dimitto [b] te ». — « Vos », inquit, « non dimittitis [c] me, sed ego dimitto vos, quia si ivero vobiscum, ego videbo [d] corporis mei et anime periculum,[e] quia non habeo [f] patientiam in labore intollerabili ».

15. Ipsi autem tenebant tres vestes sive tunicas et dixerunt nobis : « Vos non vultis recipere aurum vel argentum et stetistis hic diu orantes pro ipso Chan, ipse rogat ut [g] ad minus reci- [389] piatis unusquisque vestrum [h] simplicem vestem, ne vacui recedatis ab eo ». Tunc oportuit nos recipere eas ob reverentiam ipsius, quia multum habent pro malo quando contempnuntur munera eorum. Prius frequenter fecerat inquiri a nobis quid vellemus, et semper respondebamus [i] idem, in tantum quod ipsi christiani insultabant ipsis ydolatris, qui nichil aliud querunt nisi munera. Et ipsi respondebant quod nos stulti essemus, quia si vellet eis dare totam curiam suam, ipsi eam libenter acciperent, et prudenter facerent. Receptis ergo vestibus rogaverunt nos ut diceremus orationem pro ipso Chan, quod et fecimus. Et sic accepta licentia, ivimus Caracarum.

16. Contigit autem quadam die, dum eramus cum monacho remoti a curia cum aliis nunciis, quod monachus fecit fortiter [j] pulsari tabulam, in tantum quod Manguchan audivit eam et quesivit quid esset. Tunc dixerunt ei. Et quesivit quare esset ita elongatus a curia. Dixerunt ei quia laboriosum erat adducere ei equos [k] et boves cotidie ad curiam, et addiderunt quod melius esset quod staret Caracarum iuxta ecclesiam et ibi oraret.

---

[a] D *erit impedimento.* — [b] D *dimittam.* — [c] D *dimittetis.* — [d] D *video.* — [e] D *mortem.* — [f] C *habet.* — [g] C *sic.* — [h] D om. *vestrum.* — [i] C *respondebam.* — [j] D *firmiter.* — [k] D *equas.*

Digitized by Google

Tunc misit ipse Chan ad eum dicens, si vellet ire Caracarum et stare ibi iuxta ecclesiam daret ei omnia necessaria. Monachus autem respondit : « Ego de Terra Sancta Ierusalem veni huc ex [a] precepto Dei, et dimisi civitatem in qua sunt mille ecclesie meliores quam illa de Caracarum ; si ipse vult quod stem hic et orem pro eo, sicut Deus precepit michi, stabo ; sin autem revertar ad locum meum, unde exivi ». Tunc ipso sero adducti fuerunt [b] ei boves [c] ligati ad bigas, et mane reductus est ad locum in quo solebat esse ante curiam.

17. Et parum antequam recederemus inde, venerat quidam monachus [d] nestorinus, qui videbatur prudens homo. Illum collocavit Bulgai, maior scriptor, ante curiam suam,[e] cui ipse Chan misit liberos suos ut benediceret eis. Venimus ergo Caracarum, et cum essemus in domo magistri Willelmi, venit ductor meus afferens x iascot, ex quibus quinque posuit in manu magistri Willelmi dicens ei ut illos expenderet ex parte ipsius Chan pro necessitatibus [f] fratris ; alios v posuit in manu hominis Dei, interpretis mei, precipiens ei [g] ut illos expenderet in via pro necessitatibus meis. Magister autem Willelmus ita instruxerat eos, nobis ignorantibus.

18. Statim feci unum vendi [h] et distribui pauperibus christianis qui ibi erant, qui omnes habebant oculos ad nos ; alium expendimus emendo [i] necessaria in vestibus et aliis quibus indigebamus ; de tertio emit ipse homo Dei quedam, in quibus lucratus est aliquantulum quod sibi profuit. Reliquos [j] etiam illic [k] expendimus, quia nusquam ex quo intravimus Persidem dabantur nobis sufficienter necessaria, nec etiam [l] inter Tartaros, sed ibi raro [m] inveniebamus aliquid venale.

19. Magister Willelmus, quondam civis vester, mittit [n] vobis quamdam corrigiam ornatam quodam lapide precioso quem ipsi portant contra fulgura et tonitrua,[1] et salutat vos in infinitum,[o]

---

[a] D om. *ex.* — [b] D *fuerant.* — [c] C add. *et.* — [d] D om. *monachus.* — [e] C om. *suam.* — [f] C add. *patris alias.* — [g] D om. *ei.* — [h] D *pro moneta.* — [i] D add. *nobis.* — [j] C add. *et.* — [k] CD *illum.* — [l] D add. *usquam.* — [m] C *rare.* — [n] C *misit.* — [o] D add. *semper.*

---

[1] Yule-Cordier, *The Book*, I, 300-301 ; 309-11, n. 8.

Digitized by Google

orans pro vobis ; pro quo gratias sufficientes nec Deo nec vobis possem reddere.

20. Baptizavimus ergo [a] ibi in universo vj animas.[1]

21. Separati ergo sumus ab invicem cum lacrimis, socio meo remanente cum magistro Willelmo, me autem solo cum [390] interprete meo revertente cum ductore meo et uno famulo, qui habebat mandatum ut in quatuor diebus acciperet unum arietem pro nobis iiij^or^.[2]

[Iter Fr. Guillelmi usque ad curiam Baachu in Hircania].

Cap. XXXVII.

1. Venimus ergo duobus mensibus et x diebus [b] usque ad [c] Baatu, quod nunquam vidimus villam nec vestigium alicuius edificii nisi sepulchrorum, excepta una vilula [3] in qua non comedimus panem ; nec [d] unquam quievimus in hiis duobus mensibus et x diebus nisi una sola die, quia non potuimus habere equos. Reversi sumus in magna parte per eumdem populum, et omnino per alias regiones. Ivimus enim in hieme et reversi sumus in estate et [e] longe per superiores partes aquilonis, excepto quod quindecim dietis oportet ire et redire semper iuxta quoddam flumen inter montana, in quibus non est herba nisi iuxta flumen.[4] Ibamus duobus diebus [f] et aliquando tribus nullum capientes cibum nisi cosmos. Aliquando fuimus in magno periculo non valentes invenire populum, [g] deficientibus cibariis et equis fatigatis.

---

[a] D om. *ergo*. — [b] D om. *et x diebus*. — [c] D om. *ad*. — [d] D *neque*. — [e] D om. *et*. — [f] D *mensibus*. — [g] D om. *populum*.

---

[1] Cf. supra, cap. XXXVI, n. 1, ubi tres pueros baptizasse dicit.

[2] Ibid., n. 3, Fr. Guillelmus dicit ' nuntios cuiusdam Soldani de India cum ipso reversos fuisse fere per tres septimanas '.

[3] Hoc castrum fuit Imil, ubi Kuyuk stationes habuit, cf. supra, cap. XXVII, n. 5.

[4] Flumen Ulungur, Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 230; Rockhill, *The Journey*, 255, n. 1 ; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 62.

Digitized by Google

2. Cum equitassem xx diebus, audivi nova de Rege Hermenie quod ipse transiverat in exitu augusti obviam ipsi Sartach,[1] qui ibat ad Manguchan cum gregibus et armentis, cum uxoribus et parvulis,[2] tamen magne domus eius remanserant inter Ethiliam et Tanaim.[3] Ego autem salutavi eum dicens quod libenter mansissem in terra sua, sed Manguchan volebat [a] quod reverterer et litteras eius deportarem. Ipse autem [b] respondit [c] quod voluntatem Manguchan oportet facere.

3. Tunc quesivi ab ipso Coiac de pueris nostris. Ipse respondit quod erant in curia Baatu diligenter recommandati. Repetii etiam vestimenta nostra et libros; et ipse respondit: « Nonne attulistis ea ad Sartach »? Ego dixi: « Ad Sartach attuli ea, sed non dedi ei sicut vos scitis ». Et replicavi [d] qualiter responderam, quando quesiverat utrum vellem ea dare ipsi Sartach. Tunc [e] respondit: « Vos verum dicitis, et veritati nemo potest resistere. Ego deposui res vestras penes patrem meum qui manet prope Sarai, que est nova villa quam fecit Baatu super Ethiliam; [4] sed sacerdotes nostri habent aliqua de vestibus [f] hic secum ». Cui ego: « De vestibus [g] sicut [h] placet vobis retineatis, dummodo restituantur michi libri ». Tunc dixit quod diceret [i] verba mea ipsi Sartach. « Oportet », dixi, « quod ego habeam [j] litteras ad patrem vestrum, ut restituat michi omnia ». Ipsi

---

[a] C *Mangucha*; D *voluit*. — [b] D om. *autem*. — [c] C *respondet*. — [d] D add. *ei*. — [e] D add. *michi*. — [f] D *victualibus*. — [g] D om. *hic secum.... vestibus*. — [h] D *si quid*. — [i] C add. *dixeret*. — [j] C om. *habeam*.

---

[1] Chronica Armena et auctores contemporanei mahumetici referunt quod Haiton postquam Sartach et Batu visitaverat, 13 septembris 1254 in ipsa civitate Karakorum aut prope a Mangu fuit receptus. Ideo dicta Fr. Guillelmi intellectu difficilia sunt. Etenim « postquam 20 diebus equitavit — profectus erat 10 iulii — audivit nova de Rege Armeniae quod nempe transiverat in exitu augusti obviam ipsi Sartach ». Ideo Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 231, loco « XX » diebus, XL legendum proponit.

[2] An ante mortem patris sui Batu 1256, aut post nescitur, Rockhill, *The Journey*, 255-56, n. 2.

[3] Vulgo Wolga et Don.

[4] In littore sinistro fluminis Akhtuba seu brachium septentrionale Rhae (Wolga), Yule-Cordier, *Cathay*, III, 82, n. 1.

Digitized by Google

autem erant in procinctu itineris et dixit michi : [a] « Curia dominarum sequitur nos hic prope, vos descendetis ibi, et ego mittam vobis per istum hominem responsum [b] ad Sartach ».

4. Eram sollicitus ne deciperet me, tamen non poteram contendere cum eo. In sero venit ad me ille homo quem ostenderat michi, afferens secum duas tunichas de quibus credebam quod esset pannus sericus integer, non incisus, et dixit michi : [c] « Ecce due tunice ; unam mittit [d] tibi Sartach et alteram, si tibi [e] videtur bonum, presentabis Regi ex parte eius ». Cui respondi : « Talibus [f] non utor vestimentis, ambas presentabo Regi ad honorem domini vestri ». — « Non », inquit, « facias ex eis quod tibi placuerit ». Michi autem placuit ambas mittere vobis, et mitto [g] eas per latorem [h] presentium. Dedit etiam michi litteras ad ipsum patrem Coiach, ut omnia restitueret michi que ad me spectabant, quia non indigebat aliquo mei. [i]

5. Pervenimus [j] autem ad curiam Baatu eodem die quo recesseram ab ea [k] anno revoluto, secunda die post exaltationem sancte Crucis,[1] et inveni gaudens [391] pueros nostros salvos,[2] afflictos tamen [l] maxima penuria secundum quod narravit michi ipse Gosset. Et nisi fuisset Rex Hermenie qui fecit eis consolationem magnam et recomendavit eos ipsi Sartach fuissent perditi, quia credebant de me quod essem mortuus ; et iam querebant ipsi Tartari ab eis si scirent custodire boves vel mungere [m] equas. Si [n] non essem [o] reversus, redacti fuissent in servitutem eorum.

6. Post hoc Baatu fecit me venire coram [p] se, et fecit michi interpretari litteras quas mittit vobis [q] Manguchan. Ita enim scripserat ei Mangu ut si placeret ei [r] aliquid addere vel sustrahere vel mutare, quod ipse faceret. Tunc dixit michi : « Istas litteras portabitis [s] et faciatis eas intelligi ». Quesivit [t] etiam quam viam

---

[a] C add. *quod*. — [b] D om. *ad*. — [c] C om. *Et dixit michi*. — [d] D *misit*. — [e] C om. *tibi*. — [f] D add. *ego*. — [g] C *mitte*. — [h] D *latronem*. — [i] C *meo*. — [j] C *Perveniens*. — [k] D om. *ab ea*. — [l] C *cum*. — [m] C *mulgere*. — [n] D add. *enim*. — [o] D *fuissem*. — [p] D *ad*. — [q] C om. *vobis*. — [r] C *eis*. — [s] D *portabis*. — [t] C *qesiverunt*.

---

[1] 15 septembris.

[2] Cf. supra, cap. I, n. 10 ; cap. XIX, n. 10.

Digitized by Google

vellem tenere, utrum per mare vel per terram. Dixi quod mare clausum esset quia hyems [a] erat, oporteret me ire per terram. Ego autem credebam adhuc vos esse in Siria, et direxi iter versus Persidem. Si enim credidissem vos transivisse in Franciam, ego ivissem in Hungariam et citius venissem usque in Franciam, et per viam minus [b] laboriosam quam in Siriam.

7. Tunc bigavimus per mensem cum eo antequam possemus habere ductorem. Tandem assignavit [c] michi quemdam Iugurem qui intelligens quod nichil darem sibi, quamvis dixissem sibi [d] quod recte vellem ire in Hermeniam, fecit sibi fieri litteras quod deduceret me ad Soldanum Turkie, sperans se recepturum munera a Soldano, et magis lucrari per viam illam.

8. Tunc arripui iter xv diebus ante festum omnium Sanctorum [1] versus Sarai, tendentes recte in meridiem, descendendo iuxta Etiliam que dividitur in tria magna brachia ibi inferius, quorum quodlibet est in duplo fere maius [e] fluvio Damiate; alia facit quatuor brachia minora, ita quod transivimus illud flumen vij locis navigio. Super medium brachium est villa que dicitur Summerkent, [f] absque muro; [2] sed quando [g] inundat fluvius circumdatur aquis; viij annis fuerunt circa eam Tartari antequam caperent [h] eam. [3] Et erant in ea Alani et sarraceni. Ibi invenimus unum Teutonicum cum uxore sua, valde bonum virum, apud quem Goset remanserat. [i] Miserat enim eum [j] illuc Sartach, ut exhoneraret curiam suam.

9. Circa partes illas sunt [k] Baatu ex una parte fluminis et Sartach ex alia, circa nativitatem Domini; [l] et non descendunt

[a] C *yens*. — [b] C *ivimus*. — [c] C *assignaverunt*. — [d] D om. *quamvis.... sibi*; add. *et*. — [e] CD *maior*; D add. *quam* (*fluvius*). — [f] D *Summerkeur*. — [g] D *tamen*. — [h] C *reciperent*. — [i] D *hyemaverat*. — [j] D om. *eum*. — [k] D *fuit*. — [l] D om. *Domini*.

[1] 17 aut 18 octobris secundum quod « quindecim diebus » gallicismum — quinze jours pro 14 diebus — continet vel non.

[2] Yule-Cordier, *Cathay*, III, 146-47, n. 3, Summerkent hic erronee pro Sittarkent aut antiquum Astrakan stare opinatur; Schmidt vero Summerkent formam corruptam putat nominis Sacassin, quod idem vult ac Atel, *Ueber Rubruks Reise*, 241-43, et sic etiam Rockhill difficultatem solvit, *The Journey*, 258-59, n. 2.

[3] De obsidione et captione hac in chronicis nihil invenitur, Rockhill, *The Journey*, ibid.

Digitized by Google

amplius.[1] Et contingit [a] quod fluvius totus congelatur,[2] et tunc transeunt inter aquas ubi est [b] maxima copia herbarum, et ibi latitant inter cannas donec incipiat [c] glacies dissolvi.

10. Ipse pater Coiac,[d] receptis litteris Sartach, restituit michi vestimenta, et preter tres albas et amictum ornatum serico et stolam et cingulum et preter tualiam [3] ornatam aurifrigio et preter unum superpellicium ; vasa etiam argentea restituit, preter turribulum et vasculum in quo erat crisma,[4] que omnia habebant sacerdotes qui erant cum Sartach. Libros restituit, preter psalterium domine Regine quod retinuit de mea licentia, quia non potui eam ei negare ; dicebat enim quod multum placuerat Sartach. [e]

11. Rogaverat [f] etiam me quod [g] si contingeret me redire ad partes illas, quod adducerem eis hominem scientem facere pergamenum. [h] Ipse enim faciebat magnam ecclesiam super ripam occidentalem fluminis de mandato Sartach et novum casale, et volebat facere libros ad usum Sartach, ut dicebat. Tamen ego scio quod Sartach talibus non intendit.

12. Sarai et palatium Baatu [5] est super ripam [i] orientalem, et vallis, per [j] quam diffunduntur brachia illa [k] fluminis [392], habet latitudinem plus quam vij leucarum, et est ibi maxima copia piscium.[6]

13. Bibliam etiam versificatam et quemdam librum in arabico, valentem triginta [l] bizantios, et plura alia non recuperavi.

---

[a] C *contigit.* — [b] C om. *inter aquas ubi est* ; add. *hic.* — [c] C *incipiet.* — [d] C *Corath.* — [e] C om. *Libros restituit.... Sartach.* — [f] D *Rogavit.* — [g] D *ut.* — [h] D *parchamenum.* — [i] C om. *ripam.* — [j] D *post.* — [k] D *ista* — [l] C *tringinta.*

---

[1] Cf. supra, cap. XIX, n. 2.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 13 : « Congelatur enim circa littora bene ad tres leucas interius ».

[3] Tovalia, cf. Ducange, *Glossarium.*

[4] Cf. supra, cap. XVI, n. 1 ; cap. XXXI, n. 6.

[5] Palatium constructum fuit a Bereke, fratre Batu, Rockhill, *The Journey*, 260, n. 1 ; Hallberg, 452-56.

[6] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 13.

Digitized by Google

14. Sic recedentes ab eo in festo omnium Sanctorum,[1] semper tendentes in meridiem pervenimus in festo sancti Martini [2] ad montes Alanorum.[3]

15. Inter Baatu et Sarai in xv diebus non invenimus populum, nisi unum ex filiis suis qui precedebat eum [a] cum falconibus et falconarios suos qui multi erant, et unum parvulum casale. A festo omnium Sanctorum usque ad xv [b] dies non invenimus populum ; et [c] fuimus fere periclitati [d] siti, per unum diem et unam noctem usque in crastinum circa tertiam non invenientes aquam.

16. Alani in montibus illis adhuc repugnant, ita quod oportebat quod de decem hominibus Sartach venirent [e] duo ad custodiendum fauces montium, ne illi egrederentur de montibus ad predandum [f] animalia eorum in planitie inter illos et [g] Alanos et portam ferream, que inde distabat ad duas dietas, ubi incipit planicies Arcacci [h] [4] inter mare et montes.

17. Sunt quidam sarraceni, nomine Lesgi,[i] [5] inter montes, qui similiter repugnant, ita quod oportuit quod illi Tartari qui erant ad radices montium Alanorum darent nobis xx homines, qui deducerent nos usque [j] ultra portam ferream.[6] Et gavisus fui quia sperabam quod viderem eos armatos, nunquam enim potui videre arma eorum quamvis multum fuerim [k] sollicitus. Et cum venissemus ad periculosum transitum, de xx erant duo qui

---

[a] D *vos*. — [b] D *quinque*. — [c] C add. *venirent duo*. — [d] C add. *fere*. [e] C *venient*. — [f] C *predicandum* ; D *prebendum* quod correxit in *predandum*. — [g] D om. *et*. — [h] D *Arcari*. — [i] D *Losgi*. — [j] C om. *usque*. — [k] D *fui*.

---

[1] 1 novembris.

[2] 11 aut 15 novembris, sc. festum S. Martini Episcopi – sicut dicit Batton, *Willhelm von Rubruk*, 65 ; aut festum S. Martini Monaci, sicut habent Rockhill, *The Journey*, 260 ; Charpentier, *Vilhelms av Ruysbroeck*, 269.

[3] Montes Caucasi.

[4] Huius planitiei nomen omnino ignotum est. Fr. Guillelmus sub hoc nomine partem meridio-orientalem extremam planitiei ab Alanis occupatam designare videtur, Rockhill, *The Journey*, 261, n. 1.

[5] Cf. supra, cap. XIV, n. 3.

[6] Cf. ibid.

Digitized by Google

habebant haubergions.[a] [1] Et quesivi unde advenissent eis ; dixerunt quod acquisiverunt super Alanos predictos, qui sunt boni artifices talium et optimi fabri. Unde ut credo arma pauca habent, nisi pharetras et arcus et pelliceas. Vidi eis presentari platas ferreas et capellos ferreos de Perside, et etiam vidi duos qui se presentabant ipsi Mangu armatos tunicis de peccaciis convexis de corio rigido, que erant inepte[b] valde et[c] inexpedite. Antequam veniremus ad portam ferream invenimus unum castellum Alanorum, quod erat ipsi[d] Manguchan. Ipse enim[e] subiugavit terram illam. Ibi primo invenimus vineas et bibimus vinum.

18. Sequenti die venimus ad portam ferream quam Alexander Rex[f] Macedo fecit,[2] et est civitas cuius extremitas orientalis est super ripam maris, et est modica planicies inter mare et montes, per quam[g] protenditur ipsa civitas usque ad verticem montis qui adiacet ei ab occidente, ita quod nulla via est superius propter[h] asperitatem montium neque inferius per mare, nisi recte[i] per medium civitatis ex transverso, ubi est porta ferrea a qua civitas denominatur. Et habet civitas in longum plus quam unum miliare et in summitate montis forte castrum, latitudinem vero habet iactum unius lapidis magni.[j] Fortissimos muros habet sine fossatis et turres de lapidibus magnis et politis, sed Tartari destruxerunt summitates turrium et propugnacula murorum, equantes turres muro.

19. Infra illam civitatem solebat terra esse sicut paradisus. Hinc ad duos dies invenimus aliam civitatem nomine Samaron,[3]

---

[a] D *hauberintis*. — [b] C *inapte*. — [c] C om. *et*. — [d] D *ipsius*. — [e] C om. *enim*. — [f] C om. *Rex*. — [g] C *que*. — [h] D *per*. — [i] D om. *recte*. — [j] C om. *magni*.

---

[1] Lorica, cf. Ducange, *Glossarium*, sub *Halsberga*.

[2] Derbend a Turcis *Demir Kapi* seu *porta ferrea* nominatur. Circa legendam Alexandri, cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 53-56 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, I, 335-36 ; 357-59 ; Schefer, *Chrestomathie persane*, II, 188-89 ; J. Kirtland Wright, *The Geographical Lore*, 113 cum bibliographia 504-505.

[3] Quidam pagus 60 aut 70 millibus distans a Derbend, Rockhill, *The Journey*, 263, n. 1 ; sed accurate minime potest determinari, cf. Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 246-47. Circa 15 millia ad meridiem Derbend sinus nomine Samur invenitur, sed cum Samaron identificari non potest. Rockhill, ibid. ; Hallberg, 448.

Digitized by Google

in qua erant multi iudei; et cum transissemus illam vidimus muros descendentes de montibus usque ad mare. Et derelinquentes [a] viam [393] iuxta mare per muros illos, quia flectebatur ad orientem, ascendimus montana versus meridiem.

20. In crastino transivimus per vallem quamdam, in qua apparebant fundamenta murorum de uno monte ad alium, et per summitates montium nulla erat via. Ista [b] solebant esse claustra Alexandri feras gentes cohibentia, hoc est pastores de solitudine, ut non possent ingredi super terras cultas et civitates.[1] Alia sunt claustra in quibus sunt iudei, de quibus nichil certum potui addiscere; tamen per [c] omnes civitates Persidis sunt multi iudei.

21. In crastino venimus ad magnam quamdam civitatem nomine Samag,[2] et post hanc in crastino intravimus maximam planiciem que dicitur Moan,[3] per quam fluit Cur, a quo dicuntur Curgi, quos nos dicimus Georgianos.[4] Currit autem per mediam Tefilis, que est civitas metropolis Gurginorum,[5] et venit recte ab occidente vadens in orientem ad predictum mare, et habet optimos salmones. In illa planicie iterum invenimus Tartaros. Venit etiam per illam planiciem Araxes, qui venit de maiori Hermenia recte de inter meridiem et occidentem, a quo dicitur terra Ararat,[d] que est ipsa Armenia. Unde in libro Regum dicitur de filiis Cenacherip,[e] quod interfecto patre [f] fugerunt in terram [g] Armenorum; [h] [6] in Ysaia autem dicitur quod fugerunt in terram Ararat.[i] [7]

[a] C *delinquentes*. — [b] C *Isto*. — [c] C om. *per*. [d] D *Araxat*. — [e] D om. *filiis*; hab. *Sarachirib*. — [f] D add. *suo*. — [g] D *terra*. — [h] C add. *et*. — [i] D *Araxat*.

[1] Exacta positio nescitur, Rockhill, ibid., n. 2; cf. Schefer, *Chrestomathie persane*, II, 188-89; Kirtland Wright, *The Geographical Lore*, 287-88; 527.

[2] Shamakhi seu Shamaka, Hallberg, 445.

[3] Mugan, Hallberg, 356-57.

[4] Iohannes de Plano Carpini Georgianos eosdem vult ac Obesos seu Abazos littoris maris Nigri, cap. VII, n. 9; Benedictus Polonus, n. 11, nominis originem ex eorum patrono S. Georgio trahit.

[5] Tiflis.

[6] IV Reg., XIX, 37.

[7] XXXVII, 38, ubi de terra Armenorum agitur, A. Condamin, *Le Livre d'Isaïe*, 224-25, n.

Digitized by Google

22. Ad occidentem ergo illius planiciei pulcherrime est Curgia. In planicie solebant esse Crosmini.[1] Et est civitas magna in introitu montium, nomine Ganges,[2] que erat metropolis eorum, prohibens Georginos [a] ne possent descendere in planiciem. Venimus ergo ad pontem de navibus que tenebantur cathena magna ferrea protensa [b] ex transverso fluminis, ubi cadunt insimul Cur et Araxes. Araxes autem ibi [c] amittit nomen suum.

23. Ex tunc ascendimus semper sursum iuxta Araxem, de quo dicitur quod *pontem dedignatur Araxes*,[3] linquentes ad sinistram versus meridiem Persidem et montes Caspios, ad dextram versus occidentem mare [d] et Gurgiam, tendentes in Affricum inter meridiem et occidentem. Transivimus per herbergiam ipsius Baachu,[e] qui est princeps illius exercitus qui ibi est iuxta Araxem, et subiugavit sibi Gurginos et Turcos et Persos.[f] [4] Alius est apud Taurinum [5] in Perside, qui est super tributa, nomine Argon,[6] quos ambos revocavit Manguchan ut cedant fratri suo venienti ad terras illas.[7] Illa terra, quam descripsi vobis, non est proprie Persia, sed Hircania solebat dici.[8] Fui in domo ipsius Baachu

[a] C *Gorgonos*. — [b] C *protema*. — [c] D om. *Araxes*; hab. *aut ibi Cur*. — [d] CD *et* C *magistrum*, D *mare*; CD om. *et*. — [e] C *Baatu*, sicut parum inferius. — [f] D *Persas*.

[1] Corasmini Georgianos an. 1225 subdiderunt, Rockhill, *The Journey*, 265, n. 1; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 371.

[2] Hodierna civitas Elisabethpol.

[3] Aeneis, VIII, 728.

[4] Baisu. Circa modum hoc nomen scribendi, cf. P. Pelliot, *Les Mongols et la Papauté*, 302-307. Tartarorum exercitui ab an. 1242 praefuit, cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 229; Hammer-Purgstall, *Geschichte der Goldenen Horde*, 45; Altunian, *Die Mongolen*, 38-42; P. Pelliot *Les Mongols et la Papauté*, 247.

[5] Taurisium, Tauris, vulgo Tabriz.

[6] Persiae gubernator, cf. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, II, 279-80; Hammer-Purgstall, *Geschichte der Illkane*, I, 87-88; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 258.

[7] Sc. Hulagu, cf. supra, cap. XXXII, n. 4; annus quo Hulagu in occidentem pervenit, circa finem 1255 aut principium 1256 computatur, Altunian, *Die Mongolen*, 43, n. 8.

[8] S. Isidorus a quo Fr. Guillelmus has notitias sumpsit sic Hircaniae limites describit, PL 82, 501: « habens ab oriente mare Caspium, a meridie Armeniam, a septentrione Albaniam, ab occasu Iberiam ».

Digitized by Google

et dedit nobis bibere vinum, ipse autem bibebat cosmos quod ego etiam libencius bibissem, si dedisset michi. Tamen vinum erat novum precipuum, sed cosmos plus satis proficit homini famelico.

24. Ascendimus ergo iuxta Araxem a festo sancti Clementis [1] usque ad secundam dominicam quadragesime, [2] donec pervenimus ad capud fluminis. Et ultra [a] illum montem [b] in quo oritur, est civitas bona que dicitur Aarserum, [3] que est Soldani Turkie, et ibi prope oritur Eufrates [c] versus aquilonem ad radices montium Gorgie. Ad cuius fontem ivissem, sed tante erant nives quod nullus poterat ire extra semitam tritam. Ad aliud latus montium Caucasi [d] versus meridiem oritur Tigris.

[Iter de Hircania usque Tripolim]. Cap. XXXVIII.

1. Quando discessimus a Baachu, [e] dux meus ivit Taurinum locuturus cum Argum, ducens secum interpretem meum. Baachu autem [f] fecit me deduci ad quamdam civitatem, que dicitur Naxuam, que sole- [394] bat esse capud cuiusdam magni regni et maxima et pulcherrima civitas, [4] sed Tartari redegerunt eam quasi in [g] solitudinem. Et solebant esse in ea octingente ecclesie Hermenorum, modo non sunt nisi due parvule; sarraceni enim [h] destruxerunt eas. In quarum una feci festum nativitatis prout potui cum clerico nostro.

2. Et in crastino defunctus est sacerdos illius ecclesie, ad quem [i] sepeliendum venit quidam Episcopus cum xij monachis de montanis. Omnes enim Episcopi Hermenorum sunt monachi,

[a] D add. *que est terra Soldani Turkye.* — [b] D add. *locum.* — [c] D ponit *et ibi.... Euphrates* post *Gorgie.* — [d] C *Caucali.* — [e] CD *Baatu.* — [f] CD *Baatu*; D *vero.* — [g] CD *redigerunt*; C om. *in.* — [h] C om. *enim.* — [i] D *quam.*

[1] 23 novembris.

[2] 21 februarii.

[3] Erzerum.

[4] Naxua aut Nadjivan. Secundum auctores persicos civitas 40.000 domorum erat, et una ex maximis et optimis civitatibus Armeniae, Rockhill, *The Journey*, 267, n. 2; Hallberg, 554.

Digitized by Google

et Grecorum similiter pro maiori parte.[1] Narravit michi ille Episcopus quod ibi prope erat ecclesia in qua martirizatus fuit beatus Bartholomeus et similiter beatus Iudas Tadeus,[2] sed non patebat via propter nives.

3. Narravit etiam michi quod ipsi habent duos prophetas : primus est Methodius martyr, qui fuit de gente eorum, qui plane prophetavit de Ysmaelitis; que prophecia completa [a] est in sarracenis ; [3] alius propheta vocatur Acacron, qui in morte sua prophetavit de gente sagittaria ventura ab aquilone,[4] dicens quod ipsi [b] acquirent [c] omnes terras orientis, et parcent [d] regno orientis, ut eis tradat regnum occidentis — sed fratres nostri, dicit,[e] Franci viri catholici, non credent eis — et occupabunt terras ab aquilone usque in meridiem, et pervenient usque [f] Constantinopolim, et occupabunt portum Constantinopolicum ; et unus ex eis qui vocabitur vir sapiens, ingredietur civitatem et videns ecclesias et ritum Francorum faciet se baptizari, et dabit Francis consilium qualiter interficient dominum Tartarorum, et ibi confundentur. Hoc audientes Franci [g] qui erunt de medio terre, id est [h] Ierusalem,[5] insilient in Tartaros qui erunt in finibus eorum et cum adiutorio nostre gentis, hoc est Hermenorum, persequentur eos, ita quod apud Taurinum in Perside ponet rex Francorum solium regale. Et tunc convertentur [i] omnes orientales et omnes increduli gentium ad fidem Christi, et erit

[a] D *impleta*. — [b] D om. *ipsi*. — [c] D *adquirerent*. — [d] D *parceret*. — [e] C *ut*. — [f] D add. *ad*. — [g] C om. *Franci*. — [h] D *a*. — [i] D *convertuntur*.

[1] Ob legem coelibatus, qua clerus saecularis non ligatur.

[2] Nec S. Bartholomaei nec S. Taddaei martyrii locus scitur. Primus forsan Albanopolis martyrii palmam accepit secundum Le Camus, *Dictionn. de la Bible*, I, 1472, Salamastri vero secundum anonymum minoriticum, Golubovich, *Biblioteca*, II, 72 ; cf. *Acta Sanct.* aug. V, 7-72. De S. Taddaeo etiam variae legendae circa martyrii locum existunt, cf. *Act. Sanct.* oct. XII, 440 ; Golubovich, *Biblioteca*, II, 72.

[3] Haec prophetia Armenis dicitur facta a Patriarcha Narses, catholicos populi Aghuanks, Dulaurier, *Les Mongols d'après les Historiens Arméniens*, 210, Rockhill, *The Journey*, 268, n. 3.

[4] Tartaros scriptores Armeni sagittarios vocitant, ibid.

[5] Glossa interlinearis ; J. Kirtland Wright, *The Geographical Lore*, 259-61.

Digitized by Google

tanta pax in mundo quod vivi dicent mortuis : « Ve vobis [a] qui [b] non vixistis usque ad tempora ista ».

3. Istam propheciam legeram, Constantinopolim allatam ab Hermenis qui ibi manent, sed non curaveram ; sed quando locutus fui cum dicto Episcopo, tunc memor magis curavi ; et per tōtam Hermeniam illam habent istam propheciam ita pro certa [c] sicut Evangelium. Dicebat etiam nobis : « Sicut anime in limbo expectabant adventum Christi ut liberarentur,[d] ita expectamus adventum vestrum [e] ut liberemur [f] ab ista servitute in qua tamdiu fuimus ».

4. Prope civitatem predictam sunt montes, in quibus dicunt [g] quod requievit arca Noe ; [1] et sunt duo, unus maior alio ; et fluit Araxes ad radices eorum. Et est ibi una villa que dicitur Cemanium,[h] quod interpretatur octo, quam dicunt sic nominatam ab octo personis que exierunt de archa [2] et edifficaverunt illam super maiorem montem. Multi temptaverunt ascendere et non potuerunt. Et dixit michi ille Episcopus quod quidam monachus fuit valde sollicitus, et apparuit ei angelus afferens ei lignum de archa dicens ei ne amplius laboraret. Illud lignum habebant ipsi in ecclesia sua, ut michi dicebant. Nec est mons ita altus secundum apparenciam quin bene possent homines ascendere. Et quidam senex dixit michi rationem satis bonam, quare nullus debeat illum [i] ascendere.[3] Illum montem vocant Massis et est femini generis secundum linguam eorum.[4] « Super Massis », inquit, « nullus debet ascendere, quia [395] est mater mundi ».[5]

[a] D add. *miseri*. — [b] D *quia*. — [c] D *certo*. — [d] D *liberentur*. — [e] D *nostrum*. — [f] C *liberaremur*. — [g] C om. *dicunt*. — [h] D *Cemainum*. — [i] C *illud*.

[1] Secundum traditionem est mons Ararat, *Dictionnaire de la Bible*, I, 925-26 ; cf. itinerarium B. Odorici, cap. II, n. 1.

[2] Civitas a Noe, secundum traditionem, constructa, a scriptoribus arabicis Temanin vocitatur, Rockhill, *The Journey*, 269-70, n. 1.

[3] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. II, n. 1 ; Iordanus, *Mirabilia*, 38.

[4] Vulgo vero dicitur Ararat ; Fr. Guillelmus de genere femineo minus recte loquitur, ex eo quod in lingua armena res inanimatae genus non habent, Rockhill, *The Journey*, 270-71, n. 1.

[5] Ob Armenorum superstitiones et ipsorum vexationes multiplices, montis ascensio difficilis est, Van den Gheyn, *Dictionnaire de la Bible* I, 879.

Digitized by Google

5. In illa civitate invenit me frater Bernardus Cathalanus de Ordine fratrum Predicatorum,[1] qui steterat[a] in Gorgia cum quodam priore Sepulcri, qui est ibi possidens magnas terras; et didicerat aliquantulum de tartarico, et ibat cum quodam fratre de Hungaria Taurinum apud Argun petiturus transitum ad Sartach. Quando venerunt illuc, non potuerunt habere accessum; et frater Hungarus[b] reversus est per me Tefilis[c][2] cum uno serviente, frater vero Bernardus remansit Taurini cum quodam fratre laico Teutonico,[3] cuius linguam non intelligebat.

6. De predicta civitate egressi sumus[d] in octavis epiphanie;[4] ibi enim stetimus diu propter nives. Venimus usque[e] ad iiij^or^ dies in terram Sahensa, cuiusdam Gurgini potentissimi quondam, nunc vero tributarii Tartarorum, qui destruxerunt omnes munitiones eius.[5] Cuius pater nomine Zacharias adquisivit terram illam Armenorum, eripiens eos de manu sarracenorum. Et sunt ibi casalia pulcherrima pure christianorum habentium ecclesias recte sicut Franci; et quilibet Hermenus habet in domo sua in venerabiliori loco manum unam ligneam tenentem crucem, et ponit lampadam ardentem coram ea; et quod nos facimus de aqua benedicta spargendo ad effugacionem maligni spiritus, ipsi faciunt de thure. Quolibet enim sero accendunt[f] thus, defferentes illud per omnes angulos domus ad extricandum omne genus inimici.[6]

7. Comedi cum predicto Sahensa, et fecit michi magnam reverenciam ipse et uxor eius et filius eius, nomine Zacharias, valde pulcher et prudens iuvenis, qui quesivit a me si veniret

[a] C *regerat.* — [b] D *Hungarius.* — [c] C *methefelis.* — [d] C om. *sumus.* — [e] C *ergo.* — [f] C *ascendunt.*

[1] Cf. Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 140.

[2] Tiflis.

[3] De missione Fr. Praedicatorum ibidem, cf. Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 82-83, n. 63.

[4] 13 ianuarii.

[5] Id est Schahenschah, filius Zachariae, et secundum auctores armenos et georgianos princeps Ani. Post eversionem civitatis Ani an. 1239, Tartarorum exercitui inservivit, Rockhill, *The Journey*, 271, n. 1; Altunian, *Die Mongolen*, 35.

[6] Hic usus adhuc existit, sed sabbato in sero tantum fit, ibid., 272, n. 1.

Digitized by Google

ad vos utrum velletis eum retinere; ita enim egre fert dominium Tartarorum quod quamvis habeat copiam omnium rerum, tamen mallet peregrinari in [a] terra aliena quam sustinere dominium eorum.[1] Insuper dicebant se esse filios romane Ecclesie, et si dominus Papa mitteret eis aliquod auxilium, ipsi subiugarent omnes adiacentes naciones [b] Ecclesie.

8. De terra [c] illius ad xv dies intravimus terram Soldani Turkie dominica in quadragesima,[2] et primum castrum quod invenimus vocatur Marsengen.[3] Omnes in burgo erant christiani: Hermeni, Gurgini [d] et Greci. Solum dominium habent sarraceni. Ibi dixit castellanus quod receperat mandatum quod nulli Franco vel nunciis regis Hermenie vel Vastacii darent cibaria; unde ab illo loco in quo fuimus dominica in quadragesima usque in [e] Ciprum, quo intravi octo diebus ante festum beati [f] Iohannis Baptiste,[4] oportuit nos emere cibaria nostra. Ille qui ducebat me faciebat michi habere equos, denarios recipiebat pro cibariis et ponebat in bursa sua; quando veniebat in campo alicubi, videns gregem, rapiebat arietem [g] vi et dabat familie sue comedere, et mirabatur quia nolebam [h] de rapina illa comedere.

9. In purificatione [5] fui in quadam civitate, nomine Aini, [6] ipsius Sahensa, cuius situs est fortissimus; et sunt in ea mille

[a] D om. *in*. — [b] C om. *naciones*. — [c] D *villa*. — [d] C om. *Gurgini*. — [e] D *ad*. — [f] D *sancti*. — [g] C *arieptem*. — [h] D *quod nollem*.

[1] Hic ab Avak Sarkis principatum recepit, sed Tartari eumdem rapuerunt et viduae Avak nempe Vartoish-Kontsa dederunt. Zacharias, sub Tartarorum dominio, Georgianis praefuit et an. 1258 Bagdad cum eis cepit. Paulo post circa 1260 perduellionis reus occisus est, et corpus eius canibus est proiectum. Pater vero eius Schahenschah prae dolore mortuus est, Dulaurier, *Histoire des Mongols*, 456; 488; 502; Rockhill, *The Journey*, 272, n. 2.

[2] 14 februarii; Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 251, dicit 7 februarii; Rockhill vero vertit: «on the (second) Sunday of quadragesima (15th February) ibid., 272-73. Illa dominica esset 21 februarii. Beazley etiam erronee dicit 15 februarii, *The Dawn of modern Geography*, 373.

[3] Inter Kars et Erzerum, seu hodierna Medshingert, Rockhill, *The Journey*, 273, n. 1; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 373.

[4] 16 iunii. [5] 2 februarii.

[6] Ani, civitas ad confluentes Arpatchai et Magazbert sita; an. 1319 terrae motu destructa est, Rockhill, *The Journey*, 273-74, n. 2; Hallberg, 11.

Digitized by Google

ecclesie Armenorum et due synagoge sarracenorum.[1] Tartari ponunt in ea ballivum.

10. Ibi invenerunt me quinque fratres Predicatores, quorum quatuor veniebant de provincia Francie et quintus iunxerat se eis in Siria,[2] et non habebant nisi unum[a] garcionem infirmum qui sciebat turkum et parum de gallico, et habebant litteras domini Pape ad Sartach et ad Manguchan et ad Buri,[3] quales vos dedistis michi deprecatorias, quod permitterent eos stare in terra sua et predicare verbum Dei, etc.[4] Cum autem narrassem eis que ego videram et qualiter remitte- [396] bant me ipsi, direxerunt iter suum Tefilis,[b] ubi sunt fratres eorum, habituri consilium quid essent facturi.[5] Bene dixi eis quod per litteras illas transirent si vellent, sed bene providerent sibi de tollerancia laboris et de racione reddenda adventus sui, quia ex quo non habebant aliam legationem nisi predicationis officium[c] parum curarent de eis et maxime cum non haberent interpretem. Quid ipsi postea fecerint, ego nescio.

11. Venimus autem secunda dominica in quadragesima[6] ad capud Araxis, et transacto vertice montis, venimus ad Eufratem, iuxta quem descendimus octo diebus semper tendentes in occidentem usque ad quoddam castrum quod dicitur Camath.[7]

---

[a] D om. *unum*. — [b] C *Cefelis*. — [c] D om. *officium*.

---

[1] Cf. Altunian, *Die Mongolen*, 35-36, n. 12; Ballivus idem vult ac gubernator, cf. Ducange, *Glossarium* sub *baiulus*.

[2] Cf. Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 139-40.

[3] Buri iam an. 1252 a Batu interfectus est, cf. supra, cap. XXIII, n. 2. Inde forsan loco Buri, legendum est Batu, Rockhill, *The Journey*, 273-74, n. 2.

[4] Haec missio a Summo Pontifice litteras accepit, cf. Berger, *Les Registres d'Innocent IV*, III, 8315; Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, II, 492-94. Fratres vero verisimiliter, ob falsa a pseudo-legato Iohanne sacerdote armeno dicta circa conversionem Sartach et Tartarorum, missi sunt, cf. Muratori, *Rer. Ital. Scriptores* III, 1, 592, c. 39; Batton, *Wilhelm von Rubruk*, 20; Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 138-39.

[5] Altaner, *Die Dominikanermissionen*, 68.

[6] 21 februarii.

[7] Hodierna Kemakh seu Gemash, Schmidt, *Ueber Rubruks Reise*, 251; Rockhill, *The Journey*, 275, n. 1; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, II, 373; Hallberg, 100-101.

Digitized by Google

Ibi flectitur Eufrates ad meridiem versus Halapiam.[1] Nos autem transeuntes flumen tendebamus per altissima montana et per maximas nives in occidentem. Ibi fuit tantus terre motus in illo anno quod in una civitate, que dicitur Arsengen,[2] fuerunt perdite x milia personarum notarum ex nomine, exceptis pauperibus, quorum non erat notitia. Tribus diebus equitantes vidimus hyatum [a] terre, prout fissa fuerat [b] in motu, et aggeres terre qui defluxerant de montibus et impleverant valles; unde si parum plus terra mota fuisset, ad litteram fuisset impletum quod dicit Ysaias: *Omnis vallis* implebitur *et omnis mons et collis humiliabitur.*[3]

12. Transivimus per vallem in qua [c] victus fuit Soldanus Turkie a Tartaris.[4] Scribere qualiter fuit victus nimis esset longum; sed dicebat quidam famulus ductoris mei, qui fuerat cum Tartaris,[d] quod non erant Tartari ultra x milia per totum;[5] et quidam Gurginus servus Soldani dicebat quod cum Soldano [e] erant ducenta milia, omnes in equis. In illa planicie in qua fuit illud bellum, immo illa fuga, eruperat [f] quidam magnus lacus in terre motu; et dicebat michi cor meum quod tota [g] illa apperuerat [h] *os suum*[6] ad recipiendum adhuc sanguinem sarracenorum.

13. In Sebaste[7] minoris Hermenie fuimus [i] in maiori ebdomada.[8] Ibi visitavimus sepulturam quadraginta martirum.[9] Ibi est ecclesia sancti Blasii,[10] sed non potui illuc ire, quia erat sur-

[a] C *lacum.* — [b] C repetit *fuerat.* — [c] D *quo.* — [d] C add. *scribere qualiter fuit.* — [e] C om. *cum,* hab. *Soldani.* — [f] C *eriperat.* — [g] C om. *tota.* — [h] D *apparuerat.* — [i] C *venimus.*

[1] Vulgo Aleppo.

[2] Arzenga seu Erzinghian.

[3] Is., XL, 4: *Omnis vallis exaltabitur et ....*

[4] Anno 1243 Soldanus devictus fuit a Batchu, Altunian, *Die Mongolen,* 39.

[5] Alii vero auctores de 30.000 Tartaris loquuntur, cf. Rockhill, *The Journey,* 276, n. 1.

[6] Cf. Num., XXVI, 10: *Et aperiens terra os suum.*

[7] Sivas.

[8] 21-27 martii.

[9] Cf. *Act. Sanct.,* II, 10 martii, 12-29.

[10] Festum ibidem celebratur 3 februarii, *Act. Sanct.,* 1 febr., I, 334.

Digitized by Google

sum in castro. In octavis pasche [1] venimus Cesaream [a] Capadocie, in qua est ecclesia sancti Basilii [b] Magni.[2]

14. Post hoc ad xv dies venimus Yconium,[3] parvas dietas faciendo et quiescendo in multis locis, quia non poteramus habere equos ita cito. Et [c] ductor meus faciebat hoc ex [d] industria, sumendo in qualibet villa procurationem suam tribus diebus; super quo maxime affligebar, sed non audebam loqui, quia potuisset me et famulos [e] nostros vendere vel interficere; non esset qui contradiceret. [f]

15. Yconii inveni plures Francos et quemdam mercatorem Ianuensem de Acon, Nicholaum nomine de Sancto Siro, [g] qui cum quodam socio suo veneto,[h] nomine Bonefacio [i] de Molendino, asportaverunt totum aluinum de Turquia, ita quod Soldanus nemini [j] potest aliquid vendere nisi ipsis duobus; et ipsi reddiderunt illud ita carum quod illud quod solebat vendi xv bisanciis venditur modo quinquaginta.[4]

16. Ductor meus presentavit me Soldano. Soldanus dixit quod libenter faceret me deduci usque ad mare Hermenie sive Silicie.[k] Tunc predictus mercator, sciens quod sarraceni parum curarent de me et quia ego [397] eram gravatus supra modum de societate ducis mei, qui cotidie molestabat me ut darem ei munera, fecit me deduci usque ad Curtum,[5] portum regis Hermenie. Illuc veni pridie ante ascensionem, [6] et steti usque in crastinum [l] pentecostes.[7]

17. Tunc audivi quod nuncii venerunt a Rege ad patrem suum.[8] Deposui res nostras in navi ut deferrentur in Acon. Ego

---

[a] C *Cesariam.* — [b] C *Blasii.* — [c] D *Etiam.* — [d] D om. *ex.* — [e] C *multos.* — [f] C *contrarium diceret.* [g] D *Syrio*; C *qui eum.* — [h] C *venico.* — [i] C *Benefacio.* — [j] D *non.* — [k] D *Etilie.* — [l] C *crastino.*

---

[1] 4 aprilis.

[2] *Act. Sanct.*, iunii III, 295-409. [3] Koniek.

[4] Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, I, 302.

[5] Curca aut Gorycus ad orientem fluminis Göksu in littore Ciliciae sita, Rockhill, *The Journey*, 277, n. 4.

[6] 5 maii. [7] 17 maii.

[8] Quando Haiton an. 1254 ad Chanum Mangu iter arripuit, Armeniae gubernium patri suo Constantino et filiis suis Ludovico et Theodoro reliquit, Rockhill, *The Journey*, 278, n. 1.

Digitized by Google

autem expeditus ivi ad patrem Regis, sciturus utrum aliqua nova audisset de filio suo; et inveni eum Asii[a] [1] cum omnibus filiis suis, uno excepto qui dicitur Barunusin,[2] qui faciebat fieri quoddam castrum.[b] Et receperat nuncios a filio suo[c] quod revertabatur, et quod Manguchan multum alleviaverat[d] ei tributum, et quod dederat ei privilegium quod nullus nuncius ingrederetur terram suam.[3] Super quo ipse senex cum omnibus filiis et cum omni populo faciebant magnum festum.

18. Ipse autem fecit me deduci usque ad mare ad portum qui dicitur Aiiax,[e] [4] et inde transivi in Ciprum. Et Nicosie inveni ministrum nostrum, qui eodem die duxit me secum versus Antiochiam, [5] qui[f] multum est in debili statu. Ibi fuimus in festo Apostolorum Petri et Pauli.[6] Inde venimus Tripolim, [7] ubi fuit capitulum nostrum in assumpcione beate Virginis.[8]

[Epilogus].

1. Et diffinivit Minister quod legerem Acon,[9] non permittens me venire ad vos, precipiens ut scriberem vobis ea que vellem per latorem presentium. Ego autem non audens reniti contra obedientiam, feci prout potui et scivi, postulans veniam a vestra

---

[a] D *Assisii.* — [b] D *castellum.* — [c] D om. *suo.* — [d] C *alienaverat.* [e] C hab. *usque ad portum;* D *Attax.* — [f] D *que.*

---

[1] Sis, metropolis minoris Armeniae.

[2] Baron Oschin, Rockhill, *The Journey*, 278, n. 3.

[3] Magnum privilegium reputabatur, ob maximas illarum missionum expensas; Vincentius Bellovacensis, *Speculum Histor.* lib. XXX, cap. XXVIII, dicit pro duobus annis expensas fuisse 600.000 iperpera seu circa 7.500.000 libellas aureas.

[4] Lajazzo, cf. Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin*, 13.

[5] Ibi fratrum Minorum conventus inveniebatur, Golubovich, *Biblioteca*, I, 65-70; Cyprus provinciae Terrae Sanctae erat, ibid., II, 261; 64.

[6] 29 iunii.

[7] Hoc tempore Fr. Minores ibi conventum iam fundaverant, Golubovich, *Biblioteca*, I, 189.

[8] 15 augusti.

[9] Ibi conventus erat Fr. Minorum, Golubovich, *Biblioteca*, I, 149-50.

Digitized by Google

invicta mansuetudine et [a] de superfluis vel diminutis vel minus prudenter immo stulte dictis, utpote ab homine parum prudente nec consueto tam longas hystorias dictare. *Pax Dei, que exuperat omnem sensum custodiat* cor vestrum et intelligenciam vestram ! [1] Libenter viderem vos et quosdam amicos spirituales quos habeo in regno vestro ; unde si non esset contrarium vestre maiestati, vellem supplicare vobis quatinus scriberetis Ministro ut dimitteret me venire ad vos, ad Terram Sanctam in brevi [b] reversurum.

2. De Turkia noveritis quod decimus homo in ea [c] non est sarracenus ; immo omnes sunt Hermeni et Greci, et pueri dominantur.[d] Soldanus enim qui fuit victus a Tartaris, habuit legitimam uxorem hyberam,[e] ex qua [f] habuit unum filium debilitatum, de quo precepit quod Soldanus esset ; alium habuit de concubina greca, quam dedit cuidam potenti [g] amiraldo ; tertium habuit de turka,[2] cum quo [h] multi Turci et Turkemanni conglobati voluerunt interficere filios christianorum.

3. Ordinaverunt etiam, ut intellexi, ut [i] habita victoria destruerent omnes ecclesias et interficerent quotquot nollent fieri sarraceni ; sed victus fuit et multi interfecti de suis hominibus.[j] Secunda vice resarcivit excercitum, et tunc captus fuit et adhuc tenetur in vinculis.[3] Pacaster, [k] filius Grece, procuravit de filiastro suo quod Soldanus sit, quia alius debilis erat, quem miserunt ad Tartaros ; super quo indignati sunt consanguinei eius ex parte matris, Hyberi scilicet et [l] Gurgini ; unde puer domina-

---

[a] D om. *et.* — [b] C *breviter.* — [c] D om. *in ea.* — [d] D add. *eius.* — [e] D *heberam.* — [f] C *quo.* — [g] C om. *cuidam potenti.* — [h] D loco *cum quo* hab. *cui.* — [i] D *quod.* — [j] D om. *hominibus.* — [k] D *Pacast.* — [l] D om. *et.*

---

[1] Cf. Philip., IV, 7: *Pax Dei quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras.*

[2] Auctores circa filios Sultani Turchiae Ghijats-Eddin Caichosru sententias diversas proferunt. Haec vero constant : Alla-Eddin, filius uxoris legitimae, nempe filiae Rusudan Georgiae Reginae, an. 1254 in itinere ad Mangu mortuus est ; Azz-Eddin fugavit Rokn-Eddin ex regno et pro brevi spatio ipse solus regnavit, Rockhill, *The Journey*, 280, n. 1.

[3] Rokn-Eddin, cf. notam praecedentem.

Digitized by Google

tur in Turkia nullum habens thesaurum, paucos bellatores, multos inimicos. Filius Vastacii debilis est [1] et bellum habet cum filio Assani, qui similiter est garcio [2] et attritus servitute Tartarorum.

4. Unde si exercitus Ecclesie deberet venire ad Terram Sanctam, fa- [398] cillimum esset omnes istas terras vel subiugare vel pertransire. [a] Rex Hungarie [3] ad plus non habet ultra XXX milia bellatorum. A Colonia usque ad Constantinopolim non sunt nisi XL diete cum biga. De Constantinopoli non sunt tot diete usque in terram Regis Armenie.[b] [4] Antiquitus transiverunt per istas regiones viri fortes, et prosperati sunt; habuerunt tamen fortissimos [c] resistentes, quos Deus modo delevit de terra. Nec oportuit eos [d] esse in periculo maris nec in misericordia garcionum marinariorum, et precium quod opportuisset [e] dedisse pro naulo sufficiebat pro expensis eundo per terram. Fidenter dico si vellent vestri [f] rustici, non dicam Reges et milites, ire sicut vadunt Reges Tartarorum et talibus esse cibariis contenti, possent acquirere totum mundum.

5. Quod amplius vadat [g] aliquis frater [h] ad Tartaros, sicut ego ivi vel sicut vadunt fratres Predicatores, [5] non videtur michi expedire; sed si dominus Papa, qui est capud omnium christianorum, vellet mittere honorifice unum Episcopum, et respondere stulticiis eorum, quas ipsi [i] ter scripserunt Francis, — semel Pape Innocentio quarto bone memorie,[6] et bis vobis: semel per David qui vos decepit, [7] et nunc per me [8] — ille

[a] C *transire.* — [b] D *Hermenie.* — [c] D om. *fortissimos.* — [d] D expunxit et correxit in *nos.* — [e] D *oportuit.* — [f] C *nostri.* — [g] C *vadet.* — [h] C *fratrum.* — [i] D add. *iam.*

[1] Theodorus Lascaris II, tunc temporis 34 annos natus, an. 1258 aut 1259 mortuus est, cf. Rockhill, *The Journey*, 281, n. 2.

[2] Michael, Rex Bulgariae.

[3] Bela IV.

[4] Haiton I.

[5] Cf. supra, cap. XXXVIII, n. 10.

[6] Epistola quam Iohannes de Plano Carpini a Kuyuk Chano recepit, cf. supra post relationem Fr. Benedicti Poloni.

[7] Cf. supra, cap. XV, n. 3; cap. XXXVI, n. 9.

[8] Cf. supra, cap. XXXVI, nn. 7-13.

Digitized by Google

posset illis dicere quecumque vellet et eciam facere quod ipsi redigerent in scriptis. Audiunt enim quecumque nuncius vult dicere et semper querunt si vult dicere plura,[1] sed oporteret quod haberet [a] bonum interpretem, immo plures interpretes et copiosas expensas. [b]

[a] C *haberent.* — [b] D add. *etc.*

[1] Ibid., cap. XXXIV, n. 4.

Digitized by Google

IV.

Fr. IOHANNES DE MONTE CORVINO

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Biographia.

Postquam longius de Iohanne de Monte Corvino egi in introductione,[1] ubi de missionis catholicae in Sinis principiis sermo fuit, paucae notitiae biographicae hic addendae sunt.

Iohannis de Monte Corvino opera missionaria apud magnas collectiones historicas Ordinis medii aevi, ut sunt *Chronica XXIV Generalium*[2] et *Conformitates*[3] penitus ignoratur, ne nomen quidem eius memoratur. Quare Waddingi opus maxime est laudandum. Hic enim postquam chronica Fr. Elemosinae detexit et cum Summorum Pontificum epistolario contulit, primas Iohannis de Monte Corvino notitias biographicas subministravit.[4]

Fr. Iohannes in quodam pago, Monte Corvino nomine, in Italia meridionali an. 1247 natus est.[5] De pueritia et adolescentia eius parum admodum scitur; Fr. Marignolli de eo refert quod ante ingressum in Ordine franciscano — quo anno ignoratur — miles, iudex et doctor Frederici Imperatoris fuit.[6] Postquam studiis philosophico-theologicis in conventu incubuit, lectoris et

---

[1] Cf. supra, necnon A. Van den Wyngaert, *Jean de Mont Corvin, O. F. M., premier Evêque de Khanbaliq (Pe-King) 1247-1328.*

[2] *Anal. Franc.*, III, 1-575.

[3] *De Conformitate vitae beati Francisci ad vitam Domini Iesu auctore Fr. Bartholomaeo de Pisa*, ap. *Anal. Franc.*, IV-V.

[4] *Annales Ord. Minorum*, ad an. 1289, nn. 3-13; ad an. 1305, nn. 13-14; ad an. 1307, n. 6.

[5] In epistola secunda an. 1305, scribit: *sum annorum 58.*

[6] Cf. infra, ap. relationem Fr. Marignolli, cap. *De creatione*, n. 3.

Digitized by Google

praedicatoris munere apud iuventutem seraphicam functus est.[1] De hac vitae eius periodo dicit chronista laudatus: Fuit « frater Minor doctissimus et scientissimus ».[2] Fr. Elemosina quaedam de vita austera Fr. Iohannis addit dicens: « B. Francisci devotus imitator, in se ipso rigidus et severus ».[3] Quibus verbis Fr. Iohannem illorum fratrum qui Spirituales tunc dicebantur sequacem fuisse patet, necnon vitam austeram duxisse, quod de cetero a Fr. Peregrino in Sinis Episcopo confirmatur.[4]

Prima vice Iohannes de Monte Corvino ad Armeniae et Persiae missiones sub generalatu Fr. Bonagratiae (1279-1283) profectus est ;[5] sed anno 1289 ab Haitone II Armeniae Rege ut Legatus apud Summum Pontificem reversus est.[6] Nicolaus IV litteras responsivas ad Haitonem Iohanni asportandas commisit, cui etiam demandavit, perferendas epistolas Patriarchis Antiochiae et Georgiae, Regibus et principibus Armeniae, Persiae, Georgiae, Turkestan, Aethiopiae, et Sinarum: Ad illos usque ad extremum orientem Iohannes iter missionariis praeparavit.[7]

---

[1] Fr. Elemosina, cf. A. C. Moule, *Documents relating to the Missions of the Minor Friars to China in the Thirteenth and Fourteenth Centuries*, ap. *Journal of the Royal Asiatic Society*, 545 ; Golubovich, *Biblioteca*, III, 86 : *In verbo Dei docendo et praedicando.*

[2] Cf. n. 6, ibid.

[3] Cf. n. 7, ibid.

[4] Cf. infra, epistolam Fr. Peregrini, n. 2.

[5] H. Holzapfel, *Manuale Historiae Ordinis Fratrum Minorum*, 189 (*Geschichte*, 213), an. 1271 et H. Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 411, an. 1272 dicunt Fr. Iohannem a Michaele Graecorum Imperatore apud Summum Pontificem missum fuisse unionis ecclesiarum gratia ; hoc ex confusione cum alio fratre Iohannis nomine provenit ; sic etiam scripserunt i. a. Wadding, *Annales Minorum* ad an. 1272, n. 3 ; De Gubernatis, *Orbis Seraphicus, De Missionibus*, I, 278 ; Panfilo de Magliano, *Storia compendiosa de S. Francesco*, II, 74. P. Voelling, *Johannes de Monte Corvino*, ap. *Ostasiatische Lloyd*, 285, dicit Iohannem recessisse post capitulum 1279. Golubovich e contra, argumentis deficientibus, eum recessisse dicit sub generalatu Bonagratiae, *Biblioteca*, I, 301-302.

[6] Golubovich, *Biblioteca*, I, 330.

[7] Pro his et itinere Iohannis, cf. *Jean de Mont Corvin*, 12-26. Hoc opusculum sic laudatum semper scriptum respicit ab A. Van den Wyngaert exaratum.

Digitized by Google

Paucis verbis illud iter de quo alibi longius sermo fuit indicare lubet. Reatum, ubi curia pontificia eo tempore remansit, relinquens Venetiis aut Anconae altum petiit et Antiochiam appulit; deinde Lajazzo adiit et Sis, Armeniae sedem regalem; postea iter reassumens usque Taurisium, ubi sedes Regis Persarum erat, mercatorum viam sequitur per Geben, Goksum, Sebasten, Erzenga, Karahlissa, Bayazid, Choï, Marand et Sofian. Taurisio aliquo tempore remansit et ministerio apostolico operam dedit. Anno 1291 hanc civitatem reliquit cum duobus sociis nempe Nicolao de Pistoia O. P. et Lucalongo mercatore, et per Sultanyeh, Yezd petiit Ormuz ubi navim conscendit usque Quilonem, ubi Iohannes circa centum baptismata administravit; deinde Coromandel adit, ubi ecclesia S. Thomae, in qua secundum traditionem corpus huius Apostoli conservabatur, visitavit atque itineris sui socium Nicolaum, qui interea diem supremum clauserat, sepelivit. Inde per viam maris, usquedum ignotam, in quemdam Sinarum portum appulit et curiam magni Chani petiit.

Conversioni infidelium et schismaticorum totis viribus adlaboravit, necnon 40 puerorum educationi operam dedit. Anno 1307 plures confratres Khanbaliq mittuntur, inter quos 7 Episcopi qui Iohannem in Episcopum consecrent. Plures ecclesias in hac civitate Iohannes construxit. Demum annos natus 81 animam Deo reddidit et honorifice Khanbaliq sepultus est.[1]

Codicographia.

Iohannes de Monte Corvino tres epistolas usquedum notas scripsit. Prima circa 1292-1293 in India exarata fuit, cuius authenticitas a Petro Aponensi attestatur;[2] saec. XIV a Me-

[1] Cf. ibid., 26-45.

[2] Petrus Aponensis an. 1250 natus, inter illustres sui temporis viros emicuit. Plura scripsit et magiae crimine accusatus est. In testamento an. 1315 scripto se fidem catholicam romanam confiteri attestatur; post mortem tamen eius cineres comburuntur. Cf. Tiraboschi, *Storia della Letteratura Italiana*, 1789, t. V, p. I, 194-204; M. Chevalier, *Répertoire des sources historiques du Moyen Age, Bio-Bibliographie*, 3668;

Digitized by Google

nentillo italice vertitur. Ista translatio tantum cognoscitur et in Bibl. Laurentiana Plut. LXXVII, cod. 74, Florentiae servatur. Epistola edita fuit a Kunstmann, ap. *Münchener Gelehrte Anzeigen*, 1855, nn. 21-2 ; Marcell. da Civezza, ap. *Storia univ. delle Missioni Francescane*, t. VI, 309-14 ; G. Golubovich, *Biblioteca*, I, 306-9. Yule-Cordier anglice eam vertit, ap. *Cathay*, III, 58-67.

Duae ultimae an. 1305 et 1306 exaratae, inveniuntur in MSS. sequentibus, Parisiis, Bibl. Nat. 5006 (= P) ; Romae, Bibl. Vat. Chigi I, VII, 262 (= Ch); Romae, Bibl. Corsini, 776 (39. G. 2).

Editae sunt a Waddingo (= W) ap. *Ann. Minorum* ad an. 1305, nn. 13-14, et ad an. 1307, n. 6 ; [1] Golubovich, *Biblioteca*, III, 87-93 secundum P cum lectionibus variantibus W ; A. C. Moule ap. *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1914, 551-57 secundum P ; ibid., 1921, 84-94 secundum Ch cum lectionibus variantibus apud P et W ; A. Van den Wyngaert, *Jean de Mont*

---

pro operibus cf. Hain, *Repertorium* (1826), I, 1-18 ; Copinger, *Supplementum*, I, 2-18 ; II, 1 p., 1-2 ; 2 p., 4-11.

In biographia gallica Iohannis de Monte Corvino authenticitatem huius epistolae ob argumenta interna negavi, cf. 19, n. 5. Interea Rev. A. C. Moule attestationem Petri Aponensis mihi significavit, pro quo et aliis hic publice ei gratias refero. Dicta Petri cum epistola collata, dubia circa authenticitatem evanuerunt, sicut et circa auctorem, cum ille a Petro Aponensi dicitur : Fr. Iohannes Cordelarius — quod idem ac Iohannes frater Minor vult.

Ecce nunc locus ubi de epistola Fr. Iohannis loquitur in: *Conciliator Petri Aponensis medici ac philosophi celeberrimi*, Venetiis 1521, f. 97 ra: « De his quoque istis fere diebus hec incolentibus climata transcripsit Fr. Iohannes Cordelarius ex regione Mohabar Indie, in oris in quibus corpus iacet Thome Apostoli, dicens quod in India semper est estas et non estus, quia comuniter sunt venti qui temperant calorem. Hyems non est ibi, quia sol quasi semper directe super illic habitantium transit capita parum declinando in meridie et arthon. Unde 23 die Augusti vidi oculis propriis et probavi quod radius solis ita directe super capita cadebat habitantium quod non faciebat umbram aliquam ex adverso : et similiter circa finem contingit Martii », etc.

[1] Aliae editiones exstant sed omnes e Wadding oriuntur, nempe Raynaldi, *Annales Ecclesiastici*, t. XV, 6-7 (2ª epistola) ; Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. III, p. II, 528-29, ubi 2ª epistola adest incompleta et 3ª, 530 ; Mosheim, *Historia Tartarorum Ecclesiastica*, 114-20 ; De Gubernatis, *Orbis Seraphicus. De Missionibus*, I, 373-75.

Digitized by Google

Corvin, 47-56 secundum P cum lectionibus variantibus apud Ch et W.[1]

Dependentia inter varia MSS. secundum A. C. Moule sic est : Ch et W verisimiliter a P derivant ; [2] W non est usus Ch ; [3] Codex Bibl. Corsini 776 transcriptio est Ch.[4]

Epistolae secundum P cum lectionibus variantibus apud Ch et W occurrentibus, infra sequuntur.

---

[1] Versiones anglicae secundae et tertiae epistolarum inveniuntur apud Yule-Cordier, *Cathay*, III, 45-58 ; Collins, *The Early Franciscan Missions in China*, ap. *The East and the West*, 1904, 121-42 ; A. C. Moule, *Documents*, 1914, 576-85. Versio italica apud Marcell. a Vicetia, *Storia Universale*, III, 119-129.

[2] Dependentia non est tamen huiusmodi ut Ch immediate a P derivare debeat. Ob aliorum codicum absentiam filiatio inter ipsos fieri nequit.

[3] *The Minor Friars in China*, 1921, 105-109.

[4] Golubovich, *Biblioteca*, II, 138. Auctores qui de Iohanne de Monte Corvino scripserunt, pro maiore parte iam in ista introductione laudati sunt. Adhuc numerandi sunt, Huc, *Le Christianisme en Chine*, I, 383-97 ; Rémusat, *Jean de Mont Corvin*, 193-98 ; Beazley, *The Dawn of modern Geography*, III, 161-78 ; A. Thomas, *L'Histoire de la Mission de Pékin*, 56-62.

Praeter relationes Iohannis de Plano Carpini, Guillelmi de Rubruc et Odorici, fontes pro aliis relationibus fragmentariis et pro epistolis examini non subiecimus, sicut et bibliographiam, sc. auctores de missionario agentes, laudatis relationibus exceptis, non dedimus.

Digitized by Google

EPISTOLAE FR. IOHANNIS DE MONTE CORVINO

I.

1. Allo in Christo frate Bartolomeo da santo Chonchordio suo [1] per tutte le chose frate Menentillo de Spuleto,[2] salute e sapiensia: perciò che chonoscho che voi grande chura avete innisciensia e molto sapete, e voreste tutte le chose sapere, spesialmente quelle che non sapete, e voresti avere sapimento e chognio-sciensia de tutte le chose, inperciò scrivo a voi cierte chose le quali aguale sono scritte delle parte dindia superiore per uno frate Minore, lo quale fue chonpagnio di frate Nicholaio da Pistoia lo quale moritte innindia superiore andando al Signiore de tutta lindia: lo messo viddi e parlai chollui, in delle chui braccia lo detto frate Nicholaio moritte: e chosì testifichava.

2. La chondissione dellindia chosì è chome di sotto. Si dicie innindia senpre è chaldo, e mai non ve verno e non ve chaudo soperchio, e la ragione è questa, perchè quine sono venti dogni tenpo che tenperano laria e lo chalore; la ragione perchè non vi può essere verno è questa, perchè ragione disposta sobto al sidiacho, in del modo chessi dicie di sotto, cioè che lo sole quando è in del principio della vergine, cioè a dì XXIIII daghosto, si-

---

[1] Cf. Quétif-Echard, *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, I, 623-25; Muratori, *Ital. Rerum Scriptores*, VI, 98. Fr. Bartholomaeus scripsit *Summa de casibus conscientiae* et *De Origine civitatis Pisanae*. Istud opus editum est ap. Muratori, l. c., 164-98.

[2] Fr. Menentillus in Fr. Praedicatorum annalibus non memoratur; epistolam Fr. Iohannis de Monte Corvino transmisit quam prius forsan italice reddit, Golubovich, *Biblioteca*, I, 305.

Digitized by Google

chome io cholli miei ochi viddi e estimai, fae radio perpedichulare sicchè non fae onbra dalchuna parte, e simile fae in principio dellariente chontra la fine di marzo; e poi passando lo ariete passa in verso aquilone e fae onbra di verso lo merizo in fin che va.... (*sic*) e torna a virgine: e simigliantemente passando lo segnio della virgine poi fa onbra di verso aquilone, e però non può essere tanto longhumente di sole che vi sia freddo; e perciò non vi sono due state, inperciò, sichom'è detto di sopra, non ve fredo, ne verno.

3. Della grandessa del die e della nocte, quanto potti cierchai per mizura e per meso[a] di segni: lo die est quando lo sole fae lo radio ritto sensa alchuna onbra in delli ditti due termini, lo die è XV ore e la notte VIIII; quando vero lo sole è in solstitio del chalcro, lo die ae XIIII ore u pogho menó, e la notte e X e pogho piò, cioè una quarta parte d'ora; quando vero lo sole è 'nsolstitio di chaprichorno, cioè in del mese di dicienbre, lo die ae ore XI, la note XIII, perciò ch'è lunghamento del sole alquanto magiore quando è in chaprichorno, che quando è in cha[l]cro.

4. Stella vero, la quale si dicie tramontana, è sì di pressa uvero sotto che apena si pare; per la qual chosa mi parve che se io fussi stato in luogho alto arei potuto vedere laltra tramontana, la quale è posta in chontrario; molto ghuardai di vederla, e vidi piò segni che gli andavano intorno, per li quai li chonovi, e parvemi chelli fusseno vicini veramente, perchè le fumusità vi sono chontinue chontra quelle parte sotane, per li chalori e per li venti: ella è molto al di sotto, non meno potei ciertifichare, inperciò che lindia è grande regione e forte in alchuno luogho era piò, e in alchuno meno: io ciò oservai chome io potti la region[b] tanto dellindia superiore che si dicie Maabar in della chontrada di Santo Tomeo.

5. Della chondissione della terra dindia superiore. La chondissione della soprascritta terra dindia chosì è, chella terra assai è bene avitata, e grande città vi sono; le chase ànno mizerabile, perciò che sono fabrichate di loto sabuloso, e chomunnemente choperte di fronde. Dallori monti va poghi fiumi, innalchuno

[a] MS. *esmo.* — [b] MS. *ragion.*

Digitized by Google

luogho mouti e innalchuno poghi, fonti nulla u molte poghe, possi mouti. E la ragione è, perchè chomunamente vi si trova quine aqua a due uvero III passi, e meno. Quel aqua non è bene buona da bere, perchè est alquanto molle e lassa lo ventre; e àno chomunname[n]te pescine uvero vallette quasi chome fosse, innelle quali si raunano aque piovane e quele beno; animali àno poghi; chavalli non vi si trova, se non apo li re e grandi baroni: e molte poghe mosche vi sono, pulcie nulla; e arbori che producieno frutto dogni tenpo, sichè apo loro quelli medesmi arbori e derbe si trovano frutti perfetti in messo tempore. Simiglianteinente de ogni tenpo si semina e richoglie, e questo è perchè dogni e tenpo è chaldo e non freddo. Sono quine le spesie aromatiche in buono merchato, altre più et altre meno, sechondo la diversità delle spesie: sonvì arbori che producieno sucharo, e altri che producieno mele, e altri che producieno lucore che à savore de vino, e di quello uzano e benno gli abitatori di quelle chontrade; e queste tre chose sono di piciula valuta; e èvi larbore che fa pepe, este nodoso e sottile sichome vite e molto sasimiglia alla vite, ecietto che piò sottile e trapiantasi.

6. Lo zensano è sichome channa, e sichome radicie di channa si chava e trapiantasi; le channe suoe sono alte sichome alberi, e àno ghovito uno e piò di grosessa intorno, rami sottili e spinosi e foglia minute.

7. Lalbore del bersi è albore sottile e alto e spinoso tutto sichome rubro: le foglia sono chome felcie; le nocie dindia sono grosse chome poponi: cholore ànno verde sichome chochosse: li rami e le foglie loro sono chome rami e foglie di palmo; lalbore del cinamomo è mezanamente grosso e non molto alto e in ghanbo e in buchia e in foglie è simile alorio, e molto sasimiglia alorio del quale este grande chopia al isula apresso a Maabar.

8. Delli omini da maravigliare, cioè chontrafatti da gli altri, e delli animali, e del paradizo terestro, mouto adimandai e cierchai; alchuna chosa trovar none potti. Li buoi sono apo loro animali sagrati, e perciò le loro charne non mangiano per reverensia, ma lo latte loro uzano e lo loro servigio sichome lautre giente. Piovevi in cierti tenpi. La chondissione delli avitanti dindia è chotale. Li omini di quella regione sono idolat[r]i e sensa leggie, e sensa lettera; e sensa libri: ànno alfabeto chol quale scriveno

Digitized by Google

suoi ragioni e orasioni uvero coniurasioni didoli, e non ànno charte ma scriveno in foglie dalbori, le quai sono chome foglie di palme; e non àno chonosciensia dalchuno pechato.

9. Case ànno dellidoli, in delle quali s adorano quazi innogni ora, sichè non si raunano per andare ad adorare inn alchuna ora, ma chatuno va ad adorare quando li piacie, e adorano ad ognie parte in quelli loro idoli di die et di nocte: frequentemente vi aparechiano digiuni; feste, nè alchuno die da ghuardare non àno, nè settimana, nè mese. Inn anno una volta solamente si maritano; e morendo lo marito, quella femina piò non si marita; pechato charnale alloro non si reputa pechato, nè di dirlo non si verghogniano.

10. In delle parti marine sono molti saracini, e ànovi grande forsa. Infra terra poghi christiani; e giudei và molti poghi e di pogho valore contra li christiani: e quelli ch ànno nome di christianitade molto li perseghuitano.

11. Li morti loro non sopeliscieno, ma árdenoli, e ad ardelli portano chon istrumenti e chon chanti, avegnia chelli parenti del morto innaltri luoghi grandi dolori e ranchori menano sichome lautra giente.

12. Este lindia regione grande, e sonvi piò regni e piò linghue; sonvi li omini assai dimestichi e familiari e di poghe parole e quasi chome omini di ville, e sono non apostutto neri, uvero ulivigni, e mouto bene formati, chosì le femine chome li omini; vanno a piedi dischalsi e nudi, portando una tovaglia intorno alli membri verghognievoli; li garzoni e le fanciulle in fino a VIII anni nulla chosa portano, ma chosì restieno nudi, e vanno chome del ventre della madre stitteno. Barba non si radono; molte volte lo die si lavano; pane e vino non ànno; delli nostri frutti che noi uziamo, poghi u niente ànno; ma usano in cibo chotidiano riso e pogho latte, e mangiano balordamente sichome porci, cioè chon tutta la mano uvero pugnio, sensa chuchiaio; in del mangiare parano magiormente porci che omini.

13. La terra este mouto sighura: scherani u robatori rade volte si trovano: pedagi molti vi si paghano; artifici va poghi, però che larte e lartificio pogho vi vagliono e piciulo luogho vanno; spade e choltelle asai uzano sichome noi: se veramente fanno battaglia, in piciula ora se ne spacciano, avegniachè loste

Digitized by Google

sia grande; inperciò che nudi vanno alla battaglia chon sole spade e chon choltella; ae tra loro alchuni saracini soldanieri che portano archi.

14. La chondissione del mare dindia è in questo modo: che lo mare è molto abondevole di pesci e peschavisi inn alchuno luogho perle e pietre presiose; li porti vi sono molti radi e mali; ed este da sapere che questo este lo mare mezano, uvero ocheano, sie che da parte de merizo non si trova terra, se non izule: e in quello mare sono molte izule oltra dodici miglia, e molte di quelle sono abitate, e molte no: navichavisi daisse infine ad Ormesse [1] e a quelle parte le quali si dicie che siano due miglia migliaia di migliaia [2] intra scielocho e levante; de Minabar a Maabar chontra atramontana ccc migliaia; intra levante e ghrecho de Menabar a Guigimencote altre ccc migliaia; navichavisi intra ghrecho e tramontana; lo residuo non è veduto, però non ne dicho. Le piaggie del soprascritto mare sono in mare inn alchuno luogho c migliaia e piò, unde vi si teme che non ficano [a] li legni in terra; e non vi si puio navichare sennò una volta lanno; perchè, dalla intrata daprile in fine alla fine dottobre li venti sono occidentali, sichè niuno [b] potrè navichare in verso ocidente; e per [c] lo chontrario, cioè dal mese dottobre infine al marso, da mezo magio infine a la fine de luglio, sono li venti sì valorosi che le navi che in quello tenpo si trovano fuori delli porti, launque vanno, sono tenuti disperati, e se chanpano è per ventura; unde in dellanno passato peritteno piò che nave LX, e in questo anno i[n] luoghi omnino vicini VII.

15. Dellautre regioni non avemo novelle. Le loro nave sono molto fraile, distorte, sensa ferro, e sensa chalchatura, e sono chucite chon fune sichome vestimento; unde se lo filo si ronpe inn uno luogho, vaccio si ronpe; unde ogni anno si rachonciano, una volta lo meno, e piò se vole navichare. E ànno pure uno timone, fraile e sottile chome una taula di larghessa duno ghovito in meso della poppa; e quando denno girare, chon grande pena

[a] MS. *fieano.* — [b] MS. *nimo.* — [c] MS. *por.*

[1] Ormuz.
[2] Sic.

Digitized by Google

girano: e sello vento è potente non puonno girare. Vela ànno una e uno alboro e sono vele di stuoie u di mizerabile panno. Le funi sono di resti, ànchora ànno poghi, e non buoni marinai; unde molti pericholi vi chorrono, sichè si dicie che quelle nave che vanno sane e salve, Dio le ghoverna, e lumano artificio pogho vi vale.

16. Iscritta fu questa lettera in Mabar cittade della provincia di Sitia dellindia di sopra, die XX dicienbre, anno Domini MCCX.[1]

II.

1.[a] [2] Ego frater Iohannes de Monte Corvino [3] de Ordine fratrum Minorum, recessi de Thaurisio civitate Persarum [b] anno Domini M° CC° LXXXXI,[4] et intravi in Yndiam [c] et fui in contrada Yndie [5] et in [d] ecclesia S. Thome Apostoli [e] [6] mensibus XIII. Et ibi battizavi circa centum personas in diversis locis; et socius fuit vie mee frater Nicholaus de Pistorio de Ordine [f]

---

[a] Ch add. *Reverendis in Christo patribus et fratribus, etc.* — [b] Ch *Persidis.* — [c] Ch om. *et.... Yndiam.* — [d] W *ad.* — [e] Ch om. *Apostoli.* — [f] Ch *Ordinis.*

---

[1] Error manifestus in MCCX adest. Fr. Iohannes de Monte Corvino Taurisium reliquit an. 1291. Iter usque Quilon ad minus tres menses requirebat; insuper per tredecim menses in India mansit. Ergo epistola an. 1292 aut 1293 scripta fuit, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 67, n. 1; A. C. Moule, *Cathay and the Way thither*, ap. *The New China Review*, 1921, Extract., 12.

[2] Haec epistola Vicario et fratribus Custodiae Gazzariae missa erat, cf. infra, epist. 3ª in principio.

[3] Duo exstant loca in Italia meridionali, Monte Corvino nomine; quodnam ex duobus locus est ubi Iohannes natus est nescitur, Amat de S. Filippo, *Studi biografici e bibliografici*,[2] 79.

[4] Pro historia religiosa-economica, cf. *Jean de Mont Corvin*, 15-18; infra, itinerarium B. Odorici, cap. III et nn.

[5] Verisimiliter in civitatem Quilo appulit, sicut ap. *Jean de Mont Corvin* probavi, 18-20.

[6] Circa traditionem sepulturae S. Thomae, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 141-42, n. 2; infra, itinerarium B. Odorici, cap. X, n. 6.

Digitized by Google

fratrum Predicatorum, [1] qui mortuus est ibi et sepultus in eadem [a] ecclesia. Et ego ulterius procedens perveni in Kathay [b] regnum Imperatoris Tartarorum, qui dicitur magnus Cham.[2] Ipsum vero Imperatorem [c] cum litteris domini Pape ad fidem domini nostri Ihesu Christi catholicam invitavi; [d] [3] qui tamen [e] nimis inveteratus est in [f] ydolatria, [g] sed multa benefitia prestat christianis; [4] et ego sum apud eum iam est annus duodecimus.[h] [5] Nestoriani quidem [i] christianitatis [j] tytulum preferentes, sed a christiana religione plurimum deviantes, tantum invaluerunt in partibus istis quod non permiserunt [k] quempiam christianum alterius ritus habere quantu[m]libet parvum oratorium, nec aliam quam nestorianam [l] publicare doctrinam.

---

[a] Ch *predicta*. — [b] W *Katag*. — [c] W om. *Imperatorem*. — [d] Ch *ad fidem catholicam*; om. *Domini.... Christi*. — [e] Ch add. *quia*. — [f] W om. *in*. — [g] Ch add. *non potui recedere*. — [h] W *iam ante duos annos*. — [i] W *quidam*. — [j] Ch *christiani*. — [k] W *permittant*. — [l] P *nestoriani*.

---

[1] Fr. Iohannes itineris relationem incepit tantum a Taurisio et hoc modo Nicolaus itineris socius dicitur, nam ex ceteris fontibus non apparet Nicolaum Fr. Iohanni iam in Italia associatum fuisse; in epistolis pontificiis solum Fr. Minores cum Fr. Iohanne iter facere dicitur. Ex eo quod Fr. Praedicatores Taurisii commorabantur, verisimile est Fr. Nicolaum tempore legationis ibidem mansisse.

[2] Portus ubi Fr. Iohannes appulit nescitur, tamen Sinkala, Zaitun, Khanfu et Kinsay in medio aevo principaliores portus erant, Heyd-Raynaud, *Histoire du Commerce*, II, 246-48; Fr. Hirth, *Ueber des Schiffverkehr von Kinsay zu Marco Polo's Zeit*, ap. *T'oung-Pao*, 1894, 386-91. Circa annum quo Fr. Iohannes Khanbaliq pervenit disputatur, Yule-Cordier, *Cathay*, III, 5, n. 1; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 411, an. 1293 tenent; A. C. Moule e contra an. 1294, post mortem Kubilai (18 febr.), *Documents relating to the missions of the Minor Friars*, 546, n. 2.

[3] BF IV, 85-86; Wadding, ad an. 1289, n. 3.

[4] Hic Fr. Iohannes manifeste emolumentis ab Imperatore missionariis praestitis alludit, cf. G. Deveria, *Notes d'épigraphie mongole-chinoise*, ap. *Journal asiatique*, 1896, 38 ss.; P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême Orient*, 636-37. Cf. infra, epistolam Fr. Andreae de Perusia, nn. 1, 3 et chronicon Fr. Marignolli. Liber I, cap. *de Creatione*, n. 7.

[5] Computatio annorum in epistola Fr. Iohannis non accurata est, cf. *Jean de Mont Corvin*, 20, n. 5.

Digitized by Google

Ad has siquidem terras nec aliquis Apostolus, nec Apostolorum discipulus pervenit, et ideo prefati nestorini [a] per se et per alios pecunia corruptos, persecuciones michi gravissimas intulerunt, asserentes quod non essem missus a domino Papa sed essem explorator, magus [b] et dementator [c] hominum. Et facto aliquo [d] intervallo temporis, produxerunt alios falsos testes dicentes [f. 171 ra] quod alius [e] nuntius fuerat [f] missus, deferens Imperatori maximum thesaurum et quod ego illum occiderim in Yndia et abstulerim que portabat. Et duravit hec machynatio circiter quinque annis, [g] ita quod [h] sepe ad judicium fui tractus cum ignominia mortis. Tandem [i] per quorumdam [j] confessionem, Deo disponente, Imperator cognovit meam innocentiam et malitiam emulorum, et ipsos [k] cum uxoribus et liberis exilio relegavit. [l]

2. Ego vero solus [m] in hac peregrinatione fui sine confessione annis undecim, donec venit ad me frater Arnoldus Alamannus [1] de provincia Colonie,[2] nunc est annus secundus. Unam ecclesiam edificavi in civitate Cambaliech, ubi est precipua residentia Regis, quam ante sex annos complevi, ubi etiam feci campanile et ibi tres campanas posui. Battizavi etiam ibidem, ut existimo, usque hodie, circa sex millia personarum. [n] Et nisi fuissent supradicte infamationes, [o] battizassem ultra XXX milia, et sum frequenter in battizando.

3. Item emi successive XL [p] pueros, filios paganorum etatis infra [q] VII et XI annorum, qui nullam adhuc cognoscebant legem, et battizavi eos, et informavi eos licteris latinis [r] et ritu nostro, et scripsi pro eis [s] psalteria cum ymnariis XXX et duo [t] breviaria, [u] ex [v] quibus XI [w] pueri iam sciunt officium [x] nostrum.

---

[a] Ch W *nestoriani.* — [b] W *magnus explorator.* — [c] P *dementatorum.* — [d] P *aliquanto.* — [e] W *aliquis.* — [f] Ch *fuerit*; W *fuit.* — [g] W *annos.* — [h] W om. *quod*; habet *persaepe.* — [i] Ch *tamen.* — [j] W *cuiusdam.* — [k] W *quos.* — [l] P Ch *religavit.* — [m] Ch om. *ego.... solus.* — [n] Ch *personas.* — [o] W *informationes.* — [p] W CL. — [q] Ch *circa.* — [r] W add. *et graecis*; om. *et.* — [s] Ch *scribens eis.* — [t] Ch om. *et duo.* — [u] Ch add. *scripsi.* — [v] P W *cum.* — [w] Ch *XII.* — [x] Ch add. *totum.*

---

[1] Cf. supra, introductionem.

[2] Pro historia huius Provinciae, cf. P. Schlager, *Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz im Mittelalter.*

Digitized by Google

Et tenent chorum et ebdomadas sicut in conventu,[a] sive sim presens sive non. Et plures ex eis scribunt psalteria et alia opportuna. Et dominus Imperator delectatur multum[b] in cantu eorum. Campanas ad omnes horas pulso et cum conventu *infantium et lactentium*[c] [1] divinum[d] officium facio. Tamen[e] secundum usum[f] cantamus, quia notatum officium non habemus.

4. De bono[g] Rege Georgio.[h] [2] Quidam Rex illius regionis[i] de septa nestorianorum christianorum, qui erat[j] de genere illius[k] magni Regis qui dictus fuit Presbiter Iohannes de Yndia,[l] [3] primo anno quo huc ego[m] veni michi adhesid et ad veritatem vere fidei catholice per me conversus, minores ordines suscepit, michique celebranti sacris[n] vestibus indutus ministravit, ita quod[o] alii nestoriani ipsum de apostasia[p] accusaverunt. Tamen ipse magnam populi sui partem ad veram fidem catholicam adduxit,[q] et ecclesiam pulchram secundum regiam magnificentiam construxit ad honorem Dei nostri, Sancte Trinitatis[r] et domini Pape et nomine meo[s] vocans eam[t] ecclesiam romanam.[4] Qui Rex Georgius[u] ante VI annos migravit ad Dominum[5] verus christianus,[v] relicto filio herede in[w] cunabulis, qui nunc est annorum novem. Fratres tamen ipsius Regis Georgii[x] cum essent perfidi in erroribus Nestorii,[y] omnes quos ille[z] converterat,

---

[a] W *conventibus*. — [b] Ch om. *multum*. — [c] Ch *quasi*. — [d] Ch om. *divinum*. — [e] W *et*. — [f] Ch *consuetudinem*. — [g] Ch *magno*. — [h] Ch add. *christiano* ; W om. *De.... Georgio*. — [i] W add. *Georgius*. — [j] Ch *nestoriane secte nomine Georgius de genere*. — [k] W *illustri*. — [l] Ch om. *de Yndia*. — [m] Ch om. *ego*. — [n] W *regiis*. — [o] W *sed quidam*. — [p] Ch *de apostate*. — [q] Ch *adiunxit*. — [r] Ch om. *Sancte Trinitatis*. — [s] P *nomen meum* ; W om. — [t] Ch om. *eam*. — [u] Ch *nobilis Rex*. — [v] Ch om. *Dominum.... christianus*. — [w] W *ferme*. — [x] Ch om. *Georgii*. — [y] Ch om. *Nestorii*. — [z] Ch *ipse*.

---

[1] Psalm., VIII, 3, *Ex ore infantium et lactentium*.

[2] Cf. introductionem.

[3] Cf. ibid.

[4] Haec a cl. Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 378, erronee vertuntur sequenti modo : « Jean [de Mont Corvin] convertit au catholicisme Georges, qui servait la messe dans son costume officiel (?) et fit construire une église dédiée à Dieu, à la Sainte Trinité et à Notre Seigneur (?) à laquelle le Pape donna le nom d'Eglise de Rome » (?).

[5] Anno 1298.

Digitized by Google

post Regis obitum, subverterunt, ad scisma pristinum reducendo.[a] Et quia ego [fol. 171 rb] fui solus nec [b] potui recedere [c] ab Imperatore Chaam, ire non potui ad illam ecclesiam que distat ad XX dietas.[d] Tamen si [e] venerint aliqui boni coadiutores et cooperatores, [f] spero in Deo quod totum poterit reformari; nam adhuc habeo privilegium predicti Regis Georgii [g] defuncti.

5. Iterum dico quod [h] si non fuissent infamationes supradicte, magnus fructus fuisset secutus. Si habuissem etiam [i] duos vel tres socios coadiutores meos,[j] forte Imperator Chaam [k] fuisset battizatus. Rogo [l] ut tales [m] fratres veniant, si venire aliqui volunt, quod [n] studeant se in exemplum dare et non suas fimbrias magnificare.[1]

6. De via notifico quod per terram Cothay [o] Imperatoris aquilonarium Tartarorum est via brevior et securior, [p] ita quod cum nunciis infra [q] V vel VI menses poterunt pervenire; via autem alia est longissima et periculosissima, habens duas navigationes quarum prima est secundum distantiam inter Achon et provinciam Provincie, alia vero est secundum distantiam inter Achon et Angliam,[2] et posset contingere quod in biennio vix perficerent [r] viam illam. Quia prima via secura [s] non fuit a multo tempore propter guerras, ideo sunt XII anni quod de Curia romana et de nostro Ordine et statu occidentis non suscepi nova. [t]

7. Iam sunt duo anni, quod venit quidam medicus cyrurgicus Lombardus [u] qui de [v] romana Curia et nostro Ordine et

---

[a] Ch om. *ad.... reducendo.* — [b] Ca *non.* — [c] Ch add. *a prima ecclesia et.* — [d] Ch *Et ad illam ecclesiam que distat per XXX dietas non potui accedere.* — [e] Ch *huc*; om. *aliqui.* — [f] Ch om. *et cooperatores.* — [g] Ch om. *Georgii.* — [h] P om. *quod.* — [i] Ch om. *etiam*; W *autem.* — [j] P Ch add. *et.* — [k] Ch om. *Chaam.* — [l] W add. *ergo.* — [m] Ch om. *Rogo.... tales.* — [n] W *qui.* — [o] Ch add. *Chanis*; W hab. *Gothorum.* — [p] P *securiorum.* — [q] W *intra.* — [r] W *perficiet.* — [s] W *facta.* — [t] Ch loco *ordine.... nova* hab. *religione rumores et nova non recepi.* — [u] Ca om. *Lombardus.* — [v] Ch add. *tota.*

---

[1] Mat., XXIII, 5, *magnificant fimbrias.*

[2] Distantiae a Fr. Iohanne datae respondent itineribus Ormuz-Malabar; Malabar (aut S. Thomas) - Sinae, Yule-Cordier, *Cathay*, III, 49, n. 3.

Digitized by Google

statu occidentis [a] istas partes incredibilibus blasphemiis infecit. Propter quod multum desidero percipere veritatem.

8. Rogo fratres ad quos hec littera pervenerit, [b] ut ita studeant quod eius continentia possid pervenire ad notitiam domini Pape et Cardinalium et Procuratoris [c] Ordinis nostri in Curia romana. Ministro generali Ordinis nostri supplico pro antiphonario et legendis [d] sanctorum, graduali et psalterio cum nota pro exemplari,[1] quia non habeo nisi breviarium portatile cum lectionibus brevibus et parvum missale. Si habuero exemplar, [e] pueri predicti scribent.

9. Modo sum in actu edificandi aliam ecclesiam ad dividendum pueros in pluribus locis. Ego iam senui et canus factus sum potius laboribus et tribulationibus quam etate, sum [f] enim annorum quinquaginta octo. Didici competenter linguam et licteram tartaricham,[g] que lingua usualis Tartarorum est,[h] [2] et iam transtuli in lingua illa et lictera totum novum Testamentum et psalterium, que feci scribi in pulcerrima lictera eorum. Et teneo et lego et predico [i] in patenti et [j] manifesto [k] testimonium legis Christi. Et tractavi cum supradicto Rege Georgio, si vixisset, totum officium latinum transferre ut per totam terram cantaretur in dominio suo. Et eo vivente in ecclesia sua celebrabatur missa [l] secundum ritum latinum [fol. 171 va] in lictera et lingua illa,[m] tam verba canonis quam prefationis. Et filius dicti Regis [n] vocatur Iohannes propter nomen meum, et [o] spero in Deo [p] quod ipse [q] imitabitur vestigia patris sui. Secundum vero [r] audita et visa, credo quod nullus Rex aut [s] princeps in mundo possid

---

[a] Ch add. *populi christiani.* — [b] W *perveniet.* — [c] W *Procuratorum.* — [d] W *legenda.* — [e] Ch W *exemplaria.* — [f] Ch *sunt.* — [g] Ch *Tartarorum.* — [h] P om. *est.* — [i] W loco *teneo* hab. *scribo*; Ch om. *et predico.* — [j] W add. *in.* — [k] P Ch add. *quasi in.* — [l] W *celebrabam missam.* — [m] W add. *legens.* — [n] Ch add. *Georgii.* — [o] Ch *de quo.* — [p] Ch *Domino.* — [q] Ch *adhuc.* — [r] Ch om. *vero.* — [s] W *nec.*

---

[1] Pro notitia «exemplar», cf. J.-A. Destrez, *La «Pecia» dans les Manuscrits du Moyen Age*, 183-84.

[2] Circa linguam hanc et litteras quibus utebantur, cf. *Jean de Mont Corvin*, 30, n. 2.

Digitized by Google

equari domino Chaam in latitudine terre, in [a] multitudine populi et magnitudine divitiarum. Finis.

Data in civitate Cambaliech regni Kathay, [b] anno Domini M° CCC° V°, die VIII mensis ianuarii.

III.

Reverendo in Christo patri [c] fratri fratri [d] Vicario generalis Ministri [e] Ordinis fratrum Minorum, et Vicario fratrum et [f] Magistri [g] Ordinis Predicatorum, et fratribus [h] Ordinis [i] utriusque in provincia Persarum manentibus, frater Iohannes de Monte Corvino de Ordine fratrum [j] Minorum, inutilis Christi servus, predicator fidei sacre christiane, [k] legatus et nuntius Sedis Apostolice romane, [l] salutem et caritatem in eo qui est vera caritas et salus omnium.

1. Ordo exigit caritatis [m] ut longe lateque distantes et maxime qui peregrinantur pro lege Christi, cum revelata facie se invicem videre non possunt, [n] saltem verbis et licteris [o] consolentur. Cogitavi vos non sine causa mirari, quod tot annis in provincia tam longinqua consistens nunquam meas licteras recepistis, sed [p] miratus sum non minus [q] quod nunquam, nisi anno isto, recepi ab aliquo fratre vel amico licteram vel [r] salutationem, nec videtur quod aliquis recordatus fuerit mei, et maxime quia [s] audivi quod rumores ad vos pervenissent [t] quod [fol. 171 vb] ego mortuus essem. Nunc autem notifico vobis quod anno preterito in principio Ianuarii per quemdam amicum nostrum, qui fuit ex sociis domini Cothay [u] Canis qui venerunt [v] ad [w] dominum Chanem de Cathay, [x] ego misi licteras patri Vicario et fratribus provincie

---

[a] W *et.* — [b] W *Katan.* — [c] Ch *Reverendis patribus.* — [d] W *NN.* — [e] W *ministro.* — [f] Ch om. *fratrum et.* — [g] W *magistro.* — [h] Ch add. *omnibus.* — [i] P *ordinum.* — [j] Ch om. *fratrum.* — [k] Ch om. *christiane.* — [l] Ch *et sancte romane Ecclesie et Apostolice Sedis numptius.* — [m] W *Ordo eximiae caritatis invitat.* — [n] Ch *intueri non possint.* — [o] W add. *se invicem.* — [p] W add. *et ego.* — [q] W om. *non minus.* — [r] Ch *nec.* — [s] W *quando.* — [t] Ch *audivi ad vos pervenisse rumores.* — [u] W *Kathan.* — [v] W *venerat.* — [w] W add. *eumdem.* — [x] W om. *de Cathay.*

Digitized by Google

Gazzarie [1] de statu et conditione mea. in [a] paucis verbis.[b] In quibus licteris rogavi eumdem Vicarium quod exempla illarum vobis transmicteret, [c] et iam michi constat [d] per bonas [e] personas que nunc pervenerunt cum nunciis predicti domini Cothay [f] ad dominum Chanem de [g] Cathay, [h] quod mee lictere ad vos pervenerint, et quod ille idem nuncius qui portavit licteras meas, postmodum de Sara [2] civitate [i] venit [j] Thaurisium; propter quod de factis et contentis in illis licteris [k] cogitavi non facere mentionem, nec [l] iterato scribere. Et primum est de persequtione nestorianorum; secundum de ecclesia et domibus completis, sex picturas feci fieri [m] veteris et novi Testamenti [n] ad doctrinam rudium, et scripta [o] sunt licteris latinis, [p] tursicis [q] [3] et persicis, ut omnes lingue legere valeant; [r] tertium est quod ex pueris quos emi et batizavi [s] aliqui migraverunt ad Dominum; quartum est quod a tempore quo fui in Tartaria in Kathay [t] batizavi plura [u] millia.

2. In isto autem anno Domini M° CCC° V° ego incepi unum [v] alium locum novum coram hostio domini Chanis, et inter curiam et locum nostrum via sola est, distans per iactum lapidis a porta domini Chanis. Dominus Petrus de Lucalongo [w] fidelis christianus et magnus mercator, [x] qui fuit socius meus de Thaurisio,

---

[a] W om. *in*. — [b] W add. *exaratus*. — [c] P *transmitterent*. — [d] W *intellexi*; P om. *constat*. — [e] W *aliquas*. — [f] Ch add. *Chanis*; W *de Kathan*. — [g] Ch om. *de*. — [h] W om. *de Cathay*. — [i] Ch om. *civitate*. — [j] W *venerit*. — [k] W om. *licteris*. — [l] Ch *non fore necesse*. — [m] Ch *ubi picture facte sunt*. — [n] Ch add. *et* et om. *et* sequens. — [o] W *sculpta*. — [p] W add. *et*. — [q] Ch W *tarsicis*. — [r] Ch add. *et intelligere nationes diverse*. — [s] Ch *nutritis et baptizatis*. — [t] W om. *in Kathay*. — [u] Ch III, ita scribit ut etiam VI legi poterit; W *ultra quinque*. — [v] W om. *unum*. — [w] Ch *Petruccius de Lucagango*; W *Luco-longo*. — [x] Ch *noster mercator fidelis*.

---

[1] De Custodia franciscana Gazzariae hic sermo est. Ista una cum Custodia Saraï circa 1300 Vicariam Aquilonaris Tartariae efficiebat, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 245 ss.; tabula secunda, in appendice eiusdem voluminis.

[2] Custodia Saraï, tempore quo Fr. Iohannes Europam reliquit, qua talis forsan nondum exsistebat, ideo confusio inter duas Custodias sc. Gazzariae et Saraï oriri potuit.

[3] Cf. supra, secundam epistolam, n. 9.

Digitized by Google

ipse emit terram pro loco quem dixi,[a] et dedit mihi, amore Dei et divina gratia operante,[b] quia utilior et congruentior locus haberi non posset[c] in toto imperio domini Chanis pro ecclesia catholica construenda. In principio augusti locum accepi, et assistentibus benefactoribus et iuvantibus,[d] usque ad festum S. Francisci fuit completus cum muro in circuitu et domibus, officinis planis[e] et oratorio, quod est capax ducentarum personarum. Sed propter yemem ecclesiam perficere non potui, sed habeo ligna congregata in domo et per misericordiam Dei perficiam[f] in estate. Dico vobis quod mirum quoddam visum est omnibus advenientibus de civitate et aliunde, quia non habebant adhuc rumores ex hoc,[g] et videntes[h] locum de novo factum et crucem rubeam desuper in sublimi positam.

3. Et nos in oratorio nostro secundum usum, officium cantamus[i] solempniter quia notas non habemus. Dominus Chaam in camera sua[j] potest audire voces nostras, et hoc mirabile factum longe lateque divulgatum est inter gentes, et pro magno erit sicut disponet [fol. 172 ra] et adimplebit[k] divina clementia.

4. A prima[l] ecclesia et loco nostro usque ad ecclesiam[m] secundam quam edificavi postea, sunt duo miliaria et dimidium intra civitatem que multum[n] est magna.[o] Et pueros divisi, et posui[p] partem in prima et partem in secunda constitui, et faciunt officium per seipsos. Sed ego sicut cappellanus per ebdomadas celebro in utraque, quia pueri[q] non sunt sacerdotes.[r]

5. De magno imperio Tartarorum.[s] De regionibus orientalium[t] vobis significo, et precipue de imperio domini Chanis quod non sit[u] ei maius[v] in mundo. Et ego habeo in curia sua locum et viam ordinariam intrandi et sedendi sicut Legatus domini Pape, et honorat[w] me super omnes alios prelatos, quo-

---

[a] Ch *dico*. — [b] W add. *puto*. — [c] W *possit*. — [d] Ch om. *assistentibus.... iuvantibus*. — [e] Ch om. *et domibus, planis*. — [f] Ch *perficere intendo*. — [g] W *qui adhuc non audierunt quidpiam de hoc*. — [h] W om. *et*, hab. *videntes enim*. — [i] W *cantantes*. — [j] Ch add. *ubi dormit*. — [k] Ch om. *et adimplebit*. — [l] Ch add. *vero*. — [m] Ch *istam* et om. *quam postea*. — [n] W *valde*. — [o] Ch om. *intra.... magna*. — [p] Ch *in partem*. — [q] W *inter hos pueros*. — [r] Ch om. *quia.... sacerdotes*. — [s] W om. *De.... Tartarorum*. — [t] W *orientalibus*. — [u] Ch om. *sit*. — [v] P Ch *maior*. — [w] Ch *habet*.

Digitized by Google

cumque nomine censeantur.[1] Et[a] licet ipse[b] dominus Chaam audierit multa de Curia romana et statu latinorum, dessiderat tamen multum videre nuncios venientes de partibus illis.

6. In istis partibus sunt multe septe ydolatrarum diversa credentium, et sunt multi religiosi de diversis septis,[2] diversos habitus habentes, et sunt multo[c] maioris austeritatis et observantie[d] quam[e] religiosi latini.[3]

7. De Yndia maiorem partem ego vidi et quesivi de aliis partibus Yndie, et esset magnus profectus predicare eis fidem Christi,[f] si fratres venirent. Sed non essent mictendi nisi viri solidissimi, nam regiones sunt pulcerrime, plene aromatibus et lapidibus pretiosis,[g] sed de fructibus nostris parum habent; et propter magnam[h] temperiem[i] et caliditatem aeris et regionis[j] nudi[k] vadunt,[l] modico coopertorio[m] verenda cooperientes,[n] et propterea artibus nostris sartorum et cordonum[o] et artificiis non indigent. Ibi[p] est semper estas et nunquam hyemps.[4] Battizavi ibi circa centum personas.[q]

8. In eadem epistola dicit ipse Fr. Iohannes[r] quod solempnes nuntii[s] venerunt ad eum de[t] Ethyopia, rogantes ut illuc pergeret ad predicandum vel mitteret predicatores bonos,[u] quia a tempore beati Mathei Evangeliste et discipulorum eius, predi-

---

[a] Ch *Item.* — [b] Ch *predictus.* — [c] W om. *multo.* — [d] W *abstinentiae.* — [e] Ch add. *sint.* — [f] Ch om. *fidem Christi.* — [g] Ch add. *et fertiles.* — [h] Ch om. *magnam.* — [i] P W *temperantiam.* — [j] Ch *calorem quasi continuum.* — [k] Ch add. *et discalciati.* — [l] Ch *incedunt.* — [m] W *medio corpore.* — [n] Ch om. *modico.... cooperientes.* — [o] Ch om. *nostris.... cordonum.* — [p] W *quibus.* — [q] W *Deest finis.* — [r] W ad ann. 1307, n. 6 habet : *Ultra ea quae scripsit anno superiori frater Iohannes a Monte Corvino (inquit beatus Odoricus) hoc anno narrat in alia a se scripta epistola.* — [s] Ch *Item dicit fr. Iohannes in quadam sua littera quod nunptii.* — [t] Ch *ex* ; W *de quadam parte Aethiopiae.* — [u] Ch *rogantes amore Dei ex parte illorum a quibus missi erant ut ibi ad predicandum iret vel micteret.*

---

[1] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. XXIX, n. 6.

[2] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 23-24.

[3] Cf. relationes Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XXVI, n. 11, et Fr. Marignolli, cap. Incidens de quodam Yndo n. 6.

[4] Fr. Iohannes civitati Quilo et convicinis regionibus alludit, cf. *Jean de Mont Corvin*, 18-19.

Digitized by Google

catores non habuerunt qui eos instruerent in fide Christi,[1] et multum dessiderant ad veram Christi fidem pervenire. Et si fratres illuc[a] mitterentur, omnes converterentur ad Christum et fierent veri christiani. Nam sunt plurimi in oriente[b] qui solo nomine christiani dicuntur et in[c] Christum credunt, sed de Scripturis et sanctorum[d] doctrinis aliud nesciunt,[e] simpliciter viventes cum non habeant predicatores et doctores.[f]

9. Item[g] dicit[h] fr. Iohannes[i] quod post festum omnium Sanctorum battizavit CCCC [fol. 172 rb] personas. Et quia[j] ipse audivit quod plures fratres utriusque Ordinis ad Persas et ad[k] Gazzariam accesserunt,[l] ortatur[m] eos ad predicandum ferventer fidem domini nostri Ihesu Christi et ad faciendum fructum animarum.[n] [2]

Data dicebat lictera ipsa[o] in Cambaliech civitate[p] regni Kathay,[q] anno Domini M° CCC° VI° in dominica quinquagesime mensis februarii.[r]

---

[a] P Ch *ibi*. — [b] W *civitate*. — [c] W om. *in*. — [d] W *sanctis*. — [e] W *non sciunt*. — [f] Ch *Nam postquam beatus Matheus ibi fuit et discipuli eius, propter hostiles incursus, populi consunti et dispersi sunt et sic defecit ecclesia fidelium. Et qui remanserant, predicatores non habuerunt qui eos instruerent. Et quia multum desiderant redire ad fidem Christi quam antiqui eorum tenuerunt, omnes converterentur si predicatores habuerint de romana Ecclesia qui eos docerent*. — [g] Ch *Et*. — [h] W *dixit*. — [i] Ch om. *fr. Iohannes* et add. *in eadem epistola*. — [j] W *quod*. — [k] W om. *ad*. — [l] Ch *accesserant*. — [m] W *ortantes*. — [n] Ch om. *Domini.... animarum*. — [o] Ch om. *dicebat.... ipsa*. — [p] Ch add. *veteri*. — [q] W *Katag*. — [r] Ch om. *mensis februarii*.

---

[1] Legenda quaedam S. Matthaeum Æthiopiae Apostolum dicit, sed de facto historico non constat, cf. *Dictionnaire de la Bible*, IV, 872-76. Insuper difficile est dictu quaenam regio sub hoc nomine hic intenditur. Sententia communior pro regione quadam in Asia, non vero pro Aethiopia moderna tenet, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 85; III, 200, 358; A. C. Moule, *Documents*, 1914, 556, n. 1.

[2] Fr. Elemosina de hoc scribit: « Plures fratres Predicatores qui litteras latinas, grecas, tartaricas et linguas optime didicerant et adire Tartariam superiorem properaverunt, portantes libros, calices et paramenta. Et fratres predicti ceperunt viam et pervenerunt usque Gazzariam Tartarorum Aquilonarium, sed non potuerunt transire propter guerras. Unde in eadem civitate remanserunt predicantes et baptizantes gentes ibidem quousque guerra cessaret ». Cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 90.

Digitized by Google

Digitized by Google

V.

Fr. PEREGRINUS DE CASTELLO.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Biographia.

De Fr. Peregrini vitae curriculo antequam Fr. Iohannis de Monte Corvino suffraganeus creatus est [1] nihil scitur. Anno 1307 simul cum Fr. Andrea de Perusia et aliis iter ad Sinas arripuit et Khanbaliq an. 1309-1310 pervenit,[2] ibique mansit usque ad mortem Fr. Gerardi, primi Episcopi Zaitunensis.[3] Anno 1318 epistolam scripsit quam infra edimus. Die 7 iulii an. 1323 diem supremum clausit.[4]

Circa authenticitatem epistolae Fr. Peregrini.

Unicus codex usquedum notus epistolam Fr. Peregrini continet.[5] Hic codex Chisianus I, VII, 262, in Bibl. Vaticana hodiedum servatus, quondam Ceccarelli erat qui, ut omnibus est notum, ob plura falsa Romae capite plexus est.[6] Ea propter maxima cum prudentia hoc scripto utendum erit.

---

[1] *Rex Regum*, BF V, 37; *Nuper considerantes*, ibid., 39.

[2] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 36.

[3] Cf. infra, epist. Fr. Andreae de Perusia n. 3. [4] Ibid.

[5] Codex Bibl. Corsini 776 (39 G. 2) est copia codicis Chisiani, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 138, 142; III, 60, n. 1.

[6] Circa hunc falsarium, cf. L. Allatius, *Animadversiones in antiquitatum Etruscarum fragmenta.... animadversio in libros Alph. Ciccarelli et auctores ab eo confictos*; Fumi, *L'opera di falsificazione di Alf. Ceccarelli*, ap. *Bolletino di Storia patria per l'Umbria*, 1902, 213-77. Natus circa 1532 et Romae capitis damnatus est an. 1583; cf. E. Alenconiensis, *S. Francisci Assisiensis vita et miracula*, LXXV-LXXVI; Golubovich, *Biblioteca*, II, 138-41; III, 60-64, n. 1; 194-95.

Digitized by Google

Huius MS. descriptionem iterare certe superfluum est, nam cl. Golubovich id quoad primam partem optime effecit;[1] secunda vero pars, quae ab altera manu exarata est, duos tractatulos continet sequentes: f. 104*v*-110*r*. *De origine religionum militantium pro fidei Iesu Christi atque Ecclesiae S. romanae defensione.* Inc. *De origine aequestris dignitatis apud Romanos. Post conditam urbem Romulus creatus primus Rex Romanorum*; f. 110*v*-113*v*. *De vera donatione Constantini multa notanda hinc inde recollecta.* Inc. *Incipit epistola generalis primi Constantini Augusti de conversione sua ad S. Papam Silvestrem.*

Titulus qui in dorso MS. invenitur: *Chronica S. Io. de Capistrano* ex eo provenit quod manus posterior in margine f. 2*r* scripsit: *Incipiunt chronice fratris Ioannis de Capistrano.* Quae verba erronee intellecta ex quadam citatione f. 113*v* sumpta videntur. Isto enim in loco in fine tractatus ultimi MS. legitur: « *Haec omnia recitantur a Ioanne de Capistrano in tractatu suo solemni de primatu et potentia S. romanae Ecclesiae ubi et hec verba formalia dicit: Historia ample scripta de Constantino, de Baptismo, de mundatione lepre et de eiusdem donatione in grecis litteris reperitur in libro manuscripto quod in Bibliotheca palatina Constantinopoli prout vidi et legi. In quo libro sunt omnia iura Ecclesie et gradus et ordines Ecclesiarum. Et talis liber ibidem fuit inventus tempore Innocentii III Pape qui tunc misit legatum ad Imperatores et Grecos Benedictum Cardinalem qui fecit rescribere fideliter dictum librum coram testibus de verbo ad verbum et illum tulit secum Romam et manet in Bibliotheca sacri palatii* ».

Ast tractatum de primatu et potentia S. romanae Ecclesiae S. Iohannes de Capistrano nunquam scripsit. In tractatu vero *de Papae et Concilii sive Ecclesiae auctoritate* de hac materia loquens dicit: « *Concedensque* [Constantinus] *ei palatium lateranense, romanam urbem et omnes Italiae sive occidentalium regionum provincias et ipsis orientalibus transtulit se regionibus et Bizantium nomine suo civitatem aedificavit scilicet Constantinopolim et illic suum instituit regnum, congruum prospiciens ut ubi caput constitutum est ab Imperatore coelesti, illic Imperator terrenus non habeat potestatem, concludens quod si quis praedictorum teme-*

[1] Cf. notam praecedentem.

Digitized by Google

rator aut contemptor existeret, terrenis condemnationibus subiaceret et sanctos Apostolos in praesenti et in futuro sibi sentiret esse contrarios. Quam paginam propriis manibus roboravit et dicitur conservari in sacristia S. Petri, bulla aurea roborata ».[1]

Praeter praedicta, difficultas maxima pro authenticitate compilationis vindicanda in *explicit* duarum partium MS. componentium occurrit. Etenim f. 104*r* post fontium catalogum ex quibus compilator sua scripta hausit – quos omnes conferre nobis impossibile fuit – legitur rubro : *Ex istis historiis composita atque confecta est presens cronica fidelissima in omnibus partibus suis.... Anno Christi MCCCCLXXII....* Sed notandum est quod primum C ita formatum est ut quid rotondum efficiat ; proinde nescitur an computari debeat ; secundum vero C linea transversali nigra deletum est, et sic etiam primum X, ita quod haberetur MC?CCLXII. Alterum vero *explicit* habet f. 113*v* : *Omnia supradicta de religionibus militaribus et de donatione Constantini fuerunt rescripta per me servum* [?] *Iacobum Petri calamo de orro an. 1467 de mense martii ex libro manuscripto in carta pergamena ex mandato Rev. Fr. Anselmi de Orto qui secum detulerat ex civitate esculana talem librum. Finito libro isto reddantur gratie Christo. Amen.*

Merito quaeri potest num priora *explicit* an. 1472 mutata fuerint postquam annus secundae partis MS. 1467 exaratus iam fuit. Circa haec autem investigationes ulterius prosequi nequit.

Etsi ex dictis fides circa MS. genuitatem magna ex parte evanescat, iniustum tamen foret omnia in compilatione ista contenta, ut falsum reiicere ; ideoque omnia documenta singillatim examini subiicere necesse est, praesertim ea quae in aliis manuscriptis usquedum notis non inveniuntur.

Pro his quae ad rem nostram spectant nempe Sinarum historiam, quatuor sunt documenta alibi non occurrentia, quorum tria prima epistolae pontificiae sunt, circa quarum genuitatem A. C. Moule [2] et M. Bihl [3] prudens dubium protulerunt, quod ipsorum rationibus nixus favorabilius vellem.

---

[1] Invenitur ap. *Tractatus illustrium in utraque tam pontificii tum caesarei iuris facultate iurisconsultorum, De potestate ecclesiastica*, Venetiis 1584, f. 46*v*. Hic tractatus etiam editus fuit Venetiis, 1580.

[2] *The Minor Friars in China*, 101. [3] AFH XVI, 1923, 230-31.

Digitized by Google

Quod ad epistolam Fr. Peregrini attinet, cl. Golubovich indubitabiliter omnia genuina quae ad Sinas pertinent in hoc codice contenta e codice Parisiensi, Bibl. Nat. 5006 sumpta putat.[1] Ideoque difficultates non iam exsistunt et rationes ad epistolam falsam probandam superfluae videntur. A. C. Moule e contra, quamvis dependentiam codicis Chisiani quoad epistolas Fr. Iohannis de Monte Corvino et Fr. Andreae de Perusia a codice Parisiensi 5006 ut verisimilem admittit, tamen pro epistolae Fr. Peregrini genuitate plura argumenta non spernenda in medium tulit.[2] Facile enim fieri potuit quod codicis Chisiani compilator quodam manuscripto ex quo etiam codicis Parisiensis scriptor hausit usus est. Et haec est conclusio ad quam argumenta sequentia nos conduxerunt.

Praenotare lubet quod tempore Ceccarelli terra Cathay non amplius nota erat sub hoc nomine;[3] ideoque pro falsario quocumque imaginata fabulosa optimum nutrimentum constituere valebant ut manuscripta maximi ponderis efficerent. Ast haec in epistola Fr. Peregrini omnino desunt. Descriptiones pulcherrimae enim quae facillime ex epistolis Fr. Iohannis de Monte Corvino et Andreae de Perusia circa regnum ignotum Cathay aut mirabilia circa infidelium conversiones sumerentur, frustra quaeruntur. E contra tonus generalis epistolae est factorum enumeratio, cui quot et quantae difficultates pro falsario insunt, nemo est qui non videt. Inter tot relata, varia sunt quae etiam apud Iohannem de Monte Corvino et Andream de Perusia, sed largius aut aliter, inveniuntur prout necessario fit apud scriptores qui paucis verbis eadem alicuius regionis facta referunt; plura autem quae alibi desiderantur hic inveniuntur et in istis ne falsitatis quidem umbra reperitur.

Sed ad quaedam singillatim descendamus.

Circa vitam Fr. Iohannis de Monte Corvino sobrie quaedam verba laudatoria scribit et deinde quae in epistola an. 1305

---

[1] *Biblioteca*, III, 194-95.

[2] *The Minor Friars in China*, 109-110; postea genuitatem epistolae aperte admittit, *The early Franciscan Mission in China*, ap. *The New China Review*, 1922, 542-43.

[3] *Journey of Benedict Goës*, ap. Yule-Cordier, *Cathay*, IV, 235-36.

Digitized by Google

istius missionarii referuntur paucis verbis confirmat, addens tamen quod Armeni et Alani, de quibus in notitiis a primis Sinarum apostolis datis ne verbum quidem factum fuit, Iohannem de Monte Corvino sequuntur; imo Armeni an. 1318 novam ecclesiam Khanbaliq construunt. Sane de Alanis plura a Marignolli audimus, sed chronica usque ad saeculum XVIII latet.

Regis Georgii conversionem, de qua Iohannes de Monte Corvino in epistola an. 1305 locutus erat, quaeque ad missionarios ad Sinas mittendos maxime influxit, omnino confirmat, et facta supponens nota dicit: de illo Rege Georgio.

Quoad dicta circa Episcopos Khanbaliq, Andream de Perusia tunc temporis ibi mansisse scimus ex ipsius epistola an. 1326; quoad Fr. Petrum de Florentia autem, nihil contra hoc dictum in medium afferri potest. Quoad tres fratres: Iohannes Grimaldi, Emmanuel de Monticulo, Ventura de Sarezana, Zaitun ministerio et orationibus incumbentes, quia in alio loco non memorantur, certe non est cur hoc silentium contra epistolae genuitatem argumentum praebeat. De tot fratribus in Sinis commorantibus, neminem praeter Episcopos et Arnoldum de Colonia, cognoscimus.

Notandum quoque est quod Fr. Peregrinus iam locum, extra civitatem Zaitun, possidebat ubi cellas construere voluit, quod Fr. Andreas postea complevit.

Circa conversiones operandi modum, Fr. Peregrinus unicus est qui de difficultatibus in linguis addiscendis, de praedicandi modo per interpretes loquitur; tamen de fructu animarum nihil dicit.

Fatendum tamen est, et hoc a Golubovich [1] et A. C. Moule [2] contra epistolae genuitatem obiicitur, quod tonus maxime in principio minus cum ordinaria huiusmodi litteratura quadrat. Ast facta ibi relata omnino veritati conformia sunt, et dicendi modus ab uniuscuiusque indole pendet et maxime ex hoc procedere videtur quod ob missionariorum penuriam et ipsorum aetatem provectam ipsa missio periclitabatur.

---

[1] *Biblioteca*, III, 195.
[2] *The Minor Friars in China*, 109.

Digitized by Google

Argumenta ergo quae contra epistolae genuitatem militarent non inveni, nisi codicem in quo epistola continetur et quod in falsarii Ceccarelli possessione erat. Praeterea pro illis quae ad rem nostram pertinent, dependentia MS. Chisiani a codice Parisiensi 5006 minime probatur, imo excluditur.

Epistola Fr. Peregrini edita est a Golubovich, *Biblioteca*, III, 195-7; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, ap. *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1921, 110-2 ; versio anglica ab eodem *The early Franciscan Mission in China*, ap. *The New China Review*, 1922, 540-42.

Digitized by Google

EPISTOLA FR. PEREGRINI EPISCOPI ZAYTUNENSIS

Reverendis in Christo patribus fratri N. Vicario generalis Ministri ceterisque fratribus Vicarie orientis F. Peregrinus paupertatis Episcopus in mundo alio constitutus, reverentiam et salutem cum desiderio nova de mundo fidelium audiendi.

1. Et si sicut prodigus filius fecissemus ego et sotii mei fugientes ad terram longinquam sicut ceteri,[1] debuisset saltem pia mater religio recordari de filiis quos ad inauditum exilium destinavit. Materna enim viscera contra filium rigorem iusticie non admictunt. Et infra : Episcopus sum licet indignus. Et infra : Et pater frater Andreas de Perusio Episcopus et ego pervenimus Ga[m]balech.

2. Dico igitur primo de Archiepiscopo fratre Iohanne. Vita eius exterior bona et dura et aspera.[2] De illo vero Rege Georgio certum est quod ipsum plene et laudabiliter convertit ad veram fidem, cum ante cum nestorianis misceretur. Et ipse Rex una die de suo populo plura milia convertit. Et si vixisset vere totum populum eius et regnum humiliassemus ad Christum,[3] et etiam magni[a] Canis mutatio facta fuisset.[b] [4] Ante vero quod Fr. Iohan-

[a] MS. *magno*. — [b] MS. *fecisset*.

[1] Fratribus spiritualibus in Armeniam et postea in Achaiam missis alludit, cf. Ehrle, *Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte*, II, 287-327; III, 615-21 ; Golubovich, *Biblioteca*, I, 341-50 ; René de Nantes, *Histoire des Spirituels*, Paris 1909, 348-55 ; Holzapfel, *Manuale Historiae*, 45-47 (*Geschichte*, 50-53).

[2] Cf. supra dicta circa curriculum vitae Fr. Iohannis.

[3] Cf. epistolam secundam Fr. Iohannis, n. 5.

[4] Ibid. Fr. Iohannes de magno Chano dicit quod nimis in idololatria inveteratus erat, epist. II, n. 1.

Digitized by Google

nes Archiepiscopus predictus veniret ad imperium magni Canis, nullus christianus cuiuscumque conditionis et nationis esset, prevalere poterat erigere quantumcumque parvum oratorium et signum Christi, propter potentiam nestorianorum prohibentium. Et sic vel eos sequi cogebantur in ritu scismatico et erroneo vel quasi viam infidelium capere. Postquam vero venit Fr. Iohannes, Deo ipsum iuvante, malo velle nestorianorum, ecclesias plures erexit. Et alie nationes christianorum, qui odiunt nestorianos scismaticos ipsum Fr. Iohannem secute sunt et precipue Armeni, qui sibi nunc notabilem construunt ecclesiam et dare illi intendunt.[1] Unde et ipse continue est apud eos, relicta ecclesia latinorum aliis fratribus. Item quidam christiani boni qui dicuntur Alani xxx milibus[a] a Rege maximo stipendia accipientes ipsi et familie eorum ad Fr. Iohannem recurrunt. Et ipse eos confortat et predicat.[2]

3. Nec videmus.... (sic) et istis predicare possumus et sacramenta Ecclesie ministrare. Circa infideles vero libere possumus predicare et in moscheta saracenorum pluries predicavimus ut convertantur; ydolatris vero similiter in magnis civitatibus eorum per duos medios interpretes. Multi congregantur et valde mirantur et diligenter inquirunt de istis. Et quia nunc inceptum est, spem bonam habemus videntes populos intentos ad audiendum et currendum ubi nos predicamus.[3] Vere credimus quod si linguas eorum haberemus, mirabilia Dei apparerent.

4. *Messis multa* valde sed *operarii pauci*[4] et sine falce. Nam pauci fratres sumus et senes admodum et inabiles ad discendas

---

[a] A. C. Moule legit *pro XX*.

---

[1] Fr. Peregrinus primus missionarius est qui de hac ecclesia loquitur, cf. Jacquet, *Le livre de l'Estat du Grant Caan*, ap. *Nouveau Journal Asiatique*, 1830, t. VI, 68; circa Armenos in Cathay, cf. *Recueil des Historiens des Croisades, Documents arméniens*, I, 462.

[2] Cf. P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême Orient*, 641-42; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 420-3. Alani principalioribus officiis apud magnum Chanum fungebantur.

[3] Cf. epistolam Fr. Andreae, n. 5.

[4] Matt., IX, 37; Luc., X, 2: *Messis quidem multa, operarii autem pauci.*

Digitized by Google

linguas. Parcat Deus illis qui fratres impediunt ne veniant. Vere credo quod inimicus hoc operatur, ne invadamus eius imperium, quod sine molestia possidet.

5. In Cambaliech sunt Archiepiscopus [a] et Fr. Andreas de Perusio [1] et Fr. Petrus de Florentia Episcopi ; [2] et eis nil deficit in temporalibus. In spiritualibus vero credo quod nunquam tantum habuerint. *Irruit* enim et venit *Spiritus* Sanctus [3] in istos duos Episcopos et in tantum orationibus insistunt et sanctis meditationibus, et Spiritus Dei qui eos visitat et consolatur et fovet in tantum quod omnium videntur esse obliti, die ac nocte in sanctis vigiliis Domino assistentes.

6. Ego autem Caytonensis [b] Episcopus factus, [4] ibi cum tribus fratribus devotis pacifice et tranquille Deo vacare possum. Et ipsi servi Dei Fr. Iohannes Grimaldi, Fr. Emanuel de Monticulo et Fr. Ventura de Sarezana, [5] qui in istis partibus [c] est frater factus, qui in omni virtute bene fortificati, Deus honoratur per eos. Utinam tales haberemus centum nobiscum ! In civitate Cayton bonam habemus ecclesiam cum loco, quam quedam domina Armenie nobis reliquit, et necessaria vite pro nobis et pro aliis si venerint assignavit. [6] Et extra civitatem locum pulcrum habemus cum silva, ubi cellas facere cupimus et

---

[a] MS *archiepiscopi.* — [b] MS *Cvyfensis.* — [c] MS repetit *qui in istis partibus.*

---

[1] Cf. epistolam Fr. Andreae.

[2] Episcopus electus est 20 dec. 1310 (Wadding, *Ann. Minorum, Regest.*, t. VI, 467-69; BF V, 74) et suffraganeus Fr. Iohannis de Monte Corvino. Auctor operis cui titulus : *Livre de l'Estat du Grant Caan*, 68, Fr. Petrum, Fr. Andreae Episcopi Zaitunensis successorem dicit, cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 163.

[3] Cf. Ezech., XI, 5 : *Et irruit in me spiritus Domini.*

[4] Nempe post mortem Fr. Gerardi, cf. epistolam Fr. Andreae. Circa civitatem Zaitun idem vult ac Ts'iouen Tcheou, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 183-85 ; Cordier, *Les voyages en Asie*, 263-68 ; Pauthier, *Le Livre de M. Polo*, 527-34 ; Yule-Cordier, *The Book*, 155-56.

[5] De his fratribus nihil omnino praeter hic dicta scitur, Golubovich, *Biblioteca*, III, 195.

[6] Cf. epistolam Fr. Andreae n. 3.

Digitized by Google

oratorium.[1] Nulla alia re indigemus quantum fratribus quos desideramus. Fr. Gerardus Episcopus mortuus est, et alii fratres non possumus diu vivere, nec alii venerunt. Remanebit ecclesia sine baptismo et sine habitatoribus.

7. Nova et conditiones istius magni imperii si scriberem non crederentur, quanta sit potentia ipsius, quanti exercitus, latitudo terre, quot redditus, quot expense, quot elimosinas faciunt. Comparaverunt eam nostri latini in hiis ad omnes alios reges mundi, set excessum non scribo. Civitas maxima Cayton, ubi sumus, super mare est, et distat a maxima Cambalieth itinere fere trium mensium.

Datum in Zayton III Kalendis ianuarii [2] anno Domini 1318.

---

[1] Fr. Peregrinus morte praepeditus haec opera complere non potuit; quod Fr. Andreas eius successor fecit, cf. ibid.

[2] Die 10 decembris.

Digitized by Google

VI.

Fr. ANDREAS DE PERUSIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Biographia.

De illo viro pauca admodum vestigia reliquit historia. A Summo Pontifice Episcopus suffraganeus sedis Khanbaliq factus, duas epistolas a Clemente V recepit.[1] Anno 1307 per viam maris quam Iohannes de Monte Corvino secutus erat Sinarum regnum adivit et ibi per plures annos Khanbaliq remansit. Deinde Zaitun petiit ubi in nemore prope civitatem ecclesiam et conventum construxit et post mortem Fr. Peregrini an. 1322 Episcopus civitatis electus est. Anno 1326 epistolam, quae infra sequitur, P. Guardiano Perusini conventus scripsit. Mortuus est ante 1330 ; hoc enim anno Iohannes de Cora relationem explevit, ubi Fr. Petrus de Florentia ut Zaitun Episcopus memoratur.[2]

Codicographia.

Copiae epistolae an. 1326 scriptae conservantur Parisiis, Bibl. Nat. 5006 (= P); Assisii, Bibl. Comun. 341 (= A); Romae, Bibl. Vat. Chigi, I, VII, 262 (= Ch); Romae, Bibl. Corsini, 776. Edita fuit a Wadding, *Annales Minores*, ad an. 1326, n. 2 (= W); [3]

---

[1] *Nuper considerantes*, BF V, 39 , *Rex Regum*, BF V, 37. Ista bulla electio Fr. Iohannis fit, sed Fr. Andreae mittitur ut capiti Coepiscoporum.

[2] Fr. Petrus Episcopus electus 20 dec. 1310, *Rex Regum*, BF V, 74 ; *Livre de l'Estat du Grant Caan*, ap. *Nouveau Journal Asiatique*, 1830, t. VI, 68-69.

[3] Textus Waddingi inveniuntur ap. Raynaldi, *Annales Ecclesiastici*, XV, 318-19; Assemani, *Biblioteca Orientalis*, III, 531-32 (extracta);

Digitized by Google

Golubovich, *Biblioteca*, III, 305-8 secundum A cum lectionibus variantibus P et W ; A. C. Moule, *Documents*, ap. *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1914, 564-7 ; secundum Ch cum lectionibus variantibus P et W et A, ibid. 1921, 102-5, et 115 ; infra secundum P cum variantibus lectionibus A Ch W dabitur.[1]

Mosheim, *Historia Tartarorum Ecclesiastica*, 1741, 120-23 ; De Gubernatis, *Orbis Seraphicus, De Missionibus*, I, 386-88.

[1] Versiones inveniuntur ap. Marcellin. da Civezza, *Storia Universale*, III, 276-79 ; Yule-Cordier, *Cathay*, III, 71-75 ; Collins, *The East and the West*, 1904, 121-42 ; A. C. Moule, *Documents*, ap. *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1914, 592-96 ; Huc, *Le Christianisme en Chine*, 394-97.

Digitized by Google

EPISTOLA

Fr. Andreas de Perusio de Ordine Minorum fratrum [a] divina permissione vocatus Episcopus, reverendo patri fratri [b] Guardiano Perusini Conventus [c] [1] salutem et pacem in Domino sempiternam.[d] Et infra [e] sequitur.[f]

1. Nam propter immensam terrarum mariumque distantiam, inter me et vos interiectam, [g] vix sperare possum, quod littere ad vos per me transmisse ad manus vestras valeant pervenire.[h] Et infra subsequitur.[i] Noveritis [j] me itaque cum bone memorie fratre Peregrino Coepiscopo,[2] et mee peregrinationis individuo comite,[3] post [k] multos labores et langores, inedias, variaque incomoda, [l] atque pericula in terra pariter et in mari,[4] ubi fuimus rebus omnibus et etiam tunicis et habitibus spo-

[a] A om. *de Ordine.... fratrum.* — [b] A *NN*; Ch *N*; W om. — [c] Ch *episcopatus.* — [d] A add. *etc.* — [e] W om. *et infra*; A add. *pluribus verbis pretermissis.* — [f] A *legitur*; Ch W om. *sequitur.* — [g] Ch *immensa.... discrimina.... interiecta.* — [h] A add. *etc.* — [i] A *dicit*; W *sequitur*; Ch om. *et.... subsequitur.* — [j] AW *Novistis.* — [k] W *praeter.* — [l] W *tormenta.*

[1] Hic « conventus » S. Francisci in Perusia nominatur, ad eum distinguendum a « loco » S. Francisci de Monte prope eamdem civitatem. Circa significatum « Conventus » in hoc tempore, cf. Holzapfel, *Manuale Historiae*, 71 (*Geschichte*, 80); L. Palomes, *Dei Frati Minori e delle loro denominazioni*, Palermo, 1897, 5-7. De « conventu » S. Francisci, cf. C. Eubel, *Provinciale Ordinis Fratrum Minorum*, Ad Claras Aquas 1892, 41-2; *Miscellanea Francescana*, Foligno, t. IV, 1889, 190; L. Gougaud, *Note sur « Locus » signifiant ermitage ou monastère*, ap. *Revue Mabillon*, 1925, 305-7.

[2] Cf. epistolam praecedentem.

[3] Cf. II Cor., VIII, 19.

[4] Cf. II Cor., XI, 26.

Digitized by Google

liati, demum, Deo iuvante, ad Cambaliensem [a] civitatem, que sedes est imperii magni Chanis, anno dominice incarnationis millesimo CCCo XVIII, [b] [1] ut credo, pervenisse; ubi secundum mandatum a Sede Apostolica nobis datum,[2] Archiepiscopo consecrato, moram ibi per quinquennium ferme contraximus. Infra quod temporis spatium procuravimus alafa [3] ab Imperatore magnifico pro victu et vestitu octo personarum. Est autem alapha impense, quas [c] Imperator [d] tribuit nunciis magnatorum, [e] oratoribus, bellatoribus et diversarum [f] artium artificibus et ioculatoribus, pauperibus et diversis [g] diversarum conditionum personis; que impense plurium latinorum Regum introitus [h] expensasque transcendunt.

2. De divitiis, magnificentia et gloria huius magni Imperatoris, de vastitate Imperii, multitudine populorum, numerositate civitatum, et magnitudine earumdem, et de ordinatione imperii, in quo nemo adversus alium ausus est levare gladium, transeo, quia longum foret [f. 186*va*) scribere, et audientibus incredibilia viderentur.[4] Nam ego ipse qui presens sum, talia audio, que [i] vix ipse credere possum etc. [j]

3. Est quedam magna civitas iuxta mare Occeanum, que vocatur lingua persica Zayton,[k] [5] in qua civitate [l] una dives do-

[a] W *Sambaliensem.* — [b] W *MCCCVIII.* — [c] W *impensa quam.* — [d] P repetit *quas Imperator.* — [e] AW *magnatum.* — [f] P *diversorum.* — [g] Ch om. *diversis.* — [h] ACh *et.* — [i] P *quod.* — [j] W *sequuntur infra*; A *valeo,* loco *etc.* habet *Verum ad propositum rediens, ad ea que me contingunt stilum calamumque converto.* — [k] A *Çayton*; ChW *Cayton.* — [l] Ch om. *civitate.*

[1] Annus 1318 a 3 MSS datus, veritati quadrare non potest ut patet ex ipsa epistola, sicut nec 1308 ut Wadding habet. A. C. Moule annum 1313 ut melius ipsius epistolae textui quadrantem proponit, *Documents,* ap. *Journal of the Royal Asiatic Society,* 1914, 565, n. 2; si vero tempus huic itineri necessarium computatur iuxta secundam epistolam Iohannis de Monte Corvino pervenissent an. 1309-10, cf. *Jean de Mont Corvin,* 36, n. 4. [2] BF V, 37-39.

[3] Provisio Legatis ab Imperatore concessa, cf. Yule-Cordier, *Cathay,* III, 72, n. 1.

[4] Cf. supra 2 am epistolam Fr. Iohannis de Monte Corvino, et Fr. Peregrini scriptum.

[5] De origine persica huius nominis non constat, cf. A. C. Moule, *The Minor Friars in China,* 1917, 11, n. 1.

Digitized by Google

mina Armena ecclesiam erexit pulcram satis et grandem,[1] quam quidem de ipsius voluntate per Archiepiscopum cathedralem effectam,[a] cum competentibus dotibus, frati Gerardo Episcopo[2] et fratribus nostris[b] qui cum eo erant, donavit in vita, et in morte reliquid. Qui primus eamdem cathedram suscepit.[c][3] Mortuo autem dicto Episcopo, inibique sepulto, voluid Archiepiscopus in eadem ecclesia me facere successorem; sed ego[d] huiusmodi locationi et successioni me non prebente assensum, ipsam[e] contulit fratri Peregrino Episcopo memorato,[f] qui illuc, habita opportunitate, se contulit, et pos[t]quam paucis annis rexid eamdem, anno Domini M° CCC° XX° II[g] in crastino octave[h] Apostolorum Petri et Pauli diem clausid extremum.[4] Ante cuius decessum per quatuor fere annos, ego, quoniam[i] in Chambaliech non eram consolatus ex aliquibus causis, procuravi quod dictum[j] alafa,[k] eleemosyna imperialis, mihi daretur in prefata civitate Zayton,[l] que distat a Cambaliech itinere mensium[m] fere trium, ut dixi, sollicite procuravi;[n] et cum octo equitaturis[o] ab Imperatore mihi concessis, ad eamdem civitatem cum magno honore perrexi, et applicui adhuc fratre Peregrino prefato[p] vivente, et in quodam nemore proximo civitati, ad quartam partem unius milliarii, ecclesiam convenientem et pulcram[q] edificari feci, cum omnibus officinis sufficientibus pro XX[r] fratribus et cum IIII cameris, quarum quelibet esset pro quocumque prelato sufficiens. In quo quidem loco moram traho continuam, et vivo de elymosina regia memorata, que iuxta mercatorum

---

[a] W *in cathedralem erectam.* — [b] W om. *nostris.* — [c] A (*Episcopo*) *qui primus eamdem cathedram suscepit et fratribus qui cum eo erant nostris donavit in vita et in morte reliquid.* — [d] W om. *ego.* — [e] Ch *non assentivi unde illam.* — [f] Ch om. *episcopo memorato.* — [g] A *MCCCXXIII.* — [h] Ch om. *octave.* — [i] W *qui.* — [j] AW *dicta.* — [k] AW add. *seu.* — [l] A *Çaytonensi*; W *Caytonis.* — [m] W *hebdomadarum.* — [n] Ch om. *ut.... procuravi.* — [o] W *equitibus.* — [p] A *sepefacto*; Ch *Episcopo.* — [q] W *praeclaram.* — [r] W *XXII.*

---

[1] Cf. epistolam Fr. Peregrini, n. 6.

[2] In bulla electionis Gerardus Albuini dicitur. De isto nihil praeter nomen et quae in epistola Fr. Andreae inveniuntur, scitur.

[3] Cf. epistolam Fr. Peregrini, n. 6.

[4] 7 iulii.

Digitized by Google

Ianuensium extimationem, ascendere potest annuatim ad valorem C florenorum aureorum vel circa; [a] [1] et de hac elemosina magnam partem in hedificatione loci predicti expendi, cui similem in hermitoriis in tota nostra Provincia [b] nullum scio quoad pulchritudinem et omnem commoditatem. [c]

4. Denique, non longo elapso tempore post obitum [f. 186*vb*] fratris Peregrini, recepi decretum Archiepiscopi de locatione mea [d] in memorata ecclesia cathedrali, cui [e] locationi [f] assensum prebui causa [g] rationabili suadente, et nunc in loco vel ecclesia civitatis, nunc [h] in hermitorio moram facio, [i] iuxta mee libitum [j] voluntatis. Et sum sano [k] corpore, et quantum longevitas vite [l] patitur vigorosus et agilis, nichil quidem [m] preter canitiem habens de defectibus naturalibus [n] et proprietatibus senectutis.

5. Sane in isto vasto imperio sunt gentes de omni natione quae sub coelo est, et de omni septa. Et conceditur omnibus et singulis vivere secundum septam suam.[2] Est enim hec opinio apud eos, seu potius error, quod unusquisque in sua septa salvatur. Et nos [o] predicare possumus libere et secure; sed de iudeis et sarracenis nemo convertitur; de ydolatris battizzantur quam plurimi, sed battizati [p] non recte incedunt per viam christianitatis. [q]

6. De sanctis fratribus: [r] quatuor nostri fratres martirizati [s] fuerunt in Yndia a sarracenis,[3] quorum unus bis in ignem copiosum iniectus illesus evasid.[4] Et tamen ad tam stupendum miraculum nullus est a sua perfidia permutatus.

---

[a] AW *circiter.* — [b] Ch *nostre provincie.* — [c] W *amoenitatem.* — [d] ChW *nostra.* — [e] W *cuius.* — [f] Ch om. *locationi.* — [g] Ch add. *memorata.* — [h] Ch *et.* — [i] Ch *traho.* — [j] Ch *arbitrium.* — [k] ACh *sanus.* — [l] A *etatis.* — [m] Ch *nilque.* — [n] A *accidentalibus*; W *patitur, aliquibus adhuc annis in hac messe laborare potero, licet canitiem habeam ex defectibus naturalibus.* — [o] A om. *Et nos.* — [p] W *multi ex baptizatis.* — [q] Ch add. *sicut decet.* — [r] AChW om. *De.... fratribus.* — [s] A *occisi.*

---

[1] Florenum aureum circa 25 libras aureas habebat, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 73, n. 3.

[2] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 23-24.

[3] Cf. relationem huius martyrii ap. Odorici itinerarium, cap. VIII.

[4] Ibid. Fr. Iacobus de Padua.

Digitized by Google

7. Hec omnia supradicta sub [a] brevitate [b] vestre Paternitati destinare curavi, ut per vos ad aliorum notitiam devolvantur. Fratribus spiritualibus et amicis meis precipuis non scribo, quia qui decesserint et supersint ignoro. Unde rogo quod me habeant excusatum.[1] Omnes saluto, meque omnibus recommendo intime quantum possum. Et vos, pater Guardiane, recommendetis me Ministro et Custodi Perusino, et aliis fratribus universis. [c] Omnes Episcopi suffraganei facti per dominum Papam Clementem Kambaliensis sedis migraverunt in pace ad Dominum.[2] Ego solus remansi. Frater Nicholaus de Banthra [d] [3] et frater Andrutius [e] de Asisio [4] et unus alius Episcopus mortui fuerunt in ingressu Yndie inferioris,[5] in terra quadam caldissima [f] ubi et plures alii fratres [g] mortui sunt et sepulti. Valeat in Domino vestra Paternitas nunc et semper.

Data [h] in Zayton [i] anno Domini M° CCC° XXVI° in mense ianuarii.

---

[a] A add. *quadam*. — [b] A add. *prescripta*. — [c] Ch om. *Hec omnia.... universis*. — [d] Ch add. *olim Minister provincie S. Francisci*. — [e] Ch *Andratius*. — [f] W *crudelissima*. — [g] W om. *fratres*. — [h] Ch *Datum*. — [i] P *in Çaito in Çayton*.

---

[1] Cf. Luc., XIV, 19: *Rogo te, habe me excusatum*.

[2] Nempe Fr. Gerardus et Fr. Peregrinus.

[3] Locus originis est Banzia. Fr. Nicolaus ut Minister provinciae Seraphicae capitulis, Assisii an. 1304 et Tolosae an. 1307 celebratis interfuit, cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 107.

[4] De Fr. Andreuccio de Assisio parum vel nihil scitur, cf. ibid.

[5] Fr. Ulricus a Seyfridsdorf in *Libro certarum Historiarum*, Iohannis Abbatis Victoriensis, ap. *Monumenta Germaniae Historica, scriptores*, memoratur, 1909, II, 113; cf. ibid.

Digitized by Google

Digitized by Google

VII.

B. ODORICUS DE PORTU NAONIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Biographia.

Fr. Odoricus Portu Naonis [1] natus, iuvenis admodum Ordinem franciscalem ingressus est,[2] ibique magnae austeritatis et humilitatis specimina dedit. Post vitam eremiticam in quodam nemore, ad infidelium partes circa 1314 profectus est,[3] ubi per

[1] Annus nativitatis B. Odorici ignoratur. Alii ut Domenichelli, *Sopra la Vita e i Viaggi del B. Odorico*, 77, n. 1; Cordier, *Les Voyages en Asie au XIVe siècle du B. Fr. Odoric*, I-VI; Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, 8 pro 1285 aut 1286 tenent. H. Golubovich e contra pro 1265, *Il B. Odorico de Pordenone*, ap. AFH X, 1917, 22; *Biblioteca*, III, 377; cf. A. C. Moule, *A Life of Odoric ofPorde none*, ap. *T'oung Pao*, XXII, 1921, 275. Iuxta Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*², II, 5; Cordier, *Les voyages en Asie au XIVe siècle du bienheureux frère Odoric de Pordenone*, VI, et von Zahn, *Revue historique*, Paris 1883, XXI, 386-90; A. C. Moule, *A Life*, 286-87; B. Odoricus e familia militari Bohema natus esset Ottokaro regi addicta — cuius imperium hoc tempore etiam super Portum Naonis extendebatur — ex testimonio codicis Bibliothecae Nationalis Parisiensis 2584 a Yule editum (cf. infra). Savi vero contra hos auctores B. Odoricum ex Italica familia ortum esse probare conatur, *Nuovo Archivio Veneto*, 1896, XI, 301-25.

Quod ad bio-bibliographiam B. Odorici attinet, cf. infra.

[2] In Provincia nempe Marchiae Tervisinae, aut Venetiarum S. Antonii nominata. Cf. de antiquitate huius Provinciae Seraphicae H. Golubovich, *Series Provinciarum Ordinis FF. Minorum saec. XIII-XIV*, ap. AFH I, 9; *Biblioteca*, II, 228. Cf. Statuta provincialia hanc Provinciam tempore B. Odorici regentia, A. G. Little, *Statuta provincialia Provinciae Franciae et Marchiae Tervisinae*, ap. *English Historical Review*, XVII, London 1902, 512-18; 1903, 483-96, et ap. AFH VII, 1914, 447-65.

[3] *Analecta Franciscana*, III, 1897, 499. Anni profectus deducuntur ex tempore quo Utinum regressus est, sc. circa 1329-30.

Digitized by Google

16 annos remansit et multos infideles baptizavit.[1] Huius peregrinationis relationem, postquam in patriam rediit, confratri Guillelmo de Solagna mense maii 1330 dictavit. Hoc peracto, Avinionem adire voluit ut Summi Pontificis benedictione confortatus viam reditus cum sociis quinquaginta assumeret; ast in itinere Pisis morbo affectus, Utinum apud confratres regressus est, ubi 14 ian. 1331 animam Creatori reddidit.[2] Post mortem varia miracula sepulchrum eius gloriosum effecerunt [3] et Benedictus XIV, 2 iulii 1755 eius cultum immemorabilem approbavit.[4]

Itinerarium.

Itineris sui relatio hic summario datur: Europa relicta Trapesundam petit, deinde Arzerum, Taurisium, Sultanieh. In hisce regionibus 5 aut 6 annis laboribus apostolicis cum confratribus insudavit.[5] Sultanieh relinquens Kashah et Iezd, inde Persepolim, Shirah et Bagdad adit et demum Ormuz, a qua per viam maris in 28 diebus an. 1321 aut 1322 Tanam appulit. Deinde

---

[1] Ibid., 500. Varii codices 14 annos habent, i. a. Vindobonus Palat. 545; Venetiae, Bibl. Marc. Clas. XIV, cod. XLIII; Lucae, Bibl. Comun.; Pisa, Bibl. Della Seta, cf. A. C. Moule, *A Life of Odoric of Pordenone*, 276. Ex his ergo annus quo Fr. Odoricus ad orientem profectus est accurate determinari nequit.

[2] Cf. A. C. Moule, *A Life of Odoric of Pordenone*, 288-89, ubi ex variis codicibus diversas lectiones circa diem mortis B. Odorici cl. Auctor praebet.

[3] Cf. Lemmens, *Catalogus sanctorum Fratrum Minorum*, 7; *Analecta Franciscana*, III, 502-504.

[4] Decretum cultum B. Odorici approbans ap. Venni, *Elogio storico alle gesta del B. Odorico*, Venezia 1761, 32-3; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 35-6.

[5] Difficile est determinatu in quibusnam precise regionibus B. Odoricus ministerium apostolicum exercuerit. Ex relatione enim itineris nullibi apparet se missionis laboribus insudasse. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 11, eum severius iudicat, nam antequam iter ad Indias suscepit, pluribus annis in missionibus Armeniae et Persiae, ubi tunc temporis tot ad fidem catholicam sese converterunt homines, laboravit. Insuper non immerito inferri potest B. Odoricum etiam tribus annis Khanbaliq transactis plurimum confratrem Iohannem de Monte Corvino adiuvisse.

Digitized by Google

Cananore, Granganore, Quilo, Ceylan et Madras visitat, indeque postquam Sumatra, Iava, Borneo, Champa appulerat, ad Sinarum portum Cantonensem pervenit. Inde Tchang-tcheou, Fu-tcheou, Hang-tcheou, Nanking petit et Yang-tcheou navim ascendit et per viam magni canalis Peking pervenit. Ibidem tribus annis remansit et post haec per breviorem viam nempe per Chansi et Chensi et postea per iter nobis ignotum in patriam regressus est cum itineris socio Fr. Iacobo de Hibernia.[1]

Fontes.

Pro B. Odorici relatione non est cur fontes longe indagemus. Scientia enim sua ordinaria nobis apparet, et fere nusquam ad fontes scriptos praeter S. Scripturam referre videtur; sed potius legendis de ore in os transeuntibus attendit et etiam, quod certe in itinerante maximi momenti est, dono observationis, quo optime praeditus erat, copiose utitur. Ad illustrandam vero relationem, variis in locis ad patriae historiam recurrit.

De valore relationis.

Tempore praeterito sententiae sat diversae circa valorem relationis B. Odorici invaluerunt. Quidam eam habebant ut laborem hominis valde eruditi et omnia quae in ea continentur

[1] Usquedum commentatores communiter Fr. Odoricum Thibet visitare asserebant. Post scripta vero B. Laufer, *Was Odoric of Pordenone ever in Tibet?* ap. *T'oung Pao*, XV, 1914, 405-18, haec sententia omnem verisimilitudinem amisit. An vero B. Odoricus loca Terrae Sanctae visitavit necne, argumenta probantia desunt, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 22-23; Golubovich, AFH X, 1917, 43-44; *Biblioteca*, III, 391; A. C. Moule, *A Life of Odoric of Pordenone*, 276-77. In narratione miraculorum martyrum Thomae a Tolentino et sociorum, B. Odoricus dicit quod secum unum socium cum famulo habuit; minus recte ergo T. Domenichelli, *Sopra la Vita*, 136, n. 1 et Golubovich, *Biblioteca*, III, 393-94, Fr. Michaelem de Venetiis B. Odorici socium supponunt. De illo fratre cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 393-94; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 11.

Digitized by Google

ut vera admittebant.[1] Wadding variis narratiunculis quae in relatione inveniuntur vix assensum praebere potest, tamen nota sanctitatis quà Odoricus fruebatur ut veracitatis argumentum ei apparet.[2] Astley e contra relationem B. Odorici ut mendacium vilipendit et auctorem ut dementatorem.[3]

Hodiernis vero temporibus, crescente geographiae scientia et praesertim impulsu H. Yule[4] et Cordier[5] haec relatio inter primas medii aevi computatur. Certe omnia in relatione narrata non ut vera admittuntur, sed bona fides B. Odorici in dubium vocari minime potest.[6] Eius credulitas quae variis in locis apparet pro factis ab ipsomet non visis, ex eo oritur quod ea quae propriis oculis comperiebat tam extraordinaria ei videbantur quod cetera ab aliis audita facilius credebat. Sed non est cur Odoricus ob haec parvi fiat, ex eo quod omnes itinerantes huius temporis in suis relationibus eadem inseruerunt, quia hae traditiones orales, eadem auctoritate tunc gaudebant sicut nunc legendae quae apud Baedeker et alios huiusmodi auctores inveniuntur.[7]

Geographiae scientia medii aevi plurimum ex relatione B. Odorici ditatur, nam plura in ea sunt quae frustra alibi quaeruntur. Sic ipse primus inter omnes nomen insulae Sumatra ostendit et incolarum eiusdem immanitatem monstravit;[8] varia de Sinis patefecit ut de nutritis animalibus in monasterio Hang-tcheou, quae a religiosis ut antenatorum animae habebantur;[9] de usu

---

[1] G. G. Liruti, *Notizie delle vite ed opere scritte da Letterati del Friuli raccolte.* J. G. Meinert, *Johannes von Marignola minderen Bruders und Päpstlichen Legaten Reise in das Morgenland,* introd. cf. Yule-Cordier, *Cathay,* II, 23.

[2] Wadding, *Annales,* ad ann. 1331, n. 14, p. 123.

[3] *A new General Collection of Voyages and Travels,* London 1747, t. IV, 620.

[4] *Cathay and the Way thither,* London 1866, I, 1-162; 2ª, 1913, t. II, cum collaboratione H. Cordier.

[5] *Les Voyages en Asie au XIVᵉ siècle du bienheureux frère Odoric de Pordenone,* Paris 1891.

[6] Yule-Cordier, *Cathay,* II, 26.

[7] Yule, *Il beato Odorico di Pordenone ed i suoi viaggi,* [London 1881], 5; A. C. Moule, *A Life of Odoric of Pordenone,* 290.

[8] Cf. infra, cap. XII.

[9] Ibid., cap. XXIII. Haec tamen tempore Odorici adhuc existisse, in dubium vocat A. C. Moule, *A Life of Odoric,* 290.

Digitized by Google

apud mulieres impediendi pedum incrementum ;[1] de modo piscandi.[2] Et ut breviter dicam post Cordier, Odorici relatio ditissima est vena qua etiam narratio Marci Polo completatur et verificari potest.[3]

Ad missiones catholicas a fratribus Minoribus ibi inceptas quod attinet, quamvis ex professo de missionariorum laboribus non loquitur, tamen ea pauca quae de eis dicit maximi ponderis sunt. De conventibus Khanbaliq iam Iohannes de Monte Corvino in suis epistolis agebat,[4] sed quibusnam in circumstantiis magnus Chan erga fratres Minores suam eximiam benevolentiam manifestavit nobis ostendit fr. Odoricus ;[5] insuper de magno numero conversorum in curia Imperatoris nos docet.[6] Etiam Ts'iouen-tcheou (Zaytun) duos conventus fratrum Minorum invenit et ad unum illorum ossa martyrum Tanensium transfert.[7] Horum martyrum labores et passiones longius describit.[8] Deinde suos confratres commorantes monstrat Hang-tcheou[9] et Yang-tcheou.[10] Demum narrat quomodo fama virtutum missionariorum spargebatur, et pagani a demonibus obsessi longis itineribus ad eos veniebant ut a malignis spiritibus liberarentur. Et hoc facto, quomodo baptismi sacramentum receperunt.[11]

Si ergo Fr. Odoricus inter primos itinerantes medii aevi computandus est,[12] certe ceteros praeeminet ut historiographus missionum catholicarum in Sinis.[13]

---

[1] Ibid., cap. XXXIV, n. 2.
[2] Ibid., cap. XXII, n. 3, 4.
[3] *Les Voyages en Asie au XIVe siècle*, LV-LVI.
[4] Cf. supra, epist. 2, n. 2 et epist. 3, n. 2, 4.
[5] Cf. infra cap. XXVI, n. 8.
[6] Ibid., cap. XXXVIII. n. 5.
[7] Ibid., cap. XXI, n. 1.
[8] Ibid., cap. VIII.
[9] Ibid., cap. XXIII.
[10] Ibid., cap. XXV.
[11] Ibid., cap. XXXVI.
[12] Cordier, *Les Voyages en Asie au XIVe siècle*, LIII.
[13] Supervacuum esset de authenticitate relationis disserere, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 25-26 ; Cordier, *Les Voyages en Asie au XIVe siècle*, LV-LVI.

Digitized by Google

Codices.

Saeculis praeteritis plura opera B. Odorico tribuebantur. Wadding eum scripsisse dicit opera sequentia: Historiam suae peregrinationis sexdecim annorum; Librum de mirabilibus mundi; Chronica compendiosa a mundi exordio ad finem ferme Pontificatus Iohannis XXII; Sermones diversos; Epistolas varias.[1] Postea in fide codicis cl. Laurent adhuc novum opus adiungebat, nempe Itinerarium Terrae Sanctae. Codex ab isto viro inventus dicit: « Istud scripsit Fr. Odoricus de Foro Iulii, cum remeasset de partibus infidelium ad suam provinciam, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo, temporis domini Ioannis Pape XXII ».[2]

Sed hodiedum ut certum accipitur B. Odoricum, praeter itineris relationem sub variis linguis cognitam, nil usquedum notum scripsisse.[3]

Haec relatio in non paucis codicibus hinc inde sparsis conservatur, quorum elenchus secundum nationes diversas distributus, infra sequitur.

Ad editorem relationis B. Odorici spectaret singulos codices secundum varias redactiones et familias distribuere; sed hoc opus fieri nequibat, quia inter tot codices plurimi inveniuntur quorum ne minima quidem descriptio adest. Quam ob rem lectorem ad annotationes quae apud Yule-Cordier occurrunt remitto pro illis codicibus quos egomet prae manibus non habui, quosque eodem numero, ab iisdem auctoribus adiuncto, signavi;[4] semper tamen addens, quantum fieri potest, ex istorum et alio-

---

[1] *Scriptores Ordinis Minorum*, 270.

[2] *Peregrinationes medii aevi quatuor*, 143-58; et ap. *Le Missioni Francescane*, 1893; 513-18; 577-83; 648-53.

[3] Yule-Cordier, *Cathay*, II, 22-23; Golubovich, *Il Beato Odorico da Pordenone*, ap. AFH X, 1917, 43-44; *Biblioteca*, III, 391; Sbaralea, *Supplementum et Castigatio ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci*, 296-98.

[4] *Cathay and the Way thither*, II, 39-74, ubi continue remittitur ad ponderosum opus Cordier, *Les Voyages en Asie au XIVe siècle du bienheureux fr. Odoric*, cf. infra, bibliogr.

Digitized by Google

rum[1] studiis, quamnam redactionem unusquisque codex prae se fert. Quoad codices vero, inter quos varii usquedum non noti inveniuntur, quos prae oculis habui, descriptionem accuratiorem exhibeo.[2]

LATINI.

ITALIA.

Assisii, Bibl. Comun. 343 (20); membran. mm. 262 × 190, saec. XIV, fol. 58.

F. 1-24*r* Inc. Incipiunt hic.... prout sequitur in editione. F. 24*r* altera manu : Antiphona et oracio de B. Odorico, confessore Ordinis Minorum. F. 25*r*. Inc. Hic inferius sunt scripta amplius quam septuaginta miracula.... Inc. Miraculum Fantusii de Murruciis. Expl. postquam mater sua duxit eam Utinum ad corpus B. Odorici sanata est. — Tunc altera manu f. 57*r* : Hic sunt septuaginta duo miracula scripta que Deus operatus est per B. Odoricum et alia multa fecit que non sunt hic scripta.— Manus recentior addidit f. 57*v* : In isto libro sunt multe hystorie B. Odorici de Ordine fratrum Minorum de Foro Iulii qui est sepultus in conventu Utini. Et est etiam hic passio et martyrium quatuor fratrum Minorum et plus quam septuaginta miracula que operatus est Deus per B. Odoricum ; et etiam est hic cingulus ferreus inter reliquias quem portavit ad carnem, et capellus de capite suo et etiam alie res sue. — F. 58*v* [Poema] Inc. Se voi volete o citadini mei. 1476, 23 maggio.

Textus Guillelmi de Solagna ; sed autographus non est ut senserunt Sbaralea (*Supplementum ad Scriptores*, 330) et cl. Golubovich (*Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 24-5) ; cf. A. C. Moule,

[1] Golubovich, *Il Beato Odorico*, AFH X, 1917- 22,29 ; *Bibl.* III, 378-82 ; Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae*, 69-71 ; A. C. Moule, *A small Contribution*, ap. *T'oung-Pao*, XXII, 1921, 301-22 ; idem, *Bibliographical Notes on Odoric*, ibid., XXIII, 1922, 387-93.

[2] Parva extracta photographica, ut dicitur, quae ex praecipuis et antiquioribus codicibus mecum habeo, praeter textus ipsius qualitatem, iudicium accuratum de redactione et familia eorumdem non dant.

Digitized by Google

A small Contribution to the Study of the Bibliography of Odoric, ap. *T'oung Pao* XXII, 1921, 314-6.[1] Apud Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, II, n. 40. — Hic textus infra publicatur = A.

Romae, Vatic. lat. 5256; membran et chart.; miscellanea; mm. 213 × 150; ff. 184; saec. XIV et XV. In principio et ad calcem duo folia adsunt insititia. Foliorum numeratio recens; unusquisque tractatus antiquiorem particularem habet. Ligatura in dimidia pelle rubra in dorso exhibet codicis numerum recentem litteris nigris et aureis.

F. 13*r*-41*v* [Relatio Fr. Odorici italica]. Inc. Historia de ritibus et conditionibus diversarum gentium et de martyrio quatuor fratrum Minorum. Inc. Conciosiacosa che per molti sia narratto et detto. Expl. Io frate Odoricho de Foriolli de una contrata chiamata Pordenone de l'Ordine de' frati Menori testifficho et testemoniança rendo.... Molte altre cosse ho lassate ch'io no ho fatto scrivere perchè sono quasi incredibeli apresso alguni se li non le vedessino con li suoi proprii ochi et dedi, indi me apparechio de andare in quale contrate ne le quale me dispongo de vivere et morire segondo la voluntade de Dio. Amen. Est relatio Fr. Guillelmi de Solagna.

F. 58*r* Trattato de Frate Odorico de Frioli et Naufragio del M^lo M. Lino Quirini. — F. 59*r*-78*v* Relatio itineris Fr. Odorici. Inc. Licet multa et varia. Est relatio Fr. Guillelmi de Solagna. Cf. infra ubi cum A collatio instituitur = V.

Bibl. Vatic. Barberin. 2558 (XXXIII, 78); chart. mm. 278 × 202, saec. XVI. Extractum ex altero codice; foliorum enumeratio recens a f. 182-282. In principio et in fine 1 fol. ad custodiam. Ligatura in dimidia membrana. In dorso legitur, praeter numerum codicis, in corio rubro litteris aureis: Fr. Odoric[i] Iter et Mappam[undi].

F. 182*r*-254*v* De rebus mirabilibus in variis partibus mundi. Liber fratris Odorici. Inc. Multa licet et varia de ritibus. Expl.

[1] Quod textus originalis non est, patet ex omissionibus etc. quae ad calcem paginarum adiiciuntur. Insuper in fine relationis alluditur miraculis quae post mortem evenerunt. Ex altera parte Cod. Assisianum ab ipso originali copiam esse opinor, paulo post mortem Odorici factam, ob attestationem quae in prima persona hic adest Fr. Guillelmi de Solagna.

Digitized by Google

Supradictus autem Fr. Odoricus postea ex hoc seculo transivit ad Dominum in conventu Beun in Foro Iulii ubi est residentia D. Patriarche de Aquileia anno Domini M° CCC° XXXI die XIIII mensis ianuarii, qui postmodum multis et magnis coruscavit et non cessat coruscare miraculis. Et ego Cesar ex Comitibus de Rocca.... scripsi hoc ex suomet originali.... MDLXXXII. Deo Gratias. Amen. Relationem Fr. Guillelmi a Solagna prae se fert. Cf. infra ubi variantes lectiones notantur = **B**.

Romae, Bibl. Vatic. Barberin. 2559 (XXXIII, 79); chart. mm. 277 × 201; saec. XVI aut XVII incipientis; ff. 175, numeratio recens, quae incipit a f. 129 usque 304. In principio 2 ff. et ad calcem 3 ff. ad custodiam. Ligatura recens, in dimidia membrana. In dorso legitur, praeter numerum recentem codicis, in corio nigro: Martinus Polonus Odoricus.

F. 209*r*-303*r* De rebus mirabilibus in variis partibus mundi cum martirio fratrum Minorum suo loco. Tractatus fr. Odorici, Ordinis Minorum anno 1330 per eum visus et per eum quoque fideliter descriptus. Liber fratris Odorici. Inc. Multa licet et varia de ritibus. Expl. ut in codice praecedenti ad verbum, absque tamen additamento finali de transcriptore Cesare ex Comitibus de Rocca. Transcriptio videtur codicis praecedentis.

Romae, Bibl. Casanat. 276 (B. IV. 13); membr. chart.; miscellanea; saec. XIV-XV. Relatio Odorici habet mm. 226 × 161; cetera aliam prae se ferunt mensuram. Fol. 117, numer. moderna. In principio et in fine 1 fol. ad custodiam. In fol. insititio adest index materiarum. Ligatura membran. Inscriptio dorsualis in corio rubro litteris aureis: *Varia MSS*; infra numerus codicis modernus. Relatio Odorici in binis columnis habetur 90*r*-117*ra*. Tituli et initiales rubra; index capitulorum 90*ra*-91*va*. Inc. Licet multa et varia. Expl. Supradictus autem.... magnis coruscat miraculis; cf. infra ubi variantes lectiones huius codicis dantur sub C. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, n. 44.

Mediolani, Bibliot. Ambrosiana, H. 188, P. Inf.; chart.; s. XIV (Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, II, 41). Cf. A. Ceruti, *Appunti di Bibliografia storica veneta contenuta nei MSS. dell'Ambrosiana*, ap. *Archivio Veneto*, Venezia, XI, 1876, 195.

Ibid., Bibliot. Comitis Hieronimi, s. XV, cf. T. Domenichelli, *Sopra la Vita e i Viaggi*, 363, n. 21.

Digitized by Google

Utini, Bibliot. Archivii Capitularis, vol. XXII. Miscell. chart.; s. XV. Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, 45. Redactionem Guillelmi de Solagna continet, cf. cl. Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 25; BTS III, 380.

Ibid., apud haeredes Comitis Concina; chart. s. XV. Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, II, 46. Relationem secundum G. de Solagna continet, cf. cl. Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 25-6.

Venitiarum, Bibl. Marciana, Clas. XIV, cod. XL III; chart.; s. XIV. Descriptio habetur ap. *Biblioteca manoscritta di Tommaso Giuseppe Farsetti*, Venezia 1771, 116. De proprietario Farsetti ad Bibliothecam Marcianam transivit. Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, II, 47.

Ibid., Cod. Musei Correr, 2408 (2389); chart.; s. XV. Hic textus a Venni an. 1766 publici iuris factus est, cf. infra Bibliograph. Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, II, 48. Redactionem secundum G. de Solagna prae se fert, cf. H. Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 26; BTS III, 380.

ANGLIA.

Cantabrigiae (Cambridge), Corpus Christi College 275; membr.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 1. Textum familiae ed. Hakluyt continet, cf. A. C. Moule, *A small Contribution to the Study of the Bibliography of Odoric*, ap. *T'oung Pao*, XXII, 1921, 304.

Ibid., Corpus Christi College 407; membr.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 2. Etiam relationem secundum Hakluyt habet, cf. A. C. Moule, *A small Contribution*, = S.

Ibid., Gonville and Caius College, 83 : 162. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 3. Itinarium secundum G. de Solagna praebet, cf. A. C. Moule, *A small Contribution*, 308.

Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae*, 69, et cl. Golubovich quartum addunt codicem Cantebrigia conservatum, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 26; BTS III, 380, sed minus recte ut A. C. Moule opinatur, *A small Contribution*, 309.

Glasguae, Bibl. Musei Hunterian; membr.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 11; cf. J. Young-Henderson Aitken, *A Ca-*

Digitized by Google

talogue of the Manuscripts of the Library of the Hunterian Museum, Glascow 1908, 89-90. Ibid., Bibl. Musei Hunteriam, perg. cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 12; cf. J. Young-Henderson Aitken, *A Catalogue*, l. c. 378-9.

Londini, British Museum, Royal Collection, 14. C. XIII. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 5. Hic textus ab Hakluyt editus videtur, cf. ibid.; Warner-Gilson, *Catalogue of western Manuscripts*, t. II, 137-8.

Ibid., British Museum, Cottonian, Otho, D. I.; chart. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 6.

Ibid., British Museum, Arundel, 13; membr.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 7; textum ab Hakluyt editum similem praebet, cf. ibid.

Ibid., British Museum, Harleian, 562; membr. Incompl. Textum similem habet ab Hakluyt editum, cf. ibid.

Oxoniae (Oxford), Bodleian Library, Digby 11; membr.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 9. Testum G. de Solagna prae se fert. Cf. A. C. Moule, *Bibliographical Notes on Odoric*, ap. *T'oung Pao*, XXIII, 387.

Ibid., Bodleian Library, Digby 166; membr.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 10. Hic codex etiam textum G. de Solagna continet. Cf. A. C. Moule, *Bibliographical Notes*, ibid.

AUSTRIA.

Admont, Styria, Arch. Abbatiae, 583; pergam.; s. XV. Cf. Pertz, *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, Hannover, X, 1851, 641; Yule-Cordier, *Cathay und the Way thither*, II, 22.

Admont, 639; pergam.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, II, 23.

Melk, H. 17, ch. f., s. XIV. Cf. Pertz, *Archiv*, X, 1851, 603; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 24.

Pragae, Capitulum Cathedralis; chart.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, 19. Pertz, *Archiv*, IX, 1847, 474 et 476; Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae* duo MSS ibidem conservata opinabantur, sed immerito. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 25.

Digitized by Google

Ibid., Museum Bohemicum. Cf. Pertz, *Archiv.*, IX, 1847, 478; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 26.

Vindobonae, Bibl. Palatina 545; pergam.; s. XIV. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 27. Textum secundum G. de Solagna continet, Yule-Cordier, ibid.; Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 26; BTS III, 380.

Ibid., Bibl. Palatina, 3559; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 28.

Ibid., Bibl. Palatina 4459; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 29.

Ibid., Bibl. Palatina 4761; chart.; s. XV. Idem textus ac n. 3559 eiusdem Bibliothecae. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 30.

BELGIUM.

Brugis, cod. laudatur a Neumann, ap. *Oestenr. Vierteljahrschrift*, 1872, 6; cf. Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae*, 69.

GALLIA.

Argentini (Strasbourg), Bibl. Universitatis. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 19; Pertz, *Archiv.*, VIII, 1843, 461.

Ibid., Bibl. Universitatis. Cf. Yule-Cordier., ibid., 20; Pertz, ibid., 466.

Ibid., Bibl. publica. Cf. Yule-Cordier, ibid., 21.

Lutetiae Parisiorum, Bibl. Nationalis lat. 2584 (olim Colbertinus); pergam.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 35. Hic textus ibidem invenitur, 278-335, et textum G. de Solagna praebet. Cf. H. Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 25; BTS III, 379 = Y.

Ibid., Bibl. Nationalis, lat. 3195 (olim Nazarinus); pergam.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 36.

Ibid., Bibl. Nationalis, Collectio Dupuy, 686; chart.; s. XVII. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 37.

Ibid., Catalogus Saulcy, n. 308, ap. *Catalogue de livres anciens et modernes sur la Terre Sainte et les Indes orientales*, Paris 1872. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 38.

Digitized by Google

S. Audomari (S. Omer), Bibl. civit.; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 39. Minus recte Bollandistae B. Odorici relationem ex hoc codice sumpsisse dicuntur ut habent Yule-Cordier, l. c.; Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 28. Cf. A. C. Moule, *A small Contribution to the study of the Bibliography of Odoric*, *T'oung Pao*, XXII, 303-4.

GERMANIA.

Berolini, Bibl. realis, lat. theol. 131; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 13, textum continet ed. Hakluyt, cum narratione mortis B. Odorici secundum H. de Glatz, ibid.

Ibid., Phill. 151; perg.; s. XIV (Olim Bibl. Thomas Phillips). Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 4; V. Rose, *Die Handschriften-Verzeichnisse der königlichen Bibliothek zu Berlin*, *Verz. der Lateinische Hss.* I, Berlin 1893, 342-3; A. C. Moule, *Bibliographical notes on Odoric*, *T'oung Pao*, XXIII, 1922, 390-1. Relationis textum H. de Glatz prae se fert, A. C. Moule, ibid.; Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 28-9; *Bibliotheca*, III, 382.

Bremae, Bibl. civitatis, b. 2; perg.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 14.

Vratislaviae (Breslau), Bibl. Universitatis. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 15; Pertz, *Archiv*, XI, 1858, 700.

Eichstadii, Seminarium episcopale. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 31; Pertz, *Archiv*, IX, 1847, 559.

Erfordiae, Amplon. 393; s. XIV. Cf. Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae*, 69.

Hannoverae, Bibl. regiae, n. 623 et 624; chart.; saec. XVI-XVII. Cf. E. Bodemann, *Die Handschriften der Königlichen Bibliothek zu Hannover*, Hannover 1867, 107. Cf. Pertz, *Archiv*, VIII, 632.

Hohenfurt, Bibl. capituli canon. 87; s. XV. Cf. Röhricht, *Bibliotheca*, l. c., 69.

Moguntiae (Mainz), Bibl. capituli cathedr. 52. Hic codex verisimiliter periit an. 1793. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 16. Textum G. de Solagna continet, cf. Golubovich, *Il B. Odorico*, AFH X, 1917, 25; *Biblioteca*, III, 379.

Digitized by Google

Monasterii (München), Bibl. realis, cod. lat. 903; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 32. Editus fuit codex a Marc. da Civezza, *Storia delle Missioni Francescane*, III, 739-81 et a Domenichelli, *Sopra la Vita e i Viaggi*, 153-255. Textum praebet H. de Glatz.

Ibid., Bibl. realis 21259; perg.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 33.

Ibid., Bibl. realis, cod. lat. 22377; s. XIV-XV, fragmentum tantum itinerarii praebet, cf. Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae*, 69.

Norimbergae (Nürnberg), Bibl. civitatis. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 34.

Wolfenbüttel, Bibl. ducalis, 40, Weissemburg; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 17.

Ibid., Bibl. ducalis, 41, Weissemburg; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 18.

Ibid., Bibl. ducalis, Aug. 18,2; s. XV. Cf. Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae*, 69.

HELVETIA.

Basileae, Bibl. Universitatis, D. IV, 8; membr.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 49.

Berni, Bibl. Bongarsiana, 141 (327); membr.; s. XV, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 50.

HISPANIA.

Barcinones, Biblioteca de Catalunga, 490, ff. 76*r*-80*r*. Cf. P. Bohigas, *Un sumari de llibre de Viatges d'Odoric de Pordenone*, ap. *Buttleti de la Biblioteca de Catalunga*, Barcelona 1925, VI, pp. 377-9.

HOLLANDIA.

Rhenitraiecti (Utrecht), 737; s. XV. Cf. Tiele, *Catalogus codicum.... Bibl. Univ. Rheno-Traiectinae*, 193-4.

Non tamen omnes codices unam eamdemque relationem exhibent, nam prout testimonio explicito constat, duae saltem

Digitized by Google

redactiones diversae factae sunt, quarum prima, vivente et dictante Fr. Odorico, a Guillelmo de Solagna an. 1330 scripta, altera vero ab Henrico de Glatz an. 1340 Pragae exarata fuit. Hisce fretus P. Hier. Golubovich has duas tantum redactiones inter varios codices latinos accepit,[1] dum econtra cl. Yule-Cordier,[2] A. C. Moule [3] tertiam quamdam addiderunt cuius textus ab Hakluyt publici iuris factus fuit et quae ab huius viri nomine vocitatur,[4] ob argumenta sumpta ex dissimilitudine non spernenda istam inter et redactionem Guillelmi de Solagna et Henrici de Glatz.

Criterium quod in omnibus huiusmodi casibus valet, pro relatione Fr. Odorici hic et nunc minoris valoris mihi videtur. Etenim usquedum pauci admodum codices ex multis existentibus examini subiecti sunt et isti inter se non critice fuerunt collati. Nam editiones relationis Fr. Odorici quae usque ad ultima tempora curatae fuerunt non ad textum unius ex duabus redactionibus supra notatis construendum destinatae videntur, cum indistinctim quaedam tantum variantes lectiones ex ambabus redactionibus laudatis sumebantur.[5]

Examen quod super multos et varios codices institui, ad sequentia concludenda, quoad sic dictam tertiam relationem Hakluyt perduxit. Inter codices et editiones redactionem Guillelmi de Solagna prae se ferentia, recessus progressivus a codice prototypo per correctiones arbitrarias adest.

Haec cum ita sint, merito quaeri potest annon collatio accurata omnium omnino codicum primae redactionis, stadia intermedia monstraret sensim sine sensu introducta, quae nunc primo intuitu sat magna apparent. His perspectis, quousque

---

[1] AFH X, 1917, 22-29; *Biblioteca*, III, 378-82.

[2] *Cathay*, II, 27.

[3] *A small Contribution*, 312-16.

[4] Ultimi auctores quartam editionem existentem asserunt nempe a Ramusio italico idiomate editam, cf. infra. Notandum tamen volumus versiones italicas circa familias et redactiones stabiliendas difficultates non paucas generare. De istis hic sermo non erit.

[5] Cf. Golubovich, AFH X, 1917, 29-40; *Biblioteca*, III, 382-89; quibus addatur opus L. De Backer, *L'Extrême Orient*, cf. infra, quod vix inter opera critica computari potest.

Digitized by Google

omnes codices critico examini non subiecti fuerunt, omnis divisio in novas redactiones praeter duas expresse ab auctoribus ipsis subscriptas, immatura videtur.

Ad codicum et editionum a nobis examinatorum et collatorum distributionem — prout redactionem Fr. Guillelmi de Solagna continent — quod attinet, quatuor familiae extant quarum antiquiores copiae, nobis notae, sunt: cod. Assis. Bibl. Comun. 343; cod. Parisiens., Bibl. Nation. 2584; ed. Venni secundum cod. Venet. Mus. Civic. 2408; cod. Cantabrigensis, Corp. Christi Coll. 407.[1]

Dependentia codicum collatorum.



Ad redactionum discrepantiam nempe Guillelmi de Solagna et Henrici de Glatz quod attinet, haec notanda sunt. Praeter dicendi modum cuique proprium, qui variis in locis sat diversus est, ut infra monstrabitur, discrepantia praesertim in ultimis capitulis apparet tam capitulorum dispositione quam additioni-

[1] A. C. Moule, *A small Contribution*, 307-10. Conclusiones cl. A. C. Moule circa cod. Cantabrig. 407, Londin. Brit. Mus. 13 et ed. Hakluyt sunt: aut 407 et 13 ex comuni originali textum sumpserunt; aut 13 ex 407 textum habuit non vero 407 ex 13; Hakluyt 13 transcripsit, cf. *A small Contribution*, 310.

Conclusiones similes eruere circa codices Henrici de Glatz redactionem continentes impossibile evadit, ex eo quod solum cod. Monacensis Bibl. publici iuris factus fuit a P. Marcellino de Civetia et postea a Teoph. Domenichelli; altera editio a PP. Bollandistis curata ex ignoto codice sumpta fuit.

Digitized by Google

bus apud Henricum de Glatz. Etenim protestatio Fr. Odorici in redactione an. 1340 post capitulum de valle infernali invenitur dum e contra apud Guillelmum in fine narrationis habetur; et quo pacto redactio an. 1330 unum quid efficit, dum vero apud Henricum de Glatz narratio post vallem infernalem concluditur cum variis additamentis. Sequenti modo duae redactiones relationem B. Odorici in fine exhibent.

Redactio 1330.	Redactio 1340.
De valle infernali.	De valle infernali.
——	Protestatio Odorici.
De occursu Chani cum fr. Minoribus.	Adiunctio circa hunc occursum.
——	De potentia magni Chani.[1]
Protestatio Odorici.	——
Testimonium Guillelmi de Solagna.	Mors B. Odorici et miracula.
Mors B. Odorici.	Testimonium Henrici de Glatz.

Ut etiam clare diversus dicendi modus inter duas redactiones appareat, textus capituli de visitatione monasterii, quem A. C. Moule iam ex variis codicibus exscripsit, [2] hic sequitur:

Redactio Guillelmi de Sologna Assis. 343.	Redactio Henrici de Glatz. Domenichelli, *Sopra la Vita*, 182.

[1] Sequentia sunt quae apud redactionem Guillelmi de Solagna desiderantur secundum MS Monacensis lat. 903, ed. Domenichelli, *Sopra la Vita*, 199: *Insuper audivi a Fr. Odorico, quod iste magnus Chan semel in anno mittit unum de Tartaris suis honorifice cum comitatu ad Soldanum Babiloniae quem Soldanus recipit cum honore* (*Cap. LXXVI, De potentia Imperatoris*). *Et die pro hoc constituta iste Tartarus super unam ripam parvi rivuli stat, ponendo in manu arcum tensum cum sagittis venenatis. Soldanus vero in alia ripa manet genibus flexis et manibus complexis, indutus veste communi, in capite nihil habens. Tartarus autem eum grandi voce alloquitur, et ter interrogans dicit: Confiteris quod vitam habeas per magnum Chan et es servus eius? Soldanus autem dicit cum reverentia quod sic. Et nisi sic humiliter responderet, Tartarus eum interficeret cum sagittis. Hoc autem facit ipse Chan, ut signum suae magnificentiae et potenciae manifestet.*

[2] *A small Contribution*, 316-22; comparationem inter textus Codicum Bibl. Cantabr. 407; 162, et editionum Hakluyt et *Acta Sanctorum*.

Digitized by Google

Et in ea IIII^or fratres nostri Minores ad fidem nostram unum potentem hominem converterunt, in domo cuius hospitabar. Unde mihi aliquando dicebat: « Atha, id est, pater, vis tu venire videre terram »? Et sibi dicebam me velle ire. Unde ascendimus unam barcham et ivimus ad unum illorum monasteriorum magnum que ibi erant. Ad quod cum ivissemus, unum illorum religiosorum vocavit dicens: « Vides tu hunc raban franchi, id est virum istum religiosum? Ipse venit inde ubi occidit sol et nunc vadit Cambalec ut roget vitam pro magno Cane. Ideo sibi ostendas aliquid quod etiam dicere possit: tale quid novum vidi in Camsay ». Tunc ipse dixit se libenter velle ostendere sibi aliquid novum.

Et tunc iste duos magnos mastelos accepit plenos hiis que superfuerunt ad mensam, et tunc aperuit cuiusdam viridarii portam, per quam intravimus in viridarium illud. Nunc autem in eo est quidam monticulus plenus arboribus amenis, et dum in eo sic essemus, ipse cimbalum unum ac-

Haec est civitas regia, in qua rex Manzi olim morabatur. In ea nostri quatuor Fratres praedicti ad fidem Christi unum potentem converterunt, in cuius domo ego continue hospitabar. Et ille mihi dixit aliquando: « Ara, id est, Pater, vis venire et pro deductione conspicere civitatem »? Tunc consentiente me, ascendimus simul in unam barcham et ivimus ad quoddam magnum monasterium religiosorum qui sunt ibi; et evocato uno ad se ex illis religiosis dixit: « Vides hunc raban Francum, id est unum Religiosum? Iste venit a regionibus ubi sol occidit et nunc vadit Chambalech ut roget pro vita magni Chan; ideo aliquid sibi ostendas, ut si aliquando reversus fuerit ad terras suas, possit illis hominibus dicere, quia tale novum et rarum in Chamsana ego vidi ». Ille autem respondit, se velle libenter aliquid demonstrare.

Deinde duas magnas sportas accepit, quae mensae superfuerant fragmentorum, et aperta porta, nos in quoddam viridarium introduxit. Erat autem in eo monticulus quidam, plenus arboribus amoenis. Acceptoque uno cymbalo coepit pulsare. Ad cuius sonitum mox animalia multa et diversa de

Digitized by Google

cepit et illud incepit pulsare. Ad cuius sonitum multa animalia varia et diversa de illo monticulo descenderunt, sicut nunc essent gati maymones; similiter et multa alia que faciem hominis habebant. Et dum sic videremus, animalia ista bene tria millia circa ipsum se aptaverunt ad se invicem ordinata. Et cum circa ipsum sic essent ordinata et posita, ipse paraxides posuit ante illa et sicut competebat comedere sibi dabat. Hec autem cum sic comedissent, cimbalum pulsare cepit et ad sua loca revertebantur cuncta.

Dum autem sic viderem ista, multum cepi ridere dicens: « Tu michi indicas quid hoc indicare vellit ». Tunc ipse respondit dicens: « Hec animalia sunt anime nobilium virorum, que nos pascimus amore Dei ». Ei autem respondi dicens: « Hec animalia non sunt anime sed solum bestie et animalia ipsa sunt ». Michi autem respondit dicens: « Verum non est quod hec animalia sunt, sed solum nobilium virorum iste sunt anime. Unde sicut unus illorum fuit nobilis homo, sic eius anima in aliquod ipsorum animalium ipsa intrat nobilium; anime vero rusticorum hominum animalia vilia intrant et habitant ». Sic au-

illo monticulo descenderunt sicut essent simiae, cathi maymones et plura alia et quaedam quae faciem hominis videbantur habere. Et cum videremus de bestiis illis usque ad tria millia circa ipsum ordinate convenisse, ille parapsides posuit et de illis sportis secundum naturae suae distribuit illis cibum. Et cum convenissent et comedissent, et iterum cymbalum pulsaret, animalia ad loca propria remeabant.

Ego autem multum ridens illi seni dixi: « Edissere mihi quid ista significent ». At ille: « Istae sunt animae nobilium virorum, quas nos hic pascimus amore Dei ». Ad quod ego: « Ista animalia non sunt animae quae spirituales sunt sed solum bestiae corporales ». Respondit ille: « Non sunt animalia sed animae defunctorum ». Et adiecit: « Sicut hic quilibet nobilior fuit, sic anima eius in nobilius animal transformatur. Animae vero rusticorum vilibus se animalibus coniungunt ». Et licet multa sibi dicerem et praedicarem, nunquam tamen ipsum ab hac perfidia potui revocare.

Digitized by Google

tem isto modo dicere poteram sibi multa, quod nunquam aliud credere volebat.

Si quis autem dicere et narrare huius magnitudinem civitatis vellet, illiusque magna et mirabilia que sunt in ea, unus bonus quaternus stationis hec talia tenere non posset. Unde ista est melior et maior terra ac nobilior pro mercemoniis quam habeat totus mundus.

Si quis vellet huius civitatis magnitudinem et mirabilia quae in ea sunt scribere, vix unus quadernus posset omnia continere.

ITALICI.

ITALIA.

Florentiae, Bibl. Riccardiana 683; membr.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 53; López, AFH III, 1910, 335-6.

Ibid., Bibl. Nation. Palat. E. 5, 9, 6, 9; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II,54. Hic codex publicis iuris factus est a Yule-Cordier, ibid. 337-67, et partim a De Gubernatis, *Storia dei Viaggiatori italiani*, 138-41.

Ibid., Bibl. Nation. Cod. Magliabech. cl. XIII, 68. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 55.

Ibid., Bibl. Nation., cl. XXII, 20. Cf. Yule-Cordier, *Cathay* II, 56; indicatus fuit a Domenichelli, *Sopra la Vita e i Viaggi*, 362.

Ibid., Bibl. Nation. XXV, 323; s. XIV. Sic habet Röhricht, *Bibliotheca geographica*, l. c., 69 Ianua (Genova), Raccolta Ansaldo, s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 57.

Lucae, Bibl. Gubernii, Col. Lucchesini; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 58.

Mediolani, Bibl. Ambrosiana, H. 138; s. XV. Cf. Röhricht, *Bibliotheca geographica*, 69.

Pisae, Archivium privatum Comitis Della Seta; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 59.

Digitized by Google

Romae Bibl. Vatic. Urbin. 1013. Carth., mm. 274 × 193; s. XV; ff. 55. Numeratio recens. In principio 2 ff. et in fine 1 f. ad custodiam. F. [2*r*] collocata est membrana, verisimiliter prioris ligaturae inscriptio dorsualis, ubi legitur: Fr. Odorigo del Friuole, delle nuove e miravigliose cose dell'India del 1331. Item un Trattato di Fisica et alcuni secreti di mio Tadeo da F[i]orenza M. S. Ligatura membranacea recens. Inscriptio dorsualis super corium rubrum numerum codicis recentem exhibet. Initiales rubrae et ceruleae quarum plures sunt ornatae.

F. 3*r*-28*v* Rub. Comenceno i capitoli de lo libro de le nove e stranie e meravioxe cose.... Sequuntur index 50 capitum secundum quae opus est divisum. Inc. Comenceno lo libro de le nove stranie e meraviose cose che fra Odorigo. Cap. primo. De Trabisonda e del homo chi conduxia IIII milla pernixe per aere. Inc. Conço sia cosa ch'a molti sia narado. Expl. Io fra Odorigo de Friul d'una terra ch'a nome Porto de l'Ordine di fra Menori digo in testimoniança ch'io rendo al mio monastrero per obedientia che tute le predette cose chi sono scripte in questo libro io le vidi co li mei occhi e si le oldeti altresi da persono digne di fede e d'alghuno parlar di qüeste contrade quelle ch'io non viti esser veritade e molte altre cose io lassai de che io non le o fatte scriver che sono incredibille. Anpo al quante se li no[n] le vedesseno con li soi proprii occhi. E anchora me apparechio d'andar in quelle contrade in le qual mi despono de viver e de morir alla voluntade de Dio. Amen. Amen. — Nonnulla capita historiis atramento et aqua delineatis distincta sunt: F. 7*r*, cap. 9, tres viros nentes monstrant quatuor feminae; f. 8*v*, cap. 13, duo fratres Minores columnae alligati ac radiis solis expositi quatuor viris indicis astantibus; f. 9*r*, cap. 13, iidem inter flammas tribus hominibus indicis spectantibus; f. 10*r*, cap. 13, tres carnifices truncant capita trium fratrum Minorum; f. 10*v*, cap. 14, tres fratres Minores strictis gladiis apparent regulo indico dormienti; f. 13*v*, cap. 19, duo reguli ac duo principes indici orant ante statuam viri semibovis, duobus araldis tubis canentibus; f. 15*v*, cap. 25, tres viri ac tres mulieres capitibus caninis; f. 17*r*, cap. 27, servus offert in catino propinquis dissecta et cocta membra parentis demortui, qui eodem tempore in lebete coquitur; f. 19*r*, cap. 31, piscatio iuxta ripas fluminis urbis Cansay;

Digitized by Google

f. 20*r*, cap. 32, vir cymbalum tinniens congregat bestias praesente Fr. Odorico et altero ; f. 22*r*, cap. 37, duo reguli sedentes adstantibus propinquis, inferius tres mulieres iacentes, pedes capitibus gestantes ; 23*r*, cap. 39, Rex curru insidens a duobus elephantis vecto, super genu sinistro accipitrem gestat ad venandum in itinere ; f. 24*r*, cap. 41, Rex e turri a duobus elephantis vecta sagittas impellit in bestias sylvestres ; f. 25*r*, cap. 42, Regi in throno sedenti adstant tres musici, unus cithara canens, duo inflantes tubas ; f. 26*r*, cap. 45, vultures depascunt membra demortui, a sacerdote dissecta, duobus consanguineis orantibus ; f. 26*v*, cap. 46, viro diviti mensae paratae accumbenti duae puellae fercula offerunt comitantibus tribus tympanistriis ; f. 28*r*, cap. 49, Fr. Odoricus in valle incedit inter capita mortuorum in eadem et in monte iacentium. Descriptio harum imaginum desumpta est ex catalogo *Bibliothecae Apostolicae Vaticanae codices. - Codices Urbinatenses latini*, t. III, 7.

Ibid., Bibl. Vatic. Barberin. lat. 4047 (XLV, 141) ; chart., mm. 290 × 197 ; s. XIV-XV, ff. 158, 2 col. Numeratio duplex I-CXL ; 141-158. In principio 5 ff. insititia. In tegumine interiori legitur numerus recens codicis, « numero antico 932. Rilegato nel 1826 » ; infra : XLV, 141. Ligatura in dimidia membrana. Inscriptio dorsualis super corium fuscum : *Prose e Poesie antiche*. Infra numerus recens codicis.

F. 88*rb*-98*va* Viaggio di fra Oderigo da Frigholi. Inc. Negl'anni del nostro Signore Yesu Christo MCCCXVIII, io frate Odorigho da Frigholi dell'Ordine de' frati Minori della Provincia di Padova, partendomi delle detta provincia veni in Ghonstantinopoli. Expl. Io frate Odorigho da Frioli d'una terra che ssi chiama Porto Maoni e dell'Ordine de' frati Minori testifico e rrispondo al mio ministro per vera obedienza che tutte le cose scritte.... Indi m'aparechio di tornare in quelle chontrrade e llà mi dispongo di vivere e morire sechondo la volontà di Dio. Amen. Finis.

Ibid., Bibl. Vatic. Barberin. lat. 4048 (XLV, 142) ; chart., mm. 290 × 199 ; saec. XV, ff. 68. Numeratio recens. Prima manus scripsit usque 66*r* ; secunda a f. 66*r* usque ad finem. Tituli rubri, initiales diversis coloribus adornatae. Ligatura moderna cooperta membrana. In principio 4 ff. ad custodiam, in fine 3.

Digitized by Google

F. [4*r*] « Dicho ancora se cogitando che oltre a detti beni.... ». F. [4*v*] rub. et caerul. « Son. Facto. Abergho. Dinfinita. Doglia. In dorso legitur : 142 ; infra super corium rubrum : Poesie e prose ; infra numerus codicis recens ; infra : XLV.

F. 28*r*-42*r*. Questo è un viaggio fece uno nobile devoto di Christo Ihesu chiamato frate Oderigo di Frigoli dell'Ordine dei frati Minori dove andò, che paesi trovò, che huomini che usanze che viaggi feciono che miracoli vidono et ogni cosa per ordine. Inc. Conciosia cosa che per molti sia narrato et detto diverse nuove et strane cose delle usanze et conditioni del mondo. — Expl. Io frate Odorigo di Frigoli d'una terra che si chiama Porto Naem dell'Ordine de' frati Minori testifico per vera obbediença che tutte le predette cose sono vere le quali sono scripte in questo libro et viddile con miei proprii occhi. Et quelle ch'io non vidi, sentii da huomini degni di fede e de' paesi. Et non ho scripto la parte perchè paiono incredibili et pur son vere, ma chi non le vedesse non le crederebbe. Di che di questa provincia di Melestere ne venni verso Frigoli dove spero vivere colla gratia di Dio et morire. Altre assai provincie ch'io trovai et cose maravigliose non scrivo perchè alle dette di sopra vere si dia fede più che se tante incredibili fussono alcuni forse ignoranti mi reputerebbono cianciatore. Iddio et gran Signore può fare delle dette et molto maggiori cose. Amen. Deo Gratias. Appolonia (?) conversa dilecta. Memento mei.

Ibid., Bibl. Casanat. 1548 (E. V. 1). Miscell ; chart., mm. 217 × 148 ; s. XV. Numeratio ff. antiqua 213, moderna 211. In principio et in fine 1 f. ad custodiam. Ligatura membran. Inscriptio dorsualis litteris nigris : Miscellaneum in 4. n. 6. Stemma Card. Casanat., infra 1548.

F. 174-211*r* Relatio B. Odorici italica. F. 174*r*. Questo libro trata de frate Odorico de diverse che stranie cosse lui ha visto per molti luoghi del mondo. Manus recens quaedam circa biographiam Odorici et relationis valorem addit. F. 174*v* dicitur idem opus latino idiomate in eadem Bibliotheca existere, cf. supra. F. 175. Inc. Avegna Dio che molte e diverse instorie de le cosse e de le condizioni di questo mondo.... Expl. [cum capitulo XXXVII ubi de valle terribili agitur] E queli li quali sono in quela vale morti, lor dixevano che queli omini sono demoni infernali.

Digitized by Google

Utini, Seminarium archiepiscopale; chart.; s. XVII. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 63; Domenichelli, *Sopra la Vita e i Viaggi*, 145.

Utini, Archivium capitulare civitatis; chart.; s. XIV-XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 64.

Venetiarum, Bibl. Marciana, It. Cl. VI, Cod. VII; chart.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 65. Textus a Domenichelli est editus, *Sopra la Vita e i Viaggi*, 201-55.

Ibid., Bibl. Marciana, It. Cl. IV, Cod. CCVIII; chart.; s. XVI. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 66.

Ibid., Bibl. Marciana, It. Cl. XI, Cod. XXXII; chart.; s. XV-XVI. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 67.

Ibid., Museum civicum e Raccolta Correr 2613; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 68; Descriptio habetur ap. *Archivio Veneto*, IV, Venezia, 1872, *Saggio del Catalogo dei Codici di Emmanuele A. Cicogna.*

ANGLIA.

Cheltenham, Bibl. Thomae Phillips (Middlehill); chart.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 51.

Londini, Brit. Musaeum, Additional 33756; s. XIX. Cf. A. C. Moule, *Bibliographical Notes on Odoric*, ap. *T'oung Pao*, 1922, 392-3.

HOLLANDIA.

Rhenen; chart.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 52, ap. *Catalogue de livres anciens et modernes sur la Terre Sainte et les Indes orientales formant la riche collection de M. F. de Saulcy*, n. 307; nunc vero est cl. Wieder, Rhenen in Hollandia, sicut ipse cl. auctor mecum communicavit.

GALLICI.

ANGLIA.

Londini, Brit. Musaeum, Royal Coll. 19, D. I; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 69. E. Meyer, *Documents manuscrits de*

Digitized by Google

l'ancienne littérature de la France conservés dans les bibliothèques de la Grande Bretagne, Première partie, 69-80.

Ibid., Brit. Musaeum, 18 Cotton., Otho, D, II. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 70.

GALLIA.

Lutetiae Parisiorum, Bibl. Nation. fundus gallicus 1380 (7500); membr.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 71. Textus editus ap. *L'Hystore merveilleuse*, cf. infra.

Ibid., Bibl. Nation. Français, fundus gallicus 2810 (8392); membr.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 72.

Ibid., Bibl. Nation. fundus gallicus 12202; chart.; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 73.

Ibid., Bibl. Nation. fundus gallicus 1118; s. XVI. Cf. Röhricht, *Bibliotheca geographica Palestinae*, 70.

Ibid., Bibl. Nation. fundus gallicus 10913. Cf. Röhricht, ibid.

Vesontii (Besançon) ap. Röhricht, ibid. 70.

HELVETIA.

Berni, Bibl. civitatis 125; membr., s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 74.

GERMANICI.

AUSTRIA.

Klosterneuburg 722. Cf. Röhricht, ibid., de hoc codice quaedam publici iuris fecit Neumann, ap. Oestenr. Kath. Vierteljahr. 1872, XI, 6-7.

Nikolsburg. Duo codices in Archivio civitatis (?), I, 162; et II, 162 apud Röhricht, *Bibliotheca geographica*, 70.

Ibid., Bibl. Principis Mensdorf-Pouilly; s. XIV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 75. Versio facta fuit a Conrado Steckel sacerdote saeculari ann. 1359, cf. Domenichelli, *Sopra la Vita e i Viaggi*, 363.

Digitized by Google

GERMANIA.

Donauschingen, Bibliotheca (?), 482 (L. 153). Cf. Röhricht, *Bibliotheca geographica*, 70.

Nurimbergae, Bibliotheca (?) ; chart.; s. XV. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, 7-6.

Editiones.

Hakluyt, R., *Incipit Itinerarium fratris Odorici fratrum Minorum de mirabilibus Orientalum Tartarorum*, ap. *The Principal Navigations, Voyages, Traffigues and Discoveries of the English Nation....* Imprinted at London by George Bishop, Ralph Newberry, and Robert Barker, anno 1599, vol. II, 39-53.

Venni, *Elogio storico alle gesta del Beato Odorico dell'Ordine de' Minori Conventuali con la storia da lui dettata de' suoi Viaggi Asiatici illustrata da un religioso dell'Ordine stesso e presentata agli Amatori delle Antichità*. In Venezia MDCCLXI. Presso Antonio Zatta. Con licenza de' Superiori. In-4°, pp. VIII, 46-83. Textus in Cod. Venet. continetur G. de Solagna.

B. Oderici Peregrinatio ab ipsomet descripta, ap. *Acta Sanctorum*,[2] II, 14 ian., 268-74. Nescitur usquedum ex quonam codice Bollandistae hanc relationem sumpserunt. Cf. A. C. Moule, *A small Contribution*, 312-3. Textum habet H. de Glatz.

Marc. a Civetia, *B. Fratris Oderici de Foro Julii Ordinis Minorum iter ad partes infidelium a Fratre Henrico de Glars eiusdem Ordinis descriptum nunc vero primo in luce editum ad fidem MSS. Codicis Bibliothecae regiae Monacensis (cod. lat. 903) cura P....* Invenitur ap. *Storia universale delle Missioni Francescane*, III, Roma, 739-81, iterum edidit Domenichelli.

Domenichelli T., *Sopra la Vita e i Viaggi del Beato Odorico da Pordenone dell'Ordine de' Minori. Studi con documenti rari ed inediti del chierico Francescano.... sotto la direzione del P. Marcellino da Civezza* M. O. In Prato, per Ranieri Guasti editore-libraio, 1881. In-8°, pp. 153-200. Textum latinum edidit quo usus est Marc. da Civezza, cf. supra; et cod. italianum Venet. Bibl. Marciana, cl. VI, 102.

Digitized by Google

Yule H., *Cathay and the Way thither being a Collection of Medieval Notices of China, translated and edited by.... late of the Royal Engineers (Bengal). With a preliminary Essay on the intercourse between China and the Western Nations previous the discovery of the Cape Route.* London: Printed for the Hakluyt Society, M.DCCC.LXVI. 2 vol.

Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither. New edition, revised throughout in the Light of recent Discoveries by....* London: Printed for the Hakluyt Society, MDCCCCXV-MDCCCCXVI, 4 vol. pp. XXIII, 318; XIII, 367; XV, 269; XII, 359. Relatio itineris B. Odorici totum II volumen occupat. Textum e codice latino Bibl. Nation. Lutetiae Parisiorum, fundus latinus 2584 edidit, 278-336.

Translationes.

[Ponticus Veronius]. *Odorichus de rebus incognitis.* Pesaro [Girolamo Soncino], 1513. In-4°.

L'Hystoire merveilleuse Plaisante et Recreative du grand Empereur de Tartarie seigneur des Tartres nomme le grand Can. Contenant six livres ou parties. Dont le premier traicte des singularitez e conditions des XIIII. Royaulmes de Asye subiectz audict grand Chan. Le second parle des Empereurs qui depuis Lincarnation nostre Seigneur ont regne et encore a present regnent en Asie. Et aussi dont premier proceda le nom du grand Chan. Et la seigneurie des Tartres Et comment. Le tiers descript quelle chose on doibt faire avant que commencer la guerre. Le quart parle du voyaige que fist ung Religieux des freres prescheurs allant par le commandement du pape oultre mer prescher les mecreans. Et sont en ceste partie contenuz les royaulmes Les gens Les provinces Les lois Les sectes Les heresies Et les nouvelles que le dit frere trouva en parties dorient. Le cinquiesme contient comment ung autre religieux des freres mineurs alla oultre mer pour prescher les infidelles Et fut jusques en la terre prebstre Jean ou il vit plusieurs aultres choses fort admirables Et dignes de grand memoire comme il raconpte cy dedans. Le sixiesme parle du pays de surye et des villes sur mer degipte du desert du mont de Synay darabe Et des sainctz lieux qui sont entre le fleuue Jourdain & Hierusalem Et signamment

Digitized by Google

des choses monstrueuses qu'il a veues selon la diversite des pays contrees et regions. Et plusieurs aultres choses comme on pourra veoir par la table cy apres. Auec Priuelege. On les vend a paris en la rue neufue nostre dame a leseigne. S. Nicolas et au pallays en la gallerie come on va a la chancellerie pour Jehan. S. Denis. [15 Aprilis 1529]. Parv. in-fol., ff. 80.

Refert textum codicis 1380 Bibl. Nationalis Lutetiae Parisiorum, cf. supra.

Ramusio, *Viaggio del Beato Odorico da Udine, dell'Ordine de' frati Minori, Delle usanze, costumi, & nature, di diverse nationi, & genti del mondo, et del martirio di quattro frati dell'Ordine predetto, qual partirono tra gl'Infedeli*, apud *Navigationi et Viaggi*, II, Venetia 1583, f. 245*v*-253*r*.

Textum G. de Solagna prae se fert; verisimiliter eodem codice utens ac Venni, cf. supra.

Ramusio, *Viaggio del Beato Frate Odorico di Porto Maggiore del Frivli fatto nell'anno MCCCXVIII*, ap. *Navigationi et Viaggi*, II, Venetia 1583, f. 253*v*-256*r*.

Hakluyt, *The Principal Navigations*, cf. edit. ap. Iohannem de Plano Carpini, pp. 53-67. Narratio martyrii quatuor fratrum Minorum in translatione omittitur. — Eadem translatio invenitur apud:

Pollard, *The Travels of Sir John Mandeville*, cf. ibid., pp. 326 ss.

Yule H., *Cathay and the Way thither*, cf. supra. In ultima editione relatio B. Odorici totum secundum volumen occupat. Textus latinus ex codice Parisiensi Bibl. Nat. 2584, habetur pp. 278-336; italicus vero ex codice Bibl. Nat. Pal. Florentiae, E. 5, 9, 6, 7, habetur pp. 337-67.

De Backer L., *L'Extrême Orient au Moyen âge, d'après les manuscrits d'un Flamand de Belgique, Moine de Saint Bertin à Saint Omer et d'un Prince d'Arménie, Moine de Prémontré à Poitiers*. Paris 1877.

Domenichelli Th., *Sopra la Vita e i Viaggi*, cf. supra ap. editiones. Translatio italica e codice Veneto Bibl. Marcianae cl. VI, 102 deprompta, pp. 201-55 habetur.

Cordier H., *Les Voyages en Asie au XIVe siècle du bienheureux frère Odoric de Pordenone, Religieux de Saint-François, publiés avec une introduction et des notes par.... Ouvrage orné de fac-similés,*

Digitized by Google

de gravures et d'une carte. (= *Recueil de Voyages et de Documents pour servir à l'Histoire de la Géographie.... Vol. X*). Paris 1891. Textum gallicum codicis Bibl. Nat. fund. gall. 1380 prae se fert.

Qui De B. Odorico egerunt.[1]

Analecta Francisc., III, 499-504.

Marco da Lisbona, *Vita del Beato Odorico da Pordenone*, Udine 1634. Ex *Delle Chroniche de' frati minori*, Venetia 1606.

Giambattista Gabello, *Vita del Beato Odorico Mattiuzzi*, Udine 1639.

Waddingus, L., *Annales Minorum*, t. VI, 358-59; VII, 123-6.

Vita Beati Odorici Foro-Iuliensi, Ordinis Minorum, excerpta ex praeclaris et lucidissimis annalibus Minorum, auctore Rev. P. Fr. Luca Waddingo Hiberna eiusdem Ordinis, t. III. Frater Bernardinus Treus Utinensis Ordinis Minorum Conventualium, Artium et Sacrae Theologiae Doctor et in sua Provincia Divi Antonii de Patavio Diffinitor perpetuus, ex sua peculiari devotione in Beatum Odoricum, anno 1654, *existente Guardiano Admod. Reverendo Patre Fratre Francisco Barbana.* Utini 1654.

Asquini, Basilio, *Vita e Viaggi del B. Odorico da Udine descritti da don B.... Barnabita, e dedicati ai MM. RR. PP. Guardiano e religiosi tutti del Ven. Convento di San Francesco della stessa città.* In Udine MDCCXXXVII.

Astley, *A new General Collection of Voyages and Travels*, t. IV, 620 ss., cf. bibliographiam Fr. Iohannis de Plano Carpini.

Compendio della vita, virtù, morte e miracoli del B. Odorico da Udine. Udine 1758.

Liruti, *Il B. Odorico da Pordenone, altrimente detto da Udine, dell'Ordine de' Frati Minori di S. Francesco*, ap. *Notizie delle vite ed opere scritte de' Letterati del Friuli raccolte da Gian-Giuseppe Liruti....* In Venezia MDCCLX.

Sprengel, C. M., *Geschichte der wichtigsten geographischen Entdeckungen bis zur Ankunft der Portugiesen in Japan 1542.* Halle 1792.

---

[1] Non omnes auctores sed principaliores enumeravimus ; pro ceteris, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 83-91 ; Cordier, *Bibliotheca Sinica*², 2005-18.

Digitized by Google

Raggualio breve della vita del B. Odorico Mattiuzzi, Udine 1824.

Discorso intorno all'Itinerario del Beato Odorico Matiussi da Udine, Missionario Apostolico dell'Ordine dei Minori. Con appendice, ap. *Cronaca delle Missioni Francescane*, Roma 1865.

Huc, *Le Christianisme en Chine, en Tartarie et au Thibet*, Paris 1857-8, I, 398-411.

Kunstmann., F., *Der Missionsbericht des Odoricus von Pordenone*, ap. *Historisch-Politische Blätter für das katholische Deutschland*, München 1856, 507-37.

Da Civezza Marcell., *Storia universale delle Missioni Francescane*, Roma 1859, t. III, 467-519.

Kulb, H., *Die Reisen der Missionäre*, Regensburg 1860, t. III, 104 ss.

L'Itinerario del Beato Odorico Mattiussi, Udine 1865.

Storia di Cambanau, di Taid e d'altri luoghi dell'India, narrata dal Beato Odorico del Friuli, anno MCCCXXX. Bologna 1866.

Largaiolli, D., *Cenni sulla vita e sui viaggi di B. Odorico del Friuli*, Catania 1876. 2ª ed., Potenza 1878.

De Gubernatis, A., *Storia dei Viaggiatori Italiani nelle Indie Orientali*, Livorno 1875, 139-41.

Yule, E., *Il Beato Odorico di Pordenone ed i suoi viaggi*, London [1881].

Blasisch, F., *Documenti e notizie sulla vita di S. Odorico*, Udine 1884.

Amat di S. Filippo, P., *Studi biografici e bibliografici sulla storia della Geografia in Italia*. I vol. *Biografia dei viaggiatori Italiani colla bibliografia delle loro opere*, Roma 1882 (2ª ed.), 85-98.

Idem, *Gli illustri viaggiatori Italiani con una Antologia dei loro scritti*, Roma 1885, 19-31.

Savi, V., *Della Patria e della Nazionalità del Beato Odorico da Pordenone*, ap. *Nuovo Archivio Veneto*, Venezia 1896, 301-325.

Tinti, L., *Vita e Missioni nell'Indo-Cina del Beato Odorico da Pordenone dei Frati Minori (1285-1331)*, Roma 1901.

Beazley, R., *The Dawn of modern Geography*, Oxford 1906, III, 250-87.

Digitized by Google

Schlager, P., *Mit dem seligen Odorikus von Pordenone nach Indien und China* (= *Aus allen Zonen* B. XII), Trier 1912.

Golubovich, G., *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa*, Quaracchi 1919, t. III, 374-93.

Moule, C. A., *A Life of Odoric de Pordenone*, ap. *T'oung Pao*, 1921, 275-90. Vita ipsa, praeter notas criticas, ex *Anal. Franc.*, III, 499-504 assumpta est, cf. supra.

Idem, *A small Contribution to the Study of the Bibliography of Odoric*, ibid., 1921, 301-22.

Idem, *Bibliographical Notes on Odoric*, ibid., 1922, 387-93.

Ratio Edendi.

Inspicere textum omnium omnino codicum qui B. Odorici relationem prae se ferunt, necnon collationem inter tot MSS. instituere mihi impossibile erat. Quapropter ex codicibus, qui mihi tam pro antiquitate quam pro bona fama qua gaudebant, extracta photographica parum extensa comparavi. Quibus attente inter se collatis, tres codices mihi pro textus editione elegi, quorum duo primi, nempe Assis. 343 et Paris. Bibl. Nat. 2584 absque dubio antiquitate et textus bonitate praecellunt, tertius vero Casan. 27-6 antiquiorem divisionem in capitula praebet.

Sunt autem duo codices, Cantabr. 407 et Venet. deperditus, qui a G. Venni publici iuris factus est, qui se antiquitate commendant. Iste enim ex « vetustissimo » MS. transcriptus fuit; ille autem iam an. 1352 Cantabrigiae conservabatur.[1] Ut autem ipse lector de eorum indole iudicare possit, collationem quoad primum capitulum relationis institui. Ex quo sole clarius patet hos codices parum seu potius nihil conferre ad constitutionem textus originalis.

E contra duos alios codices magis recentes Vat. Lat. 5256 et Vat. Lat. Barb. 2558 cum textu contuli.

Praeter principia generalia, quoad edendi rationem, supra exposita, quaedam huic relationi propria addere lubet. Codicis Assisiani 343 textus, quia antiquior et melior ut editionis funda-

[1] A. C. Moule, *A small Contribution*, 302.

Digitized by Google

mentum inservivit. Ad eum foliorum numeri textui inserti referuntur. Ab huius codicis lectione rarius discessi, iis nempe in casibus in quibus per amanuensis negligentiam sensus indeficiens videbatur et ex aliis codicibus suppleri poterat. Lectiones variantes cod. Bibl. Nation. Paris, 2584, praeter transpositiones, omnes notantur sicut etiam codicis Vat. lat. 5256. Pro ceteris vero codicibus Vat. lat. Barber. 2558; Casanat. 276 maiore latitudine, ob minus eorum momentum usus sum. Pro orthographia codicis Assis, textum secutus sum, praeter raros casus qui in annotationibus semper inveniuntur.

Pro relationis divisione in capitulis numeratis, quae in cod. Assisiano desideratur, antiquiorem, ut mihi videtur, divisionem sumpsi, prout in codice Casanat, iacet.

Tabula Codicum.

A = Cod. Bibl. Com. Assisii 343, saec. XIV.
B = Cod. Bibl. Vat. lat. Barber. 2558, saec. XVI.
C = Cod. Bibl. Casanat. 257, saec. XIV.
S = Cod. Corp. Christ. Coll. Cantabrig. 407, saec. XIV.
V = Cod. Bibl. Vat. lat. 5256, saec. XV.
Y = Cod. Bibl. Nat. Par. 2584, saec. XIV.
G = Cod. Venet. ed. G. Venni.

Digitized by Google

RELATIO

Incipiunt hic multe et [a] diverse hystorie beati Odorici [b] fratris Minoris [c] de ritibus et condicionibus [d] huius mundi et de martirio IIII fratrum Minorum.[e]

De perdicibus [f] que per aerem ducebantur. CAP. I.

1. Licet [g] multa et varia de ritibus [h] et condicionibus huius mundi a multis enarentur, tamen est sciendum quod [i] ego frater Hodoricus de Foro Iulii [j] volens transfretare et [k] ad partes infidelium volens ire [l] ut fructus [m] aliquos lucrifacerem [n] animarum, multa magna et [o] mirabilia [p] audivi atque [q] vidi que possum veraciter enarrare.

2. Nam [r] primo transiens mare Maius, [s] [1] me transtuli Trapesondam que Pontus antiquitus vocabatur. Hec terra valde

[a] G om. *hic*; V om. *hic.... et.* — [b] V add. *de Utino.* — [c] V *Ordinis fratrum Minorum.* — [d] V add. *diversarum gentium.* — [e] V add. *inter infideles*; B *De rebus mirabilibus in variis partibus mundi. Liber fratris Odorici*; C *Incipit liber fratris Odorici de Foro Iulii Provintie S. Antonii, de quadam terra que dicitur Portus Naonis*; Y *Descriptio orientalium partium Fr. Odorici Boemi de Foro Iulii Provinciae S. Antonii*; S *Incipit itinerarium Fr. Odorici Ordinis fratrum Minorum de mirabilibus orientalium Tartarorum.* — [f] C *pernicibus.* — [g] Y add. *alia.* — [h] C *actibus.* — [i] G om. *tamen.... quod*; S om. *est.... quod.* — [j] BCY *Iulio*; S add. *de portu Naonis.* — [k] G *dum transfretarem ad*; S om. *et.* — [l] B om. *volens*; S om. *volens ire*; G *tendens.* — [m] S om. *ut fructus.... magna.* — [n] A *lucrari faciens*; C *lucri.* — [o] BV om. *et.* — [p] S *mira.* — [q] S *et.* — [r] S om. *Nam.* — [s] C *magnum*; S add. *me de Pera iuxta Constantinopolim.*

[1] Mare Nigrum.

Digitized by Google

est bene [a] situata, ipsa est enim [b] scala quedam, videlicet [c] Persarum, [d] Medorum et omnium [e] eorum que sunt ultra mare. In hac enim [f] terra vidi quoddam [g] quod placuit [h] mihi valde, [i] nam vidi [j] hominem quemdam [k] secum ducentem plures [l] quam quatuor millia perdicum.[m] Et [n] iste [o] homo per terram veniebat,[p] perdices vero [q] per aerem [r] volabant. [s] Has autem [t] perdices [u] ipse ducebat [v] ad quoddam castrum quod vocabatur [w] Canega,[x] [1] distans a Trapesonda tribus dietis ; [y] nam [z] hee perdices huius [a] erant condicionis et proprietatis, nam [b] cum [c] ille homo vellet [d] quiescere vel dormire,[e] omnes se aptabant [f] circa eum [g] more pullorum gallinarum, [h] et sic isto modo [i] eas ducebat [j] Trapesondam [k] usque ad palacium Imperatoris.[2] Que cum sic essent ante eum, de eis tot [l] accipiebat quot ipse volebat;[m] alias autem perdices [n] homo ad locum [o] quo [p] prius illas [q] acceperat [r] perducebat.[s] [3]

---

[a] G *Hec civitas est optime.* — [b] S *sicut.* — [c] S om. *videlicet.* — [d] S add. *et.* — [e] S om. *omnium.* — [f] BS om. *enim*; C *autem.* — [g] S *mirabile.* — [h] B *quedam que placuerunt.* — [i] S om. *valde.* — [j] G loco *In hac.... vidi* hab. *Vidi enim ibi quoddam valde pulcrum*; S loco *nam vidi* hab. *scilicet.* — [k] CS om. *quemdam.* — [l] S *plus.* — [m] A *perdices.* — [n] BY om. *et.* — [o] S *autem.* — [p] S *gradiebatur.* — [q] Y *non.* — [r] S *aera.* — [s] G loco *Et iste.... volabant* hab. *Hominem enim per terram euntem perdices volantes per aerem sequebantur.* — [t] CYG om. *autem.* — [u] S loco *Has.... perdices* hab. *quas.* — [v] S *duxit.* — [w] BCY *vocatur*; GS *dictum.* — [x] V *Zanga*; G *Zanega*; S *Caneva.* — [y] S *per tres dietas.* — [z] BCYS om. *nam.* — [a] G *talis*; S *illius.* — [b] S om. *et proprietatis, nam.* — [c] G *dum.* — [d] S *voluit.* — [e] G *quiesceret vel dormiret*; S om. *vel dormire.* — [f] G *ponebant.* — [g] S *ipsum.* — [h] V *circa gallinam.* — [i] G *tali modo*; S *per illum modum.* — [j] S *duxit usque ad.* — [k] S add. *et.* — [l] ABVGS om. *tot.* — [m] G loco *Que cum.... volebat* hab. *Tunc de eis Imperator accipi faciebat ad libitum.* — [n] G *reliquas vero* om. *perdices*, cuius loco CY hab. *predictus.* — [o] B om. *perdices.... locum.* — [p] BG *unde*; Y *de quo.* — [q] AC *alias.* — [r] G *adducerat.* — [s] S loco *Que cum.... perducebat* hab. *Qui de illis sumpsit quot voluit et residuas vir ille ad locum unde venerat adduxit.*

---

[1] Id est Ziganah, duodecim millia a Trapesunda distans, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 99, n. 4 ; Hallberg, 565-7.

[2] Alexius II. Hic regnavit ab 1297 usque ad 1330, imperium eius Trapesundae circa ripam maris extendebatur, ibid., n. 6; Hallberg, 540-1.

[3] Haec perdicum narratiuncula quae apud antiquos commentatores itinerarii incredibilis videbatur, tamen ab itinerantibus in illis regionibus

Digitized by Google

3. In hac civitate positum est [a] corpus Atanasii super [b] ipsius portam civitatis.[1] Et iste Atanasius [c] fecit symbolum [2] quod incipit: *Quicumque vult.* [d] [3]

4. Hinc [e] recedens ivi [f] in Armeniam maiorem ad quamdam civitatem que vocabatur [g] Arceron.[h] [4] Hec civitas multum erat bona et oppulenta multo tempore iam transacto, [i] et adhuc esset nisi fuissent [j] Tartari et saraceni qui [k] eam multum [l] destruxerunt, nam ipsa multum habundat pane, carnibus [m] et aliis victualibus multis preterquam vino, fructibus,[n] quia ista [o] civitas multum est frigida.[p] De ipsa enim [1*v*] dicunt gentes quod est altior terra [q] que hodie habitetur [r] in [s] mundo.[5] Hec autem habet [t]

---

[a] V *situm*; S *requiescit.* — [b] S *Anatasii supra*, om. *ipsius.* — [c] G *Hic enim est qui.* — [d] BCYS om. *Et iste.... vult*; G citat *hymnum usque catholicam fidem.* — [e] B *Demum inde....* — [f] S *Ultra transivi usque.* — [g] CYGS *vocatur.* — [h] BG *Arziron*; C *Açiron*; V *Aceron*; Y *Aritiron*; S *Azaroti.* — [i] G loco *Hec civitas.... transacto* hab. *Quae optima et opulentissima fuit antiquis temporibus*; S *que erat multum opulenta antiquitus.* — [j] C *essent.* — [k] G om. *fuissent* et *qui.* — [l] S loco *et adhuc.... multum* hab. *sed Tartari eam pro magna parte.* — [m] Y *inundat*; C om. *pane*; CY *carne.* — [n] B om. *preterquam*; AV om. *vino*; S loco *nam ipsa.... fructibus* — hab. *in ea erat habundantia panis et carnium et aliorum omnium victualium preterquam vini et fructuum.* — [o] BCYS om. *quia*; S *hec.* — [p] AV *fructifera.* — [q] loco *De ipsa.... terra* G hab. *Et dicitur quod sit altior civitas.* — [r] AV *habetur.* — [s] S loco *De ipsa.... in* hab. *Et de illa dicitur quod alcius situatur quam aliqua alia in hoc.* — [t] BCY add. *multum*; S om. *autem*; *optimas.*

---

confirmatur, Tournefort, *Voyage du Levant*, Lyon 1727, II, 79, *Busbequii Epistolae*, Amsterdam 1660, 164, cf. ibid., 99-100, n. 7.

[1] Translatio corporis S. Athanasii facta est primo Constantinopolim, deinde Venetias, *Acta Sanct.*², Maii, t. I, 255-60.

[2] Sanctus hoc symbolum non composuit, cf. Buchberger, *Kirchliches Handlexion*, I, 383, sed potius S. Ambrosius, cf. Burn, A. E., *The authorship of the «Quicumque vult»*, ap. *Journal of theol. Studies*, 1925, 19-28.

[3] Migne PG 28, 1582-95.

[4] Erzerum, Magnae Armeniae metropolis. Ibi fratres Minores conventum habuerunt ab an. 1320 memoratum, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 267-68; 272; 544-45; Yule-Cordier, *Cathay*, II, 100, n. 2; Hallberg, 1-2.

[5] Quamvis non altissimus mundi locus, tamen altitudo supra mare est circa 7000 pedes; prae frigiditate aeris ubique est notus, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, ibid.

Digitized by Google

bonas aquas, cuius ratio esse videtur:[a] nam vene harum[b] aquarum oriri videntur[c] et scaturire[d] a flumine[e] Euphrate quod per unam dietam distat ab ista[f] civitate et labitur inde.[g] Hec autem[h] civitas est via media eundi Tauris.[1]

De monte san[c]to super quo est archa Noe, ad quem ut dicitur nemo potest ascendere. Cap. II.

1. De hac recedens ivi[j] ad quemdam montem qui vocatur Solissaculo.[k] [1] In hac[l] contrata est mons ille in quo est[m] archa Noe.[2] In quem libenter ascendissem si mea societas me prestolari voluisset; et quamquam[n] ascendere voluerim, tamen gens[o] illius contrate dicebat[p] quod nullus unquam poterat[q] ascendere illum montem. Nam hoc videtur,[r] ut dicitur, Deo altissimo non placere.[s] [3]

---

[a] B add. *hec*; CY *est hec ut videtur*; S om. *cuius ratio.... videtur.* — [b] S *illorum.* — [c] A *oriuntur.* — [d] C om. *et scaturire.* — [e] S add. *magno.* — [f] Y *distans*; S om. *ista.* — [g] BCY om. *et*; S om. *et labitur inde*; G loco *Euphrate.... inde* hab. *Euphrate quod labitur longe ab hac civitate per dietam unam.* — [h] S om. *autem*; B add. *in.* — [i] G loco *Hec autem.... Tauris* hab. *Et est civitas in mediate vie eundo Tauris*; S *Taurisium.* — [j] B om. *recedens*, hab. *veni*; S *Ultra progressus sum.* — [k] AV om. *qui vocatur*; B *Subissaculo*; C *Sancho*; V *Sollisaculo*; Y *Sovisacalo*; S *dictum Sobissacalo.* — [l] S *illa.* — [m] S *super quem requiescit.* — [n] Y *quem quum.* — [o] S om. *et quamquam.... voluerim*, et hab. *a gente tamen.... dicitur.* — [p] C *homines*; V *gentes.... dicebant.* — [q] S *potuit.* — [r] S loco *nam videtur* hab. *quia.* — [s] S *placet.*

---

[1] Hoc nomen etiam sub Sermessacalo occurrit apud Pegolotti, *Della decima*, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 163. Eadem civitas esset ac Hassan-Kala'a circa 24 milia ab Azinona, ibid., II, 101-102, n. 5; Hallberg, 440-41.

[2] Cf. supra Guil. de Rubruc, cap. XXXVIII, n. 4.

[3] Ibid.

Digitized by Google

De Tauris nobilissima civitate, ubi est unus mons salis de quo quisque accipere potest. Cap. III.

1. De ista contrata recedens [a] me transtuli Tauris, civitatem magnam et regalem que Susis antiquitus dicebatur.[b] [1] Hec Susis terra Regis Assueri fuit.[c] [2] In ista,[d] ut dicitur,[e] est arbor sicca in una mosceta,[3] id est [f] in una ecclesia saracenorum. Hec civitas melior est [g] pro mercimoniis quam [h] alia civitas de [i] mundo. Nam non reperitur hodie aliquid [j] in mundo quod sit comestibile vel alicuius [k] mercimonii cuius illic magna copia non habeatur. Hec enim multum bene est posita atque sita. In [l] tantum [m] est enim nobilis civitas illa, quod est quasi incredibile de hiis que ibi [n] habentur. Nam quasi totus mundus pro mercimoniis illi [o] correspondet civitati.[4]

2. De hac enim [p] volunt dicere christiani, quod ex ista civitate [q] plura recipit Imperator ille [5] quam Rex Francie habeat de toto suo regno.

---

[a] AV om. *recedens*. — [b] C *vocabatur*. — [c] BCY om. *Hec.... fuit*. — [d] B add. *civitate* ; C *contrata*. — [e] C om. *ut dicitur*. — [f] Y *et*. — [g] V om. *est* ; BCY add. *et nobilior*. — [h] Y add. *aliqua*. — [i] BCY *que hodie* (C om. *hodie*) *sit in*. — [j] B om. *aliquid*. — [k] BCY add. *sit* ; B *alique mercimonie*. — [l] A *scita* ; B *et*. — [m] Y add. *autem*. — [n] BCY *illic*. — [o] AV *illic*. — [p] BCY om. *enim*. — [q] B om. *ex.... civitate* ; C *de ipsa* om. *civitate*.

---

[1] Plurium dynastiarum erat metropolis, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 102, n. 4 ; Hallberg, 494-95 ; A. H. Sayce, ap. *A Dictionary of the Bible*, IV, 510-11.

[2] Cf. Lesêtre, ap. *Dictionnaire de la Bible*, I, 1141-43.

[3] Plures auctores antiqui hunc arborem siccum commemorant, variaeque legendae eidem connectuntur ; Yule legendarum originem ex Ezechielis textu trahere posse putat: *Humiliavi lignum sublime*, XVII, 24, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 103, n. 2 ; Gribaudi, *Il mito del albero del Sole e della Luna*, 828-42 ; Hallberg, 39-42.

[4] Heyd, *Histoire du commerce du Levant* II, 77, 108.

[5] Abu Said Bahádur Chan, ultimus Persarum Imperator ex Mongolorum dynastia, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 104, n. 1.

Digitized by Google

3. Penes hanc civitatem est unus mons salinus, magnam copiam [a] salis toti exibens civitati.[1] De hoc sale unusquisque [b] accipit quantum vult et petit, nichil [c] solvendo.

4. In hac civitate multi christiani cuiuslibet generis [d] commorantur, quibus ipsi saraceni in omnibus dominantur.[e] Multa [f] alia sunt in ista civitate [g] que nimis foret [h] longum [i] enarare.

5. Ab hac civitate Tauris [j] ivi per x dietas ad quamdam civitatem, que vocabatur [k] Soldania. In hac civitate tempore estivo [2r] moratur Imperator Persarum.[2] In yeme [l] vadit ad quamdam contratam que est supra unum mare Bacud.[m] [3] Hec civitas magna terra [n] est et frigida, in se habens bonas aquas; ad quam civitatem portantur multa et magna mercimonia que illic venduntur.[4]

De civitate Casan, a qua Magi iverunt Ierusalem virtute divina. Cap. IV.

1. De ista [o] civitate recedens cum caravanis, id est [p] cum quadam societate,[q] ivi [r] versus Indiam superiorem, [5] ad quam dum sic irem per multas dietas, applicui ad unam civitatem [s]

---

[a] A *magnus*. — [b] C *quisquis*; BY add. *tantum*. — [c] BCY add. *alicui*; B *persolvendo*. — [d] B *nationis*; Y *generationis*. — [e] C om. *quibus.... dominatur*. — [f] CY add. *autem*. — [g] C add. *Tauris*. — [h] V *esset*. — [i] Y add. *aliis*. — [j] BY add. *recedens*; C *sed hinc recedens*. — [k] Y *vocatur*. — [l] CY add. *autem*. — [m] BY *quod vocatur* (Y add. *mare*) *Bachuc*. — [n] CS om. *terra*. — [o] CY *hac*. — [p] Y *et*. — [q] C om. *id.... societate*. — [r] C. add. *ad quamdam civitatem Acaçom*. — [s] BCY add. *trium*.

---

[1] Hoc apud antiquos auctores invenitur, apud recensiores vero non, ibid., n. 2.

[2] Sultanieh; sedes regia aestiva ab Argun eiusque filio constructa, ibid., n. 3; Hallberg, 483-85.

[3] Etiam Seraicum antiquitus nominatur, nunc vero mare Caspium, ibid., n. 3; Hallberg, 338.

[4] Antiquitus Congorlaum, ubi mercatores latini confluebant; ibidem sedes metropolitana 1 april 1318 erecta est et Fr. Minores conventum habebant, Golubovich, *Biblioteca*, II, 550-51; Hallberg, 60.

[5] Cf. supra introd. gen.

Digitized by Google

Regum Magorum que vocatur Cassam,[a] [1] civitatem regalem et magni honoris. Verumtamen Tartari eam multum destruxerunt. Hec civitas multum habundat pane, vino et multis aliis bonis. Ab hac civitate usque Ierusalem, quo Magi iverunt non virtute humana sed [b] miraculosa [c] cum sic cito venerint,[d] sunt bene quinquaginta diete.[2] Multa autem alia [e] sunt in ista [f] civitate que modo non [g] expedit enarare.

De civitate Gest, in qua nullus christianus ultra annum, ut dicitur, vivere potest. Cap. V.

1. Inde recedens ivi ad quamdam [h] civitatem nomine Gest, a qua distat mare Arenosum per unam dietam. Quod mare est valde mirabile et [i] periculosum.[3] Et [j] in hac civitate Gest est magna copia victualium et omnium aliorum bonorum que iam dici possent; [k] potissime autem ficuum illic maxima copia reperitur. Uve autem sicce et virides ut herba et multum minute illic inveniuntur, [l] uberius et [m] habundancius quam in aliqua parte mundi. Hec est tercia [n] melior civitas quam Persarum Imperator possideat in toto suo regno. De hac dicunt saraceni quod in ea nullus christianus ultra annum [o] vivere valet. Multa alia [p] illic [q] habentur.

---

[a] BC *Casan*; Y *Cassan*. — [b] B add. *divina et*. — [c] C *divina*; Y *miraculose*. — [d] BC *iverunt*; Y *iverint*. — [e] C om. *alia*. — [f] BCY *hac*. — [g] BCY add. *multum*. — [h] C om. *quamdam*. — [i] C om. *valde.... et*. — [j] BCY om. *et*. — [k] AV *possumus*; C *posset*; B om. *que.... possent*. — [l] BCY *reperiuntur*. — [m] C om. *uberius et*. — [n] V *terra*; B om. — [o] BC add. *unquam*. — [p] C om. *alia*. — [q] B *enim*.

---

[1] Qashan, antiquitus famosum ob commercium, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 106, n. 4; Hallberg, 123-24. Circa Magorum regionem, cf. Lesêtre, ap. *Dictionnaire de la Bible*, IV, 543-52. Quanam ex civitate imo regione Magi venerunt, impossibile est dictu.

[2] H. Lesêtre, ibid., hoc iter, supposito recessu Magorum ab urbe Persepoli, in 40 dietis fieri posse concedit, sed ob orientalium tarditatem tempus satis longius computandum esse dicit.

[3] Yezd in medio deserti quod mare Arenosum vocatur situm est, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 107, nn. 1, 3.

Digitized by Google

2. Ab hac recedens et transiens per multas civitates et terras, vi [a] ad quamdam terram [b] nomine Comum, [c] que antiquitus civitas magna fuit.[1] Hec maximum damnum intulit Rome tempore iam transacto; eius [d] muri bene sunt quinquaginta milliarium [e] capaces. In ista [f] sunt palacia integra adhuc inhabitabilia; tamen multis etiam victualibus [g] habundat.

De civitate Iob ubi homines nent, mulieres vero non.

Cap. VI.

1. Ex hac recedens et veniens per terras multas, [h] perexi ad terram Iob nomine Us,[1] [2] que est cunctorum [j] victualium [k] multum pulcer situs. Penes hanc terram sunt montes in quibus sunt pulcerima pascua pro [2v] animalibus habundanter. Illic etiam melior [l] manna et in maiori copia [m] reperitur quam in terra aliqua, que hodie sit in [n] mundo. In ipsa etiam habentur IIII^or^ bone perdices pro minori [o] precio quam uno [p] grosso.[q] In ea sunt pulcerimi senes, ubi homines [r] nent, id est [s] filant, mulieres vero non. Hec terra correspondet a capite Caldee versus tramontanam.

---

[a] B add. *et transivi.* — [b] C *civitatem.* — [c] Y *Conium.* — [d] CY add. *autem.* — [e] AV *millia.* — [f] CY *ea.* — [g] CY add. *ipsa.* — [h] BCY add. *et civitates.* — [i] CY om. *nomine Us.* — [j] C *multorum.* — [k] B add. *habundans.* — [l] CY *melius.* — [m] C *quantitate.* — [n] A om. *in.* — [o] CY om. *pro*; Y *minores.* — [p] B om. *In ipsa.... uno.* — [q] CY add. *veneto.* — [r] AV om. *homines.* — [s] CY *et.*

---

[1] Comum secundum Yule-Cordier Persepolis civitas videtur, ibid., 108, n. 2; Hallberg, 161-62. Nonne hic alluderetur stragi quam Romani acceperunt apud Karrham (Harran). Mommsen, *Römische Geschichte*, t. III, 342-353.

[2] Haec terra est pars Hauran actualis, cf. Vigouroux, ap. *Dictionnaire de la Bible*, III, 782-84. Hus apud Odoricum esset Hazah scriptorum occidentalium, quod idem esset ac Adiabene secundum Assemani, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 109, nn. 2-3; Hallberg, 248-50.

Digitized by Google

De regno Caldee, ubi mulieres portant solum interulam cum serabulis et hominum virilia[a] descendunt usque ad dimidium tibiarum propter magnum calorem. Quorum navigium sutum est solo spago absque ullo ferro. CAP. VII.

1. Exinde exiens ivi [b] in Caldeam que est regnum magnum; ad quam dum sic irem, ivi iuxta turrim Babel,[c] que per IIII[or] dietas [d] distat ab illa.[1] In hac Caldea est sua lingua propria, in qua [e] pulcri homines sunt, mulieres vero turpes.[2] Illic [f] homines coperti [g] vadunt et ornati, ut hic nostre mulieres vadunt.[h] Qui homines sunt portantes aurea fasciola [3] supra [i] capita [j] et de perlis,[k] mulieres [l] sunt ferrentes [m] solum unam [n] interulam attingentem usque ad genua, habentemque manicas ita [o] largas et longas que [p] usque ad terram ipse attingant.[q] Hee mulieres ambulant discalciate portantes serabulas [4] usque ad terram. Hee tritas, id est [r] detas [s] non portant, sed earum capilli undique disparguntur. Hic autem sicut homines post ipsas vadunt mulieres, ita ille [t] post homines incedunt.[u] Alia autem multa in hac civitate vidi, [v] que non multum expedit enarare.[w]

---

[a] C *parilia.* — [b] A om. *in*; BCY *recedens ivi ad.* — [c] A *Babilonie*; C *terram Abel.* — [d] C add. *forte.* — [e] B *ista contrata.* — [f] Y *illi.* — [g] A *cuncti*; Y *compti.* — [h] BY *incedunt*; C om. *Illic.... mulieres vadunt.* — [i] CY *super.* — [j] C add. *sua.* — [k] V add. *ornata.* — [l] CY add. *autem.* — [m] C *portant.* — [n] BY add. *vilem.* — [o] CY om. *ita.* — [p] V *quo*; V *quod*; C om. *et.... que.* — [q] Y *attingunt*; C om. *ipse attingant.* — [r] Y *et.* — [s] V *critas id est devetas.* — [t] V add. *ibi*; CY *illic.* — [u] Y *prius*; CY *mulieres*; B *om. incedunt.* — [v] CY *sunt.* — [w] C om. *enarare*; B *Alia sunt in hac civitate que non sunt necessaria nec utilia.*

---

[1] Pannier, ap. *Dictionnaire de la Bible*, I, 1346-50; Terra Bagdad antiquitus Babylonia designatur, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 110, n. 2.

[2] Hic agitur de mulieribus pauperibus, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 110, 4.

[3] Operimentum capitis, ap. Ducange, *Glossarium ad Scriptores mediae et infimae latinitatis.*

[4] Haec vox pro capitis et crurum tegumento usurpatur, ibid.

Digitized by Google

2. Hinc ergo[a] recedens veni in Indiam, que est infra terram,[1] quam isti Tartari multum[b] destruxerunt. In ea sunt homines ut plurimum dactilos[c] comedentes tantum quorum quadraginta[d] libre pro minori precio[e] uno grosso illic habentur. Sic autem de aliis multis.[f]

3. Ex hac India recedens et transiens per multas contratas,[g] ad mare occeanum ego veni. Prima autem terra quam inveni vocatur Ornes,[h] que est terra multum[i] bene murata[j] et terra multorum et magnorum[k] mercimoniorum.[2] In ea[l] tantus et[m] ita immensus est calor, quod virilia, id est[n] testiculi hominum, exeunt ex corpore[o] et descendunt usque ad dimidium tibiarum. Ideoque gens illius contrate si vivere volunt, sibi faciunt unam unctionem[p] qua illa ungunt.[q] Nam aliter omnes[r] penitus morerentur, et sicut[s] sunt uncta, in quibusdam saculis illa portant[t] circumcirca se cingentes.[u]

4. In hac contrata homines utuntur navigio,[v] quod vocatur iasse, suto[w] solo spago. In unum istorum navigiorum ego ascendi, in quo nullum ferrum in [3r] aliquo loco[x] potui reperire;[y][3] in quod dum sic ascendissem, in viginti octo dietis me transtuli usque ad Tanam,[z][4] in qua[a] pro fide Christi gloriosum marti-

---

[a] Y *ego.* — [b] C om. *multum.* — [c] B *dattali*; C *datares*; Y *datulos.* — [d] BCY *XLII.* — [e] CY om. *pro* et BCY *precio.* — [f] C om. *sic.... multis.* — [g] C add. *et loca.* — [h] BC *Orines*; Y *Ormer.* — [i] C om. *multum.* — [j] A habet *mura.* — [k] C om. *et magnorum.* — [l] AV om. *ea.* — [m] C om. *In.... et.* hab. *Ibi.* — [n] BC *parilia* (Y *pilia*) BY *et.* — [o] BY *coram.* — [p] B *aliquas unctiones.* — [q] V *se*; B om. *qua.... ungunt.* — [r] CY *homines*; B om. *omnes.* — [s] BCY *dum sic.* — [t] CY *ponunt.* — [u] B loco *et sicut.... cingentes* habet *Et dum sic testiculi sunt inuncti ponunt sacculos circa se cingentes.* — [v] B *habetur navigium.* — [w] C *et est sutum*; Y *siccum.* — [x] CY om. *loco.* — [y] A *reperiri.* — [z] A *Tonam*; V *terra*; BY add. *que est magna civitas et magni valoris.* — [a] B *In civitate Tana.*

---

[1] Voces, infra terram, intelligendae sunt ut regionem prope sinum Persicum indicantes, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 111, n. 4.

[2] Hormuz civitas insulae in introitu sinus Persici, receptaculum erat peregrinis mercibus, Cf. ibid., II, 112, 3; Hallberg, 242-46.

[3] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 18.

[4] Civitas in ripa orientali insulae Salsettae.

Digitized by Google

rium passi fuerunt IIII^or nostri fratres Minores.[1] Hec terra multum bene est situata. In ea magna copia panis, vini et arborum [a] reperitur. Hec terra antiquitus fuit valde magna, nam ipsa fuit terra [b] Regis Pori, [c] qui cum Alexandro Rege [d] prelium magnum [e] iam commisit.[2]

5. Huïus terre populus ydolatrat, [f] nam adorant ignem, serpentem et arbores. Hanc terram regunt saraceni qui eam ceperunt violenter,[3] nunc subiacentes [g] imperio Doldali.[h] [4]

6. In hac terra [i] reperiuntur diversa genera bestiarum, in qua potissime sunt leones nigri [5] in maxima quantitate; sunt etiam simie gatimaymones [j] et noctue,[k] ita magne sicut sunt [l] hic columbe. Ibi etiam sunt mures ita magni sicut hic scerpi sive [m] canes. Ideoque illic canes capiunt mures; murelege, id est gatte,[n] ad hoc nichil valent.

7. In hac contrata quilibet homo ante domum suam habet unum pedem faxiolorum, ita magnum sicut hic esset una columpna.[6] Hic pes faxiolorum, minime desiccatur donec [o] sibi exibeatur aqua. Multe alie novitates sunt illic, quas multum pulcrum esset audire.[p]

---

[a] B add. *et fructuum.* — [b] B om. *valde.... terra.* — [c] A *Priori*; C *Porti*; V *Porri.* — [d] B *Imperatore.* — [e] BY *maximum*; B om. *iam.* — [f] B *est ydolatra.* — [g] B *subiacent.* — [h] BY *Daldili* (Y om. *imperio*); C *Daldali.* — [i] BY om. *terra.* — [j] B *gatimagimones* — [k] BC *noctule.* — [l] Y *habentur*; C om. *sicut sunt.* — [m] B *id est*; Y *sunt.* — [n] B *murilegi vero.* — [o] BCY *dummodo.* — [p] B add. *et videre.*

---

[1] Cf. descriptionem martyrii infra, cap. VIII.

[2] Olim erat sedes regalis Konkan; a Marco Polo ut portus celeber memoratur, cf. Yule-Cordier, *The Book of Ser Marco Polo*, II, 395-96, n.; quomodo vero Rex Pori hic introductus sit ignoratur. Verisimiliter tempore Odorici hoc dicebatur communiter, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 114, n. 2.

[3] Dynastia saracenorum Khilijé regnavit 1290-1320; Alá-ud-din successor fundatoris Jalál-ud-din an. 1297 regnum maxime extendit, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 115, n. 1.

[4] Dynastia Khilijé an. 1320 a Tughlak dynastia superata est, cf. ibid.

[5] Leones nigri verisimiliter pro tigridibus sumuntur, cf. ibid., 116, n. 1.

[6] Secundum Yule et alios, de planta sacra Ocymo sancto ageretur. Minus recte haec ab Odorico non fuisse dictata Yule asserit, cf. ibid., n. 2.

Digitized by Google

8. In hac contrata que Tana nuncupatur, ut iam dictum est,[a] passi fuerunt IIII^or fratres Minores gloriosum martirium pro fide Christi, quod per hunc modum habetur.[b] [1]

De martirio fratrum, et de eorum miraculis. Cap. VIII.

1. Dum predicti fratres Minores essent in Ormes,[c] parati[d] fuerunt cum una navi ut irent Polumbum,[e] [2] in qua dum essent, fuerunt portati malo suo velle usque ad Tanam.[f] In hac civitate invenerunt[g] XV domus nestorinorum scilicet christianorum[h] qui sunt scismatici et heretici; et dum sic essent illic, sibi invenerunt hospitium, et hospitati fuerunt in domo cuiusdam illorum. Dum sic autem[i] illic manerent, orta fuit quedam lis inter virum illius domus et eius uxorem, quam illo[j] sero[k] ipse fortiter verberavit. Dum autem sic esset verberata, conquesta fuit[l] coram lo Cadi,[m] id est[n] Episcopo[3] in lingua sua. Quam mulierem ipse Cadi interogavit, si posset probare quod[o] dicebat. Tunc autem illa[p] respondit dicens[q] se bene posse probare, nam IIII^or rabani franchi, id est[r] viri religiosi in [3v] lingua nostra,

---

[a] B om. *ut.... est.* — [b] B om. *quod* et *habetur*; V om. *quod.... habetur* et add. *Hic ponitur martyrium quod omito. Scias tamen quod ossa dictorum martyrum portavit in Indiam superiorem ad unum locum fratrum Minorum in civitate Zaitun ubi cum honore et maxima reverentia fuerunt posita condecenter.* — [c] B add. *in civitate*; BC *Orines*; A om. *Ormez.* — [d] C *pacti*; Y *passi.* — [e] A *Palinbum*; C *Pabulum.* — [f] A *Tonam*; B *civitatem Tanam.* — [g] BCY *sunt.* — [h] BCY *christianorum scilicet nestorinorum.* — [i] B om. *illic, sibi .... sic autem.* — [j] Y *ille.* — [k] B om. *illo sero.* — [l] Y *et questa*; C *est.* — [m] C *cuddi*, et sic deinceps. — [n] Y *uno.* — [o] Y *que.* — [p] Y *ipsa*; B om. *Tunc.... illa.* — [q] BC om. *dicens.* — [r] Y *scilicet quatuor.*

---

[1] Pro notitiis antiquioribus huius martyrii, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 70-71; 110-12, III, 211-13; Lemmens, *Catalogus SS. Fratrum Minorum*, Romae 1903, 41; 45; AF III, 474-79; 597-613; AF IV, 332-34; BHL II, 1294-95; M. Bihl-A. C. Moule, AFH XVI, 1923, 95-101; 104-12; A. C. Moule, *The new China Review*, III, 1921, 219-21.

[2] Sc. Quilo, ut iam supra dictum est.

[3] Kadhi aut Kazi pro iudice et divinitate indistincte sumitur, Yule-Cordier, *Cathay*, III, 86, n. 2.

Digitized by Google

illic erant in domo cum michi hoc fecit, hos interrogate quia [a] vobis dicent [b] veritatem. Ipsa autem muliere sic loquente, unus de Alexandria [c] erat presens et rogavit Cadi ut mitteret pro eis quos dicebat esse homines magne [d] scientie et scripturas bene scire. Ideoque, ut dicebat,[e] bonum esset de fide disputare cum eis. Quod audiens ipse Cadi misit pro eis.

2. Qui dum sic [f] ante eum ducti [g] fuissent isti IIII^or^ fratres Minores,[h] scilicet Fr. Thomas de Tolentino de Marchia,[1] [1] Fr. Iacobus de Padua,[2] Fr. Demetrius [j] qui erat frater laicus sciens linguas [3] et Fr. Petrus de Senis; [4] dimisso autem Fr. Petro de

[a] Y *qui*. — [b] C add. *omnem*. — [c] BCY add. *ibi* om. *et*. — [d] CY *maxime*. — [e] BCY om. *ut*; A *dicebant*. — [f] B om. *dum sic*. — [g] CY *adducti*. — [h] B om. *fuissent.... Minores*; Y om. *Minores*. — [i] B om. *de Marchia*; CY add. *Anchonitana*. — [j] A *Damitrius*.

[1] B. Thomas Tolentini in Marchia Anconitana verisimiliter circa 1260 oriundus, adhuc iuvenis seraphicae militiae veste induitur. Ob ideas suas rigorosas circa vitam pauperem ducendam secundum S. Francisci praescripta in eremitorium quoddam Marchiae est relegatus, et post tres annos ob idem motivum circa 1279 incarceratur. A Raymundo Gaufredi, Ministro generali, an. 1289 liberatus, una cum Angelo Clareno et aliis fratribus in Armeniam mittitur. Post duos annos ab Haitone II apud Summum Pontificem et Reges Galliae et Angliae in Europam mittitur ut contra saracenos adiutorium impetret. Anno 1293 legatione adimpleta, in Armeniam rediit, sed ad Spiritualium causam defendendam an. 1295-97 Europam adiit. Anno 1302 iterum iter in Armeniam aggressus est, aliquo tempore cum Claretanis in insula Trixoniae exiliatis remanens, et an. 1305 disputationem cum Armenis non unitis Sis habuit. An. 1307 cum epistola Fr. Iohannis de Monte Corvino Patavium in Gallia rediit, ubi ante Summum Pontificem et Cardinales in publico consistorio penuriam missionis in Sinarum imperio pandit et novos missionarios petiit. Ab an. 1308 usque 1320 nihil amplius de B. Thoma auditur. Hoc anno una cum tribus sociis ad Sinas ire volentes Tanam appulerunt, ubi martyrium in infra narrandis circumstantiis subierunt, cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 219-21.

[2] Pauca de eodem sciuntur; natus est Paduae circa 1275-80, cf. *Il B. Jacopo di Padova dell'Ordine dei Frati Minori Missionario Apostolico....* 1275-1321, Venezia 1904.

[3] Erat Armenus vel secundum alios Georgianus, Golubovich, *Biblioteca*, II, 69-70; AF III, 597, ubi dicitur «de Tafelicio Georgianus».

[4] Clericus sine ordine sacro, dicit Franciscus de Pisa, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 70.

Digitized by Google

Senis [a] domi ut res custodiret, dicti fratres pervenerant [b] ad ipsum Cadi. Et dum sic essent coram Cadi,[c] ipse cum eis disputare cepit de fide nostra. Cum autem illi infideles sic disputarent cum fratribus,[d] dicebant Christum solum purum hominem esse et non Deum. Cum autem sic dixissent, ille, Fr. Thomas Christum esse verum [e] Deum et hominem probavit rationibus et exemplis, et in tantum eos confudit [f] saracenos,[g] quod penitus ipsi contradicere [h] non valebant.[i]

3. Tunc videns ille Cadi se sic esse confusum ab eis coram [j] populo toto, voce magna [k] clamare cepit: [l] « Et tu quid dicis de Macometo ».[m] Nunc autem istam consuetudinem habent saraceni, quod si se verbis defendere non possunt se ensibus tuentur et pungnis. Dum autem eum [n] sic interogasset Cadi, responderunt fratres dicentes: « Si tibi probamus [o] rationibus et exemplis Christum Deum verum et hominem esse qui legem dedit in terra, et Macometus [p] econtra venit qui legem contrariam illi dedit,[q] si sapiens es, quid sit de eo [r] tu scire potes optime ». Tunc ille Cadi et alii saraceni alta voce dicentes,[s] clamabant: [t] « Tu quid iterum [u] dicis de Macometo, quid dicis de Macometo »? [v]

4. Tunc Fr. Thomas respondit: [w] « Vos tantum dicere potestis [x] quod dico de eo quod tacere nimium [y] verecondabor, unde [z] ex quo me vultis respondere,[a] respondeo vobis et dico quod Macometus filius perditionis est et cum dyabolo patre eius po-

---

[a] AY om. *dimisso.... Senis*; C *amisso dicto fratre.* — [b] B *Cum autem prefati fratres*; CY om. *dicti fratres*; B *pervenere*; C *presserunt*; Y *perexerunt.* — [c] B add. *qui erat episcopus eorum.* — [d] Y *istis*; B om. *sic.... fratribus.* — [e] Y *unum.* — [f] A *confundit.* — [g] C om. *saracenos.* — [h] CY *contrarium dicere.* — [i] B loco *Cum autem sic.... valebant* habet *Quod audiens Fr. Thomas probavit multis rationibus et exemplis efficacissimis Christum verum Deum et hominem esse et fuit locutum ita alte ac rationabiliter quod confundit illos saracenos qui penitus contrarium dicere non audebant.* — [j] B *coram eis et.*; C om. *ab eis.* — [k] C om. *magna voce.* — [l] BCY add. *dicens.* — [m] CY add. *Quid dicis de Machometo.* — [n] C om. *eum.* — [o] C *probaverimus*; Y *probavimus.* — [p] A *Machometo.* — [q] BCY *isti*; C *fecit*; Y *fuit.* — [r] Y *Deo.* — [s] C om. *alta.... dicentes.* — [t] A om. *Tunc.... clamabant.* — [u] Y *in tantum.* — [v] Y om. interrogationem ultimam. — [w] C om. *Tunc.... respondit.* — [x] BCY *poteritis.* — [y] C *minime*; B *nequaquam.* — [z] Y *unum.* — [a] Y add. *vobis.*

Digitized by Google

situs [a] est in inferno ; non solum ipse, sed omnes qui tenent legem hanc et observant, cum ipsa sit pestifera [b] et falsa, tamquam [c] contra Deum [d] et animarum salutem ».

5. Hoc audientes [e] saraceni omnes alta voce [f] unanimiter clamare [g] ceperunt, dicentes : « Mori[4r]antur ! moriantur ! quia ipsi [h] malum dicunt [i] de propheta ». Ipsi autem dum sic dixissent, [j] ceperunt fratres et eos in sole duxerunt [k] ut virtute caloris intensi [l] diram [m] paterentur mortem, cum illic [n] sit tantus calor ut si quis per spacium [o] misse perseveraret in sole ipse penitus moreretur.

6. Attamen [p] illic in sole fuerunt *laudantes et glorificantes Deum* [1] a tercia usque ad nonam, semper illares et sani. Sic hoc [q] videntes saraceni inter se consilium habuerunt et ad fratres venerunt dicentes : « Volumus ignem magnum et copiosum facere [r] in quem [s] vos prohiciemus, et si sicut dicitis fides vestra ita [t] sit vera, ignis vos non comburet, si autem mala et falsa sit, [u] penitus comburemini vos ab igne ». [v]

7. Tunc fratres [w] responderunt ei [x] dicentes : « Parati sumus intrare ignem et carcerem, et quicquid vos Cadi poteris exibere, pro fide nostra semper invenies [y] nos paratos ; verumtamen scire debes, [z] si ignis nos comburet non hoc credas ex fide nostra procedere [a] sed solum ex peccatis nostris, [b] cum propter peccata nostra nos bene comburi permitteret ipse Deus, hoc semper salvo quod [c] fides nostra ita perfecta sit [d] et bona sicut in mundo [e]

---

[a] C *penitus*. — [b] BCY add. *nequam et*. — [c] BCY *totaque*. — [d] Y add. *Domini*. — [e] C *videntes*. — [f] C om. *alta voce*. — [g] B *clamabant*. — [h] B om. *ceperunt.... ipsi* ; C om. *dicentes.... ipsi*. — [i] BCY *dixerunt*. — [j] BCY loco *Ipsi.... dixissent* habent *Et tunc* (B om. *tunc*). — [k] BCY *vinxerunt* ; B add. *manibus et pedibus*. — [l] B *immensi*. — [m] BY *duram* ; C om. — [n] A *ille*. — [o] BY add. *unius*. — [p] BC *Et tamen* ; Y *Et tum*. — [q] B *Quod*. — [r] BCY *accendere*. — [s] A *in quo*. — [t] Y om. *fides vestra* ; C om. *ita*. — [u] A *sic*. — [v] B *ab eo*. — [w] B add. *in amore Dei perfecti*. — [x] BCY *eis*. — [y] A *vobis exiberim pro fide nostra poterit semper invenietis* ; B *nobis mali poteritis exhibere* (Y *facere*). — [z] BCY *unum facere* (C *scire* ; B *scias*) *debes* (A *debetis*) *quod*. — [a] B om. *procedere*. — [b] B add. *eveniet*. — [c] B om. *cum propter.... quod*. — [d] BCY *est*. — [e] BCY add. *unquam*.

---

[1] Luc., II, 20 : *glorificantes et laudantes Deum*.

Digitized by Google

esse potest.[1] Nam ab hac [a] non est in mundo [b] fides aliqua que salvum faciat [c] nisi ista ».

8. Dum sic ordinatum esset [d] quod isti fratres comburi [e] deberent, vox volavit et fama sonavit [f] per totam terram, ita quod [g] tunc omnes de dicta terra [h] tam parvi quam magni, tam homines quam mulieres ad hoc finaliter intuendum penitus occurerunt. [i] Ipsi dicti [j] fratres ducti fuerunt super medanum, id est super plateam civitatis, ubi accensus erat ignis valde copiosus. Qui dum sic accensus esset, Fr. Thomas ibat ad proiciendum se in ignem, et dum vellet [k] se proicere in ignem, quidam saracenus cepit eum [l] dicens : « Non vadas tu illuc cum sis senex, nam super te [m] aliquod experimentum habere posses, propter quod ignis te comburere non valeret, [n] sed alium ire permittas ». Tunc statim IIII^or saraceni Fr. Iacobum de Padua violenter ceperunt, eum in ignem proicere satagentes.[o] Quibus ipse dicebat : « Me permittatis quia libenter in hunc ignem prohiciam memetipsum » [4v]. Ipsi autem ad sua verba non attendentes statim in ignem eum [p] proiecerunt. Dum autem sic eum in ignem proiecissent [q] et ipse [r] in igne permaneret, [s] ignis tam magnus et altus erat, quod nullus unquam eum poterat intueri, eius tamen vocem invocantem [t] semper nomen Virginis gloriose audiebant. [u] Tunc igne totaliter consumpto, ipse Fr. Iacobus stabat super prunas letus et gaudens, cum manibus in modum [v] crucis levatis in celis, [w] Deum semper colaudando, [x] dicebatque sara-

---

[a] C om. *ab hac*. — [b] B om. *Nam.... mundo*. — [c] C om. *fides* ; CY *alia* et BCY add. *nec* (B *non*) *esse potest* ; B *que credentes salvos faciat*. — [d] B *Cum* ; BCY add. *autem* ; B *diffinitum esset per eos* ; C loco *sic* habet *sit* et om. *esset*. — [e] A *combure*. — [f] B *personuit* ; C *sonuit* ; Y *corruit*. — [g] BY *itaque*. — [h] B om. *de.... terra*. — [i] B *ad hoc spectaculum concurrerunt*. — [j] B *vero* ; Y *autem* ; C om. — [k] B add. *Fr. Iacobus* ; C add. *Fr. Matheus*. — [l] BCY add. *per capucium*. — [m] B add. *forte*. — [n] B *non combureret* ; BC *posset*. — [o] C loco *ceperunt.... satagentes* habet *in ignem proiecerunt*. — [p] BCY om. *eum* ; B om. *statim*. — [q] B *proiectus esset*. — [r] CY add. *sic*. — [s] B om. *in.... permaneret*. — [t] CY *invocantis*. — [u] B *audire ceperunt*. — [v] C *manum*. — [w] BCY *celum*. — [x] BCY *mente integra et puro corde Dominum* (B *Deum*) *semper collaudando* (B *laudans* ; Y *laudando*).

---

[1] Circa iudicia Dei, cf. *Kirchenlexicon*[2], V, 915-28.

Digitized by Google

cenis: « Venite huc per legem vestram sicut ego sum hic pro fide mea ».[a]

9. Quamquam ignis fuerit[b] ita magnus et copiosus, nichil tamen de eo lesum vel combustum[c] fuit inventum. Hoc videns populus tam magnum miraculum,[d] cepit unanimiter exclamare dicens: « Isti sunt sancti, isti sunt sancti:[e] nefas est offendere eis, nam modo[f] vidimus quod fides sua sancta est et[g] bona ». Hoc dicto Fr.[h] Iacobus vocatus fuit de igne, et sic sanus et illesus exivit.

10. Tunc hoc[i] videns Cadi voce magna clamare[j] cepit dicens: « Sanctus non est, sanctus non est, sed ideo non comburitur quia tunica quam habet in dorso est de lana terre Abrahe,[k] [1] ideoque nudus expolietur et in ignem sic mittatur ».[l] Ut autem hoc finaliter compleretur, venerunt pessimi saraceni et in duplo plus[m] ignem accenderunt et tunc fratrem Iacobum exuerunt cuius corpus insuper abluerunt et ipsum optime oleo perunxerunt ut ignis maior et fortis[n] esset et forcius ageret et arderet[o] ad hoc quod ipse frater[p] cicius comburi posset; oleum in struem[q] lignorum in copiam magnam[r] deiecerunt et[s] ipsum Fr. Iacobum[t] in ignem cum impetu inpullerunt.[u] Fr. autem Thomas et Fr. Demetrius de foris stabant genibus flexis in orationibus[v] et devotionibus[w] persistentes.[x] Fr. Iacobus iterum[y] de igne exivit illesus sicut primo fecit.[z]

---

[a] BCY om. *dicebatque.... mea.* — [b] B *esset*; Y *fulcit.* — [c] BY add. *breviter.* — [d] BCY om. *tam.... miraculum.* — [e] B om. *isti.... sancti*; A *nephas.* — [f] Y *merito.* — [g] C om. *sancta et.* — [h] BCY add. *ille.* — [i] A om. *hoc.* — [j] C om. *clamare.* — [k] A *Labine.* — [l] A *mittetur.* — [m] BCY add. *quam prius.* — [n] CY om. *et fortis.* — [o] CY add. *et*; B om. *ut ignis.... arderet.* — [p] B om. *ipse frater.* — [q] C *structionem.* — [r] CY *maximam.* — [s] A add. *ut.* — [t] B om. *oleum.... Iacobum.* — [u] C *deiecerunt.* — [v] CY add. *magnis.* — [w] B *in oratione magna cum devotione.* — [x] CY add. *Et sic.* — [y] C *in*; Y om. *de.* — [z] Y *et prius*; B om. *fecit.*

---

[1] Hoc vocationi Abrahae connectitur, ex eo quod Ur, urbs e qua egreditur, idem vult ac flamma. Inde legenda narrat quod Abraham in ignem iniectus, a Deo liberatus fuit. Posterioribus temporibus lanae terrae Abrahae eadem immunitas attribuitur, Hasting, *A Dictionary of the Bible*, I, 17.

Digitized by Google

11. Hoc videns populus unanimiter clamabat dicens: « Peccatum est offendere eos quoniam [a] sancti sunt; et sic in populo rumor maximus habebatur. Hoc secundum miraculum videns lo Melic,[1] id est [b] [5r] Potestas, ad se Fr. Iacobum vocavit et eum [c] suis vestimentis fecit indui et dixit: « Videte [d] fratres, ite cum gratia Dei, quia [e] nullum malum paciemini vos a nobis, nam [f] videmus vos esse bonos homines [g] et sanctos et fidem vestram esse veram sanctam et bonam,[h] sed ut vobis securius [i] consulamus, hanc terram exeatis [j] quam cicius potestis quia ipse Cadi [k] laborat vobis auferre vitam ». Dum hoc sic diceret, complectorium [l] quasi erat; et tunc totus populus ydolatra omnesque alii stupefacti exteritique dicebant: [m] « Tot et tanta [n] mirabilia [o] videmus [p] nos ab istis, quod nescimus quid tenere debeamus et observare ».

12. Dum sic [q] dixissent,[r] lo Melic accipi [s] fecit illos tres fratres quos ipse fecit portare ultra quoddam brachium maris, per aliquantulum spacium ab illa terra distans,[t] ubi burgum unum erat et ad quod [u] ille in cuius domo iam fuerant hospitati illos asociavit, et sic in domo unius ydolatre sibi hospicium invenerunt.[v]

13. Dum autem sic illic manerent, perexit Cadi ad lo Melic dicens ei: [w] « Quid facimus? Lex Macometi destructa est nisi [x] aliud fiat, nam isti rabani franchi [y] nunc ibunt predicando per totam contratam istam et cum tot et tanta fecerunt ipsi in hac contrata que totus populus iam vidit,[z] omnes convertentur ad

---

[a] C *quia*. — [b] B *Lomelioch* et sic deinceps; Y *scilicet*; C om. *Lomelic.... est*. — [c] A *cum*. — [d] Y *vadete*. — [e] A *quod*. — [f] BCY add. *bene*. — [g] CY om. *homines*. — [h] BY add. *finaliter nos videmus*. — [i] B add. *sit*. — [j] BY *exite*; C *de hac terra exite*. — [k] BCY add. *pro posse* (C *se*) *nititur et*. — [l] B *hora completorii*. — [m] BCY *permanebant dicentes*. — [n] B add. *tam*; BY add. *magna*. — [o] B *miracula*. — [p] BY *vidimus*. — [q] C *Cum sicut*. — [r] B *dicerent*; CY add. *tunc*. — [s] B *accipere*. — [t] BC *distantis*; Y om. *distans*. — [u] YC om. *et*; B loco *ad quod* habet *tunc*. — [v] B *usque ad domum ydolatriae ubi hospitati sunt*. — [w] C om. *dicens ei*. — [x] Y *nec*. — [y] V *Rabin*; C *Robon*; BCY add. *id est* (Y *scilicet*; C *isti*) *viri religiosi*. — [z] A *vadit*.

---

[1] Vox Malik sc. Rex apud mahumeticos Indianos in usu erat, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 122, n. 1.

Digitized by Google

eos et sic lex Macometi [a] ulterius non valebit. Verumtamen ut [b] non totaliter sit destructa,[c] tu unum scire debes, quod Macometus precepit in Alcoram, id est [d] in lege sua, quod si aliquis unum interfecerit christianum [1] qui diceret malum de Macometo et de lege nostra,[e] tantum meritum ipse haberet ac si iret ad Mecam,[f] id est ad locum ubi manet [g] Macometus ».[2] Ad quam Mecam [h] sic vadunt saraceni sicut christiani pergunt ad sepulcrum. Tunc lo Melic respondit Cadi dicens : [i] « Vade et fac [j] sicut tu vis ».

14. Hoc dicto, statim ille Cadi accepit [k] IIII^or^ homines armatos [l] ad interficiendum istos [m] fratres, qui dum sic transissent quamdam aquam facta est nox, et sic facta [n] illo sero non potuerunt eos invenire [5v]. Statimque lo Melic fecit capi omnes [o] christianos qui erant in terra et eos carceri mancipavit. Cum autem esset perventum ad dimidium noctis, tunc [p] fratres ut dicerent matutinum, surexerunt ; et tunc [q] homines qui mis[s]i fuerunt [r] ad eos, illos invenerunt et eos extra terram sub arbore quadam adduxerunt.

15. Dum sic illos adduxissent [s] eis dicebant : « Vos scire debetis quod mandatum habemus ab ipso Cadi et [t] lo Melic ut interficere vos debeamus, quod tamen adimplemus nos invite,[u] cum sitis [v] boni [w] homines et sancti, sed tamen [x] aliter facere non valemus. Nam si sue [y] non obediremus iussioni, nos cum liberis

---

[a] B add. *ad* ; Y add. *aliquid*. — [b] A om. *ut*. — [c] B *destruatur*. — [d] Y *scilicet*. — [e] BCY om. *qui diceret.... nostra*. — [f] BCY add. *Unum* (C *unde*) *scire vos* (C om. *vos*) *debetis quod Alchoran lex sarracenorum est sicut christianorum est lex Evangelium*. — [g] BCY *Mecha est locus ubi iacet*. — [h] CY add. *vel locum* ; B *Ad quem locum*. — [i] C om. *dicens*. — [j] BCY *facias*. — [k] C *cepit*. — [l] BCY add. *ut irent*. — [m] C om. *istos*. — [n] BCY om. *facta*. — [o] Y add. *illos*. — [p] B om. *tunc*. — [q] C *cum*. — [r] BCY *fuerant*. — [s] BCY *Dum autem sic* (B om. *sic*) *illuc* (Y *illi*) *adduxissent* (B *adducti fuissent*). — [t] A hab. *co*. — [u] C om. *nos* ; B *inviti*. — [v] A *scitis*. — [w] Y *vita bona*. — [x] BCY add. *nos*. — [y] B *eorum*.

---

[1] Haec in Alcorano non sunt, cf. De Sokolnicki, *Mahomet législateur des femmes, ses opinions sur le Christ et les chrétiens*, 110-20.

[2] Circa mortem et sepulturam Mahometi Medinae, cf. W. Muir-Weir, *The Life of Mahammad from original Sources*, 497-506.

Digitized by Google

nostris et mulieribus[a] moriremur penitus ».[b] Hiis[c] isti fratres responderunt sic, dicentes: « Vos qui huc venistis[d] ut per mortem temporalem vitam eternam valeamus adipisci, quod vobis est preceptum, facite diligenter.[e] Nam pro fide nostra et amore domini nostri Iesu Christi, que nobis adhibetis[f] nos tormenta parati sumus viriliter substinere ».

16. Unde sic illis[g] audacter respondentibus,[h] christianus ille qui eos associaverat et illi IIII^or^ homines mali[i] multum ad invicem altercabant. Nam eis respondebat christianus et dicebat : « Si gladium aliquem ego haberem, aut quod vultis[j] non fieret aut[k] cum ipsis necem[l] mihi finaliter vos daretis ». Tunc illi fecerunt fratres statim spoliari, fraterque Thomas iunctis simul[m] manibus in modum crucis capitis abscissionem suscepit.[n] Sed Fr. Iacobum unus percussit in capite et eum usque ad oculos scidit,[o] statimque sibi capud abscidit.[p] Fr. Demetrius autem uno gladio in mamilla fortissime[q] fuit percussus et exinde sibi capud fuit abscis[s]um.[1]

17. Dum autem sic ex martirio suo[r] animas Deo dedissent, statim aer[s] clarus et[t] lucidus est effectus, quod cuncti fortissime mirabantur ; et similiter luna maximam ostendit claritatem et splendorem. Statim autem post hoc, tot et tanta tonitrua et fulmina[u] atque coruscationes evenerunt quod pene omnes mori finaliter se cre[6*r*]debant. Navis etiam[v] que debebat portare eos Polumbum et[w] portavit eos[x] usque ad Tanam[y] contra

---

[a] CY *uxoribus.* — [b] B *nos et uxores et liberi nostri penitus moriemur.* — [c] A *Hinc*; B *Tunc.* — [d] BC om. *Vos.... venistis.* — [e] Y om. *diligenter.* — [f] A *adhibemus.* — [g] B *sic autem*; Y *istis.* — [h] B add. *constanter*; BY *constantius.* — [i] B *armati.* — [j] B add. *facere.* — [k] BCY add. *me.* — [l] BCY *neci* et om. *michi.* — [m] A *sibi.* — [n] B *promeruit.* — [o] A *scindit*; B *cum.... scinderet.* — [p] BC om. *sibi*; A *abscindit.* — [q] C *fortiter.* — [r] C om. *suo.* — [s] BCY add. *ita.* — [t] Y add. *ita.* — [u] C *flumina.* — [v] CY add. *illa.* — [w] B om. *Navis.... Polumbum et.* — [x] ACY *portati sunt* (CY *fuerunt*). — [y] A *Tonam*; Y *Canam*; B add. *civitatem.*

---

[1] Pro martyrii genere, cf. etiam AF III, 604-6. Dies autem supplicii fuit 9 aprilis 1321; martyrium vero Petri de Senis locum habuit 11 aprilis, cf. Bihl-Moule, *De duabus epistolis*, ap. AFH XVI, 95-96.

Digitized by Google

velle suum [a] taliter fuit submersa quod de ea et de gentibus [b] que erant in ea nichil [c] breviter scitum fuit.[d]

18. Mane autem facto misit Cadi nuntios accipere [e] res illorum fratrum, et tunc [f] inventus fuit Fr. Petrus de Senis, trium aliorum [g] fratrum socius. Quem sic [h] cum reperissent eum ceperunt et ipsum duxerunt ad Cadi. Quem ipse Cadi et alii saraceni alloquentes sibi maxima promittebant,[i] si fidem suam vellet abnegare et illam [j] Macometi integraliter confiteri.[k] Dum ipsi autem sic loquerentur ipse de eis truffabatur. Et quia non sciebat linguam, faciebat sibi crucem cum digitis et obsculabatur eam et levabat oculos suos ad celum. Eo autem sic faciente dixerunt saraceni : « Ecce ostendit per signa quod non vult relinquere fidem suam ». Et ideo ipsum tormentare ceperunt a mane usque ad meridiem, diversis generibus tormentorum. Et postea eum [l] super quamdam arborem suspenderunt in qua a nona [m] usque ad vesperam ipse permansit. Cum autem ad vesperum fuisset perventum,[n] de arbore ipsum acceperunt sine aliqua lesione de mundo.[o] Hoc illi [p] videntes ipsum per medium diviserunt ; et sero [q] facto de eo nichil breviter fuit inventum.[r] Verumtamen uni persone fide digne fuit revelatum quod Deus occultaverat eius corpus usque ad certum tempus, in quo [s] cum sibi placuerit ipse illud manifestabit.

---

[a] B *nautarum.* — [b] CY *omnibus.* — [c] CY add. *unquam.* — [d] B loco *taliter.... fuit* habet *Et postea divino nutu fuit submersa cum omnibus que in illa erant, quod vero postmodum quo*[*modo*] [*e*]*venerit scitum fuit.* — [e] ACY *acceptum.* — [f] B om. *tunc.* — [g] B *illorum.* — [h] C om. *sic.* — [i] B loco *sibi.... promittebant* habet *multa sibi donaria dare et mortem evadere.* — [j] B *legem et fidem.* — [k] A *confirmare.* — [l] BCY loco *et quia non.... postea eum* habent *et eos mirabiliter deridebat. Eo autem sic ipsos diridente, ipsum tormentare ceperunt a mane usque ad meridiem diversis generibus tormentorum. Quod quamquam sic ei inferrent, semper tamen in fide immobilis permanebat et constanter* (C *constans*) *illorum* [*fidem*] *falsam ostendendo et eam viriliter destruendo* (B *quod vero ut lapis immobilis permanebat et constans eorum fidem ac legem falsam ostendens*). *Cum autem* (B *quem*) *videntes sarraceni a sua non velle* (B *nolle*) *discedere voluntate illum.* — [m] A *tertia.* — [n] CY *noctem fuit* ; B *nocte superveniente.* — [o] B *incolumem et sine ulla lesione persistentem.* — [p] A *illum* ; B *Quod.* — [q] BCY *mane* ; B add. *autem.* — [r] B *nihil de eius corpore invenerunt.* — [s] Y add. *tamen.*

Digitized by Google

19. Ut autem omnipotens Deus ostenderet quod eorum anime iam regna celestia optinebant, illo die quo isti [a] beatissimi [1] fratres [b] gloriosi martires sunt effecti,[c] lo Melic se dormitioni dedit; qui dum sic in lecto dormiret,[d] ecce sibi apparuerunt martires isti gloriosi lucidi ut sol et splendidi, singuli enses [e] in suis manibus tenentes [f] et super lo Melic taliter [g] eas vibrantes ac si dividere voluerunt ipsum totum. Quod videns [h] lo Melic voce sic alta cepit exclamare,[i] quod ad eius clamorem tota eius [j] familia occurrit festinanter, [6v] petens ab eo quid ipse haberet atque vellet. Cum [k] ipsum sic [l] interrogassent ipse respondit dicens: « Illi raban franchi quos interfeci,[m] huc ad me venerunt, suis ensibus quas habebant occidere volentes me ». Ideoque [n] lo Melic misit pro Cadi cui totum quod [o] acciderat [p] enaravit, consulens ipsum [q] quid de hoc finaliter [r] esset [s] peragendum, cum se crederet ab eis [t] penitus interimi.[u] Tunc Cadi sibi consuluit ut pro eis magnam ellemosinam faceret,[v] si vellet evadere [w] de istorum manibus interfectorum.[x] Tunc statim misit pro illis [y] christianis quos ipse in carcere detinebat. Qui cum venissent ad eum, ipse indulgenciam ab eis de eo quod eis fieri [z] fecerat humiliter postulavit, faciens se socium eorum et fratrem. Hoc [a] facto, tunc precepit ut [b] si quis unquam offenderet aliquem christianum, ipse penitus moreretur; et sic omnes illesos permisit abire. Post hoc autem [c] lo Melic [d] IIII^or^ mo-

---

[a] CY om. *isti*. — [b] B om. *isti.... fratres*. — [c] CY add. *ille*. — [d] B om. *qui.... dormiret*. — [e] ACY *singulos*; A *ensibus*. — [f] BCY *retinentes*. — [g] A *totaliter*. — [h] CY add. *ipse*. — [i] B add. *ita*. — [j] CY *ipsius*. — [k] CY *Dum*. — [l] Y *autem*. — [m] BC *feci interficere* A infra *quos*. — [n] B *Qui*; C add. *ipse*. — [o] Y add. *sibi*. — [p] B add. *et quod viderat*. — [q] A om. *ipsum*. — [r] B om. *de.... finaliter*. — [s] C add. *faciendum vel*. — [t] B *per eos*. — [u] BCY *interire*. — [v] C om. *magnam*; BCY *exhiberet*. — [w] A om. *evadere*. — [x] B om. *interfectorum*. — [y] B om. *pro illis* quod A repetit. — [z] C om. *fieri*. — [a] YC add. *autem*. — [b] B *quod*. — [c] CY add. *ipse*. — [d] CY add. *eis*.

---

[1] Solus cultus B. Thomae de Tolentino approbatus est ab Ecclesia 10 iulii 1894, et eius officium apud fratres Minores die 9 aprilis fit. Pro titulo « *Beatus* » et « *Sanctus* » et quibus hoc tempore a scriptoribus dabatur cf. B. Kruitwagen, *Een Arbor Seraphicae Sanctitatis*, ap. *Franciscana*, VII, 1924, 99-104.

Digitized by Google

schetas, id est [a] IIII^or ecclesias, fecit hedificari, in quarum qualibet quosdam sacerdotes [b] fecit comorari.

20. Audiens autem ipse [c] Imperator Dehli [d] [1] istos fratres talem subiisse penam,[e] misit et ordinavit ut ipse lo Melic penitus caperetur et [f] vinctis manibus ad eum duceretur. Qui cum ante eum sic [g] fuisset adductus, eum interrogabat [h] quare mori fecerat tam crudeliter illos fratres. Cum autem sic interogatus fuisset,[i] respondit ei: « Istos fratres sic mori permisi,[j] quia ipsi subvertere volebant legem nostram et malum etiam dixerunt de propheta ».[k] Tunc sic [l] dixit Imperator: « Tu crudelissime canis,[m] cum vidisti quod Deus bis [n] liberaverat eos ab igne, quomodo fuisti sic ausus ut eis talem inferres mortem »? Hec dum sic [o] dixisset eum cum tota sua familia per medium scindi fecit, et quia ipse talem [p] mortem istos fratres in suum martirium [q] fecit sustinere, hoc ipse passus fuit in suum [r] tantummodo detrimentum.[s]

21. In hac autem contrata consuetudo quedam observatur; [t] nam nunquam corpus aliquod sepellitur, sed ipsa corpora solum in campaneis dimittuntur [u] et ex nimio calore cito consumuntur et [v] destruuntur [2] [7r]. Unde [w] corpora eorum fratrum bene quatuordecim diebus illic fuerunt in sole, et ita recensia et integra sunt inventa sicut erant [x] illa die qua passi fuerunt suum martirium gloriosum. Sic autem videntes qui in civitate erant [y] christiani, sua corpora receperunt [z] et [a] postea sepulture [b] tradiderunt.[3]

[a] Y *scilicet.* — [b] BCY add. *sarracenos.* — [c] Y om. *autem*; BC om. *ipse.* — [d] B *eorum nomine Dodoli*; A *Dodili*; C *Dadali*; Y *Doldali.* — [e] BCY *sententiam.* — [f] CY add. *ipse.* — [g] B om. *ante.... sic.* — [h] B *cepit interrogare.* — [i] B om. *Cum.... fuisset*, habet *Qui respondit.* — [j] B om. *istos.... permisi.* — [k] B add. *scilicet propheta.* — [l] BCY *sibi.* — [m] A *dicis.* — [n] A om. *bis.* — [o] B *Hoc cum.* — [p] CY om. *ipse*; C add. *sententiam et.* — [q] Y *meritum.* — [r] Y om. *in suum* et *modo.* — [s] B loco *quia ipse.... detrimentum* habet *iussit et sic punitus fuit.* — [t] B om. *quedam observatur.* — [u] C *deponuntur.* — [v] B add. *nimio ibi existente calore cito.* — [w] C *sed*; Y *verum.* — [x] B om. *erant*; C *fuerunt.* — [y] BCY *illa terra aderant.* — [z] BCY *acceperunt.* — [a] BCY *que.* — [b] B add. *honorifice.*

[1] Dehli Sultanus hoc tempore erat Ghiyás-ud-din-Tughlak, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 127, n. 1.

[2] Cf. Domenichelli, *Sopra la Vita*, 301.

[3] Scripsit Fr. Iordanus, AF III, 606-607: « Corpora autem priorum trium martyrum per tres dies adeo intacta a feris et avibus et penitus

Digitized by Google

22. Tunc ego Fr. Hodoricus de suo sciens martirio glorioso, illuc ivi, et [a] sua corpora ego accepi [b] que iam tradita fuerunt sepulture, quia per sanctos suos [c] Deus multa et magna miracula [d] operatur,[e] per istos voluit potissime operari.[f] Nam ego Fr. Hodoricus cum ossa istorum fratrum sic accepissem, copertis tovaleis [1] alligassem, ipsa in Indiam superiorem [g] ad unum locum Minorum [h] fratrum cum [i] socio [2] et [j] famulo deferrebam. Dum autem sic ea portarem, in domo cuiusdam habui hospitari,[k] et ipsa ossa, ymo [l] sancte reliquie dici debent,[m] supposui capiti meo et deinde dormitioni me apposui.[n] Et dum sic dormirem, ipsa domus a saracenis subito fuit accensa ut me [o] facerent mori alta voce populi universi.[p] Nam hoc est Imperatoris preceptum ut cuius domus accenditur, ipse penitus moriatur.[q] Ipsa [r] sic accesa, socius meus cum famulo exivit domum,[s] me in ea [t] cum ossibus remanente. Qui dum sic essem in domo, ea [u] ardente, ossa eorum fratrum [v] accepi et in uno angulo ipsius [w] me aptavi. Sic autem igne domum [x] comburente, tres anguli ipsius domus fuerunt combusti,[y] illo solo in quo eram remanente. Me autem sic in illo angulo residente,[z] ignis desuper me aderat, non me

[a] A *ad.* — [b] BCY *recepi.* — [c] A om. *per.... suos.* — [d] CY *mirabilia.* — [e] B *operatus est*; A *pro istos.* — [f] B om. *per istos.... operari.* — [g] B *inferiorem.* — [h] BCY add. *nostrorum.* — [i] BCY add. *uno.* — [j] C add. *uno.* — [k] C (*cuiusdam*) *hospitarii.* — [l] BCY add. *potius.* — [m] B om. *dici debent.* — [n] BCY *dedi.* — [o] A om. *me.* — [p] B add. *fratrem unum.* — [q] B *omnes ibi existentes penitus moriantur.* — [r] C add. *autem*; BC *domo.* — [s] C *foras.* — [t] C *domo.* — [u] Y *iam*; B add. *totaliter.* — [v] B *sanctissima*; C add. *ego.* — [w] BC add. *domus.* — [x] C *igitur domo.* — [y] A add. *in.* — [z] C *resistente.*

incorrupta, immo singulari modo manserunt alba et pulcra, ac si fuissent omnino balsamata. Propter timorem tamen Mellici et Cardini longo tempore steterunt corpora inhumata, quosque ego Fr. Iordānus suasu christianorum in Paroth ivi et post baptismum quatuor infidelium rediens in Tana ossa ipsa, ut melius potui, recolligi feci ac suspiriose sepelivi ».

[1] Vox italica est tovaglia quae mantile designat.

[2] Fr. Iacobus Hibernicus, cf. Golubovich, *Biblioteca*, III, 393; sed Fr. Michael Venetus quem idem cl. Auctor, ibid., 393-94, inter socios B. Odorici vult, ex eis non fuit ut ex textu relationis patet, et etiam ex textu apud AF III, 503.

Digitized by Google

ledens neque ipsius domus angulum comburens. Quamdiu autem in domo [a] cum istis [b] ossibus permanebam, ignis nunquam descendebat sed ad modum crucis [c] ipse desuper residebat. Cum [d] domum egressus fuissem, tunc autem [e] ipsa totaliter fuit combusta, et non solum ipsa sed multe alie [f] que illi contigue videbantur ; [g] et sic inde illesus exivi.

23. Aliud quoque [h] insuper evenit quod michi accidit in eundo. Nam dum sic per mare cum istis ossibus [i] irem ad unam civitatem [j] que vocatur Polumbum,[k] ubi piper nascitur habundanter, nobis defecit [l] [7*v*] totaliter ventus ; quapropter venerunt ydolatre suos deos clamare et [m] adorare ut eis prosperum ventum exhiberent, quem tamen illis dare non potuerunt.[n] Deinde venerunt saraceni, et ut etiam ventum haberent multum laboraverunt, et tamen [o] illum [p] habere minime potuerunt.[q] Inde [r] michi et socio meo preceptum fuit ut orationes Deo fundere [s] deberemus quatinus nobis finaliter exiberet.[t] Qui si haberi posset,[u] nobis honorem maximum exiberent. Et ut alii intelligere non possent,[v] ille rector navis armenice [w] fuit locutus dicens : « Si ventus haberi non possit, hec ossa prohicimus [x] in mare ». Tunc [y] ego hec et socius [z] audientes, orationes facimus [a] ipsi Deo. Qui videntes ventum [b] haberi non posse, ad honorem [c] Virginis gloriose multas missas promisimus [d] cellebrare, si ventum possemus in aliquo nos habere.[e] Cum autem ventum minime habere nos [f] poteramus, tunc accipiens ex ossibus istis unum, ipsum [g] dedi famulo nostro ut iens ad caput navis ipsum in

---

[a] C om. *in domo.* — [b] B add. *sanctis.* — [c] BCY *aeris.* — [d] CY add. *autem.* — [e] BCY om. *autem.* — [f] B *perplures.* — [g] A *continue* ; B *erant* ; C *contigebantur.* — [h] B *quippe* ; C *quidem.* — [i] B om. *ossibus* ; C add. *ut* ; CY *ego.* — [j] B om. *ad.... civitatem.* — [k] B *Polimbum* ; C *Pobulum* ; Y *Polumpum.* — [l] AV *defficit.* — [m] YB om. *clamare et.* — [n] CY *minime* (B *nullatenus*) ; A *potuerant.* — [o] Y *tum.* — [p] CY add. *suis supplicationibus.* — [q] AV *nunquam* ; B om. *Deinde.... potuerunt.* — [r] BCY *Deinde.* — [s] BCY *ad Deum* ; B *facere.* — [t] B add. *ventum* ; C *exhiberetur.* — [u] B *obtinerem.* — [v] B om. *non possent.* — [w] C *amice* ; Y *armorice.* — [x] B add. *et vos* ; BCY *prohiciemus* ; A hab *in mari.* — [y] C om. AV *Cum.* — [z] CY om. *hec* ; B om. *et socius.* — [a] CY *fecimus.* — [b] A *non tamen.* — [c] B om. *Qui.... honorem.* — [d] A *proposumus.* — [e] C om. *celebrare.... habere.* — [f] A *non.* — [g] C om. *ipsum.*

Digitized by Google

mari prohiceret festinanter.[a] Tunc ipso osse sic in mari proiecto, statim nobis ventus ita bonus et prosper effectus[b] est, quod nunquam nobis defecit, donec nos fuimus[c] ad portum ad quem[d] meritis istorum fratrum[e] devenimus cum salute.

24. Cum autem illic[f] in Polumbum fuerimus[g] nos ad portum, aliam navim nomine Çocum[h] nos ascendimus, ut iam dictum est,[1] ut in Indiam superiorem nos irremus[j] ad quamdam civitatem[k] Çaitum,[l] in qua sunt duo loca nostrorum fratrum, ut ibi istas sanctas reliquias poneremus.[m] [1] Nunc autem in ista navi erant bene septingenti[n] inter alios homines et mercatores. Nunc ydolatre[o] hanc consuetudinem in se habent: nam[p] antequam ipsi applicent ad portum per totam navem inquirunt ut videant quid in ea est,[q] si ibi ossa[r] mortuorum essent. Que si[s] ipsi reperirent illa, in mari proicerent statim; et habentibus illa, mortis periculum magnum[t] immineret.[2] Cum autem sic inquirerent,[u] licet in magna fuerint quantitate, nunquam[v] in aliquo tamen[w] invenire potuerunt.

25. Sic autem dante Deo illa[x] ad loca nostrorum fratrum tullimus [8*r*] diligenter, ubi cum honore et maxima reverencia fuerunt posita condecenter.[y] Et sic multa alia[z] operatur omni-

---

[a] B add. *Mirabile dictum.* — [b] AV habent *et perfectus.* — [c] CY *accessimus*; B om. *nos fuimus.* [d] B om. *ad quem.* — [e] B loco *istorum fratrum* habet *sanctorum martirum acquisitum.* — [f] A *illuc*; C *illi*; B om. — [g] YB *fuimus.* — [h] C *Concluum*; Y *Lonclum*; B om. — [i] B om. *ut.... est.* — [j] Y *venimus.* — [k] C add. *nomine.* — [l] B *Cayton*; Y *Zaiton.* — [m] B om. *ad quamdam.... poneremus.* — [n] A *septuaginta.* — [o] Y add. *isti.* — [p] C om. *ydolatre.... nam.* — [q] BC add. *maxime.* — [r] Y *sibi*; C *corpora.* — [s] A *et* et paulo post *in mari.* — [t] C om. *mortis*; CY *maximum.* — [u] CY *requirerent*; B *perquirerent.* — [v] B add. *ea Deo operante.* — [w] Y *tum*; B om. *in.... tamen.* — [x] A om. *illa.* — [y] B *Cum autem pervenissent ad portum, intravere quamdam civitatem nomine Cairon in qua sunt duo loca fratrum Minorum et ibi sanctas reliquias has cum honore et reverencia condidere.* — [z] B add. *et* (*alia*) *magna.*

---

[1] Cf. supra, cap. IV, n. 1 et infra, cap. XXI.

[2] Sicut pro Fr. Iohanne de Plano Carpini et Rubruc vidimus, sic pro navibus in Sinas appulsis fiebat, sicut praeter Odoricum etiam Ibn Batuta narrat, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, IV, 115-16.

Digitized by Google

potens Deus per istos sanctos fratres;[a] cum adhuc[b] habeantur[c] apud ydolatras et saracenos. Nam cum ipsi morbo aliquo detinentur vadunt ad accipiendum[d] de terra illa, in qua fuerunt interfecti, illam abluentes. Que cum sit lota, ipsam[e] bibunt[1] et statim ab infirmitatibus suis totaliter liberantur firmissime.[f]

De nemore Minibar, ubi nascitur piper et quomodo. CAP. IX.

1. Ut autem sciatis[g] quomodo habeatur piper, sciendum est quod in imperio[h] quodam, ad quod[i] applicui nomine Minibar,[j][2] nascitur ipsum piper, et non est in aliqua parte mundi nisi ibi.[k] Nemus enim in quo nascitur ipsum piper[l] continet in se bene 18 dietas, et in ipso nemore sunt due civitates, una nomine Flandrina,[3] altera vero Çinglin.[m][4] In[n] ista Flandrina habitancium aliqui sunt iudei, aliqui vero christiani. Inter has duas civitates bellum[o] semper habetur, ita tamen quod christiani semper superant et vincunt iudeos.

2. In hac autem contrata habetur piper per istum modum: nam primo nascitur in folia de elere,[p] que folia iuxta magnos arbores plantantur, sicut hic nostre ponuntur vites. Hec folia producunt fructum ut uvarum racemi producuntur; in tanta

---

[a] B *propter istorum sanctorum fratrum merita gloriosa.* — [b] A om. *(ad)huc.* — [c] B add. *Nam consuetudo est ibi apud illos.* — [d] CY *et accipiunt.* — [e] Y *ipsa illam.* — [f] CY om. *firmissime*; B *et sani facti sunt*; V om. *totam martyrii historiam*; A add. alt. manu: *Hic explicit martirium et passio quatuor fratrum Minorum.* — [g] CY *sciamus.* — [h] A *piperio*; C *nemore.* — [i] B loco *Ut autem.... quod* habet *Noveritis quod ego.* — [j] B *Numbar*; C *Mumbar*; Y *Mimbar.* — [k] B *Et non est* (A om. *est*) *illo excepto ita bonum in aliqua parte mundi.* — [l] C om. *et non.... piper.* — [m] B *Cingalum.* — [n] A *que.* — [o] Y add. *intestinum.* — [p] Vox latina est hedera; Y *quasi heleree.*

---

[1] Hic usus pro salute recuperanda quoad terram S. Thomae generalis erat, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 132, n. 2.

[2] Malabar, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 132-33; n. 3; Hallberg, 347-49.

[3] Fandaraina aut Pandarani, cf. ibid., 133, n. 1; Hallberg, 206.

[4] Granganore, ibid.; Hallberg, 477.

Digitized by Google

autem producuntur [a] quantitate quod quasi [b] videntur frangi. Cum ipsum autem maturum est,[c] viridis est coloris, et sic vindemiatur [d] sicut hic vindemiantur uve, ponendo illud [e] in sole ut desiccetur. Quod cum desiccatum est, ipsum in vasis colocatur. In hoc etiam nemore sunt flumina, in quibus sunt multe male cocodrie,[f] id est [g] serpentes.

De civitate Polumbo [h] ubi bos pro deo adoratur, de cuius urina Rex et Regina illius terre omni mane, cum exit de stabulo, lavant facies suas, et de eius stercore sibi pectus ungentes. CAP. X.

1. A capite nemoris huius [i] versus meridiem civitas quedam habetur nomine Polumbum, in qua nascitur çinçiber, melius quod [j] in mundo nascatur.[1] Et tot et [k] tanta mercimonia in ista civitate sunt quod multis incredibile videretur.

2. Omnes in hac contrata adorant bovem pro deo suo, dicentes ipsum esse quid [l] sanctum, quem [m] faciunt sex annis laborare; in septimum [n] est in comuni. Hunc autem ritum in se continent et observant.[o] Nam quolibet mane accipiunt duo bacilia de [8*v*] auro vel argento, que quando dimittunt bovem ipsum de stabulo ponunt sub illo. In uno quorum accipiunt urinam, in altero quoque [p] immundiciam aliam. De [q] urina lavant facies suas, de altera vero immundicia ponunt primo in medio visus in uno loco, deinde in ambabus sumitatibus gennarum et postea in medio pectore. Ita [r] in quatuor locis ipsi ponunt. Quod cum sic fecerunt [s] dicunt se fore sanctificatos. Et sicut [t] facit populus sic et Rex et Regina.

---

[a] Y *producunt*; BC om. — [b] V *quandoque*. — [c] Y *erit*. — [d] C om. *et.... vindemiatur*. — [e] AV *illum*. — [f] Italica locutio pro crocodillus. Omnes codices diversum habent modum hoc verbum scribendi, sed apud omnes manifestatur italicum verbum «cocodrillus». — [g] B *et*; Y *scilicet*; BY add. *multi mali*. — [h] C *Papulo*. — [i] CBY *istius*. — [j] AV *quam*. — [k] C om. *tot et*. — [l] Y *quasi*. — [m] AV (*esse*) *Deum quem sanctum*. — [n] CY add. *positus*. — [o] BY add. *qui est abhominabile*. — [p] BY *vero*. — [q] V *cum*. — [r] BCY add. *quod*. — [s] B *Quo facto*. — [t] V *sic*.

---

[1] Quilo, ibid., 137, n. 1; Hallberg, 153-56.

Digitized by Google

3. Hii similiter aliud [a] ydolum adorant quod est per medium homo et medium [b] bos. Hoc ydolum per os respondet [c] quod multociens sanguinem quadraginta virginum [d] petit et requirit; huic ydolo ita homines et mulieres vovent suos filios et filias dare, sicut homines et mulieres vovent hic suos filios et [e] filias alicui religioni.[1] Et sic per istum modum homines interficiunt filios suos et filias [f] ante istud ydolum, ut sibi eorum sanguis ymoletur.[g] Unde multi moriuntur isto modo. Sic autem multa [h] facit populus iste que scribere et audire abhominatio quedam esset. In hac [i] insula multa alia habentur et nascuntur que scribere non multum expedit.

4. Aliam consuetudinem pessimam [j] habent etiam ydolatre huius regni: nam quando homo aliquis moritur, ipsum comburunt mortuum, et si uxorem habet ipsam [k] comburunt vivam, cum dicunt eam ire ad manendum cum viro [l] suo in alio mundo. Si autem mulier filios habet ex marito suo, cum eis manere potest si vult, quod sibi ad verecundiam non reputatur.[m] Si autem mulier moreretur ante virum,[n] lex aliqua non imponitur viro,[o] cum possit aliam si vult in [p] uxorem accipere.

5. Alia etiam consuetudo illic habetur: nam mulieres vinum bibunt, homines vero non. Mulieres [q] sibi faciunt radi visum et barbam, homines vero non. [r] Et sic de multis aliis mirabilibus [s] et bestialibus que illic fiunt, que scribere non expedit [t] multum.

---

[a] AV *alium.* — [b] V om. *per*; CY *dimidium.... dimidium.* — [c] B add. *et petit.* — [d] B *quod detur sibi ad bibendum sanguinem virgineum.* — [e] C *sicut nos vovemus filios nostros vel.* — [f] Y om. *dare sicut.... filias.* — [g] V add. *secundum dictum prophete: Imolaverunt filios et filias demoniis* [Ps. CV, 37]. — [h] C add. *alia.* — [i] CY add. *etiam.* — [j] C om. *pessimam.* — [k] V add. *post ipsum*; C om. *ipsam.* — [l] BCY *marito.* — [m] Y om. *quod sibi.... reputatur.* — [n] BCY om. *ante virum.* — [o] AV *imponit.* — [p] AV *similiter.* — [q] Y add. *etiam.* — [r] C om. *Mulieres sibi.... non.* — [s] A *mulieribus*; B om. — [t] V *curavi.*

---

[1] Hic manifeste de pueris oblatis agitur, cf. Chevalier, *Repertoire, Topo-bibliographie*, 2167; Oliger, *De pueris oblatis*, ap. AFH VIII, 1915, 389-447; X, 1917, 271-88.

Digitized by Google

6. Ab hoc regno sunt x diete usque ad unum aliud regnum nomine Mobar,[a] [1] quod est multum magnum [9r] regnum, habens sub se multas civitates et terras. In hoc autem regno positum est corpus B. Thome Apostoli;[2] ecclesia cuius est plena ydolis multis; penes etiam quam[b] sunt forte etiam xv domus nestorinorum[c] christianorum, qui nequissimi[d] sunt heretici.

De idolo mirabili quod in predictis partibus adoratur, quod in maxima reverentia habetur apud illos. Cap. XI.

1. Similiter in regno isto[e] est unum ydolum mirabile valde quod omnes contrate Indie multum reverentur. Nam ipsum est magnum quantus S. Christoforus comuniter depingitur a pictoribus,[3] et est totum de auro puro, positum super unam magnam[f] cathedram que etiam est de auro, et habet ad collum unam cordam de lapidibus preciosis. Que autem corda precium maximum[g] valet.[h] [4] Ad hoc ydolum adorandum vadunt[i] gentes de longinquo, sicut christiani occurrunt[j] ad sanctum Petrum.

2. Ipsorum autem ad ydolum venientium alii cum corda[k] pergunt, alii[l] cum manibus super unam tabulam ad collum ligatam; alii cum[m] cultello in brachio fixo et non movent[n] usque quod[o] perveniunt[p] ad ydolum, ita quod[q] postea totum bra-

[a] AV *Mebor.* — [b] A *cuius.* — [c] C *nostrorum*; AV om. *nestorinorum.* — [d] BCY add. *et pessimi.* — [e] AV om. *isto.* — [f] V om. *magnam.* — [g] YBC add. *multum et*; BC *magnum.* — [h] BCY add. *Eius ecclesia tota est de auro puro, nam tectum totum est de auro, similiter* [B om.] *et pavimentum.* — [i] BCY *concurrunt.* — [j] CY add. *de longe*; BCY *vadunt*; V *currunt.* — [k] BY add. *ad collum.* — [l] A add. *vero.* [m] A om. *cum.* — [n] BY *removent*; C *remanent.* — [o] CVY *quo.* — [p] C *pervenerint*; Y *pervenerunt.* — [q] A om. *quod.*

[1] Regio Coromandel, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 141, n. 1; Hallberg, 320-23.

[2] Circa hanc traditionem, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 141-42, n. 2; III, 251-53, n. 4; F. A. D' Cruz, *St. Thomas, the Apostel in India*; Dahlmann, *Die Thomaslegende*; Väth, A., *Der H. Thomas der Apostel Indiens*; J. Kirtland Wright, *The Geographical Lore*, 275.

[3] Cf. supra relat. Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XXIV, n. 5.

[4] Circa ecclesiarum opulentiam, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 143, n. 2.

Digitized by Google

chium habent [a] marcidum ; alii autem etiam [b] aliter facientes. Nam exeuntes domum suam faciunt tres passus, in quarto autem faciunt unam veniam [c] [1] ita longam super terram sicut unus illorum esset. Accipiunt insuper thuribulum cum incenso et igne, adolentes desuper illam longitudinem venie [d] ipsius ; sic etiam faciendo usque ad ydolum vadunt ipsi. Unde bene tempore magno aliquando differunt ire ad ydolum ipsum, et sicut dictum est semper faciendo vadunt. Cum autem sic vadunt volentes aliquid facere, signum unum faciunt illic ubi faciunt hoc, ut sciant quantum processerunt.[e] Hoc autem ipsi sic continuant, donec ad ipsum ydolum [f] devenerunt.[g]

3. Apud autem ecclesiam ydoli huius est unus [h] lacus manu [i] factus, ad quem accedentes peregrini prohiciunt in ipsum [j] aurum vel argentum aut aliquos lapides preciosos, et hoc faciunt in honorem [k] ydoli huius et ecclesie edificationem. Unde multum aurum et argentum lapidesque preciosi habentur in illo lacu. Ideoque cum in ecclesia eius aliquid facere fieri volunt, inquirunt per lacum [l] istum et inveniunt omnia hec que in [9*v*] ipso sunt proiecta.[2] Die autem illo quo [m] ydolum factum [n] fuit, accedunt illi de contrata accipientes ipsum de ecclesia et illud ponentes super uno pulcro curru. Deinde Rex et Regina omnesque peregrini adhuc cum populo toto, hii omnes congregati simul,[o] educunt ipsum [p] de ecclesia cum cantibus [q] magnis et omni genere musicorum.[3] Hoc autem ydolum cum sic educitur de ecclesia eius,[r] multe virgines bine et bine [s] ipsum antecedunt euntes canendo mirabiliter ante ipsum ; deinde etiam accedunt peregrini qui venerunt ad hoc festum et ponunt se sub isto curru,

[a] V *abscindunt* ; A om. *habent*. — [b] Y om. *autem* ; C om. *etiam*. — [c] AV *unciam*. — [d] AV *uncie*. — [e] C om. *Cum autem.... processerunt*. — [f] C *ecclesiam*. — [g] B om. *Et sicut dictum.... devenerunt*. — [h] A add. *bocus*. — [i] A *manus* ; V *magnus*. — [j] A *ipso*. — [k] B add. *et reverentiam*. — [l] A *locum*. — [m] CY add. *hoc* ; B add. *istud*. — [n] Y *sanctum*. — [o] AY *similiter*. — [p] A *cum*. — [q] A *cantis*. — [r] B om. *cum cantibus.... eius*. — [s] AVY om. *et bine*.

[1] Inclinationes vel genuflexiones, cf. Ducange, *Glossarium*.

[2] Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 144, n. 1, ubi plura facta huiusmodi narrantur.

[3] Cf. Dan., III, 7.

Digitized by Google

facientes eum per [a] super se transire, cum dicant se velle mori pro Deo suo. Et sic currus transiens per supra [b] illos qui sunt sub eo, cunctos illos frangit per medium et perscindit,[c] unde statim [d] moriuntur.

4. Facientes [e] autem sic, hoc ydolum ipsi [f] ducunt usque ad unum locum deputatum. Ad quem locum [g] cum ipsi duxerunt,[h] illum ad locum pristinum reducunt cum magnis cantibus [i] et instrumentis, sicut prius. Et sic non est annus in mundo [j] in quo plures quingenti homines [k] non moriantur isto modo. Horum autem corpora ipsi accipiunt et comburrunt dicentes ea esse sancta cum se mori promiserint [l] pro Deo suo.

5. Aliud quoque fit ab istis. Nam venit aliquis dicens: « Volo me interficere pro Deo meo ». Unde amici, parentes et [m] omnes ystriones de contrata, ad faciendum isti festum qui vult pro Deo suo mori, congregantur [n] et [o] appendunt ad collum istius [p] quinque cultellos accutissimos, et ipsum ante ydolum ducunt cum cantibus magnis; et cum ipse [q] est ante ydolum,[r] tunc ille accipit unum ex cultellis illis accutissimis et alta voce clamat dicens: « Pro Deo meo michi incido de carne mea ». Cum sic incidit [s] de carne sua de loco quo vult,[t] eam prohicit in faciem ydoli dicens: « Me mori promitto [u] pro Deo meo ». Et sic ibi se tandem interficit pro Deo suo. Statimque ipso mortuo, corpus eius comburitur, cum illud credatur ab illis sanctum, quia pro Deo suo perimit se ipsum. Sic autem multa et [v] magna mirabilia fiunt ab istis que minime sunt scribenda. Rex autem insule [1] vel provincie huius multum est dives videlicet auri argenti lapidum precio-

---

[a] BCY om. *per*; V *desuper*. — [b] CVY loco *per supra* habent *super*. — [c] BCY *scindit*. — [d] A *in instanti*; C *omnes*. — [e] A *Faciente*; Y *Faciendo*. — [f] Y om. *hoc*; BCY *ipsum*. — [g] B om. *Ad.... locum*. — [h] BCY *ipsum adduxerunt*. — [i] A *cantis*. — [j] V om. *in mundo*. — [k] CY *quingentis*; Y *hominibus*; B *hominum*; C om. — [l] AV *permiserint*. — [m] AY om. *et*. — [n] C *veniunt*. — [o] BCY *Unde*. — [p] CY *eius*. — [q] A *ipsum*. — [r] Y om. *cum.... ydolum*. — [s] BY add. *autem*; Y *inciderit*. — [t] BCY *voluit*. — [u] AY *permitto*. — [v] CY *alia*.

---

[1] Yule-Cordier, *Cathay*, II, 145, n. 2, dicunt B. Odoricum semel tantum in huiusmodi errorem, sc. terram fixam nominando insulam, lapsum esse.

Digitized by Google

sorum. In hac autem insula tot bone perle inveniuntur sicut in aliqua parte mundi. Et sic de aliis que in ista insula reperiuntur, que etiam nimis longum esset scribere.[a]

De contrata que vocatur Lamori,[b] ubi homines et mulieres vadunt nudi propter calorem. In qua contrata omnes mulieres sunt comunes, cum nemo sit ibi qui dicere possit: Hec est uxor mea et hic est maritus meus. Terrena etiam sunt comunia, domus autem speciales. CAP. XII.

1. De hac contrata re[ce]dens et iens versus meridiem [10*r*], veni per mare occeanum quinquaginta dietis ad unam contratam que vocatur Lamori,[c] [1] in qua incepi amittere tramontanam, cum terra michi acceperat eam. Et in ea autem est sic intensus[d] calor quod omnes illi[e] tam homines quam mulieres vadunt nudi, nullo se cohoperientes. Hii de me multum truffabant,[f] quia[g] dicebant Deum[h] Adam fecisse hominem[i] nudum, et ego me malo suo velle vestire volebam.

2. [j] In ista contrata omnes mulieres posite sunt in comuni, ita quod nemo est qui dicere possit:[k] « Hec est uxor mea, hic est maritus meus ».[l] Cum mulier filium vel filiam parit, ipsum vel ipsam dat uni illorum cui vult, cum quibus ipsa[m] iacuit, eumque vocat patrem suum.[2] Tota terra posita est in comuni, ita quod[n] nullus cum veritate dicere potest:[o] « Hec vel illa pars terre[p] mea est ». Domus autem habentur[q] in speciali.

---

[a] AV om. *Rex autem... scribere*; C om. *Et sic... scribere.* — [b] C *Lomeli.* — [c] B *Lamois*; C *Lomeli.* — [d] B *ita immensus*; C *in ea civitate est mensus calor.* — [e] C add. *de hac contrata.* — [f] BCY *truffabantur.* — [g] Y *qui.* — [h] ABC *Deus.* — [i] BC om. *hominem.* — [j] BCY add. *Nam.* — [k] Y add. *veraciter.* — [l] BCY add. *autem.* — [m] BY om. *ipsa.* — [n] BY *itaque.* — [o] AV om. *Tota.... potest*; C loco *cum veritate.... potest* habet *est qui dicere possit.* — [p] AV *hec illa vel pars tore.* — [q] V *habetur*; Y *habent*; C om. *habentur.*

---

[1] Secundum Yule situata erat ista terra NW insulae Sumatra; eamdem sententiam sequitur Groeneveldt qui hunc locum ponit prope Achin; Lucardie quemdam pagum laudat Lamreh nomine Atjeh prope Tungkup, cf. ibid., 146, n. 3.

[2] Cf. ibid., 147, n. 2.

Digitized by Google

3. Ista gens pestifera est et nequam,[a] nam carnem humanam ita[b] comedunt illic, sicut carnes mancine comeduntur hic.[c] Tamen de se bona terra est, nam magnam copiam habent[d] carnium, blad[i] et rixi; magnaque copia habetur illic de auro, de lignis,[e] aloe, ganfora[f] et multis aliis que ibi nascuntur. Ad hanc insulam accedunt mercatores de longinquo portantes secum infantes,[g] vendentes illos[h] infidelibus illis;[i] quos cum emerint eos, interficiunt et comedunt.[1] Et sic de multis aliis bonis et malis[j] que non scribuntur.

4. In hac eadem insula versus meridiem habetur aliud regnum nomine Sumoltra,[k] [2] in quo est una generatio gentis singularis signantis se ferro calido parvo bene in duodecim locis in fatie.[3] Et hoc faciunt tam homines quam mulieres. Hii semper gerunt bellum cum hiis qui vadunt nudi. In hac contrata est magna copia rerum.

5. Penes quam est unum[l] regnum nomine Boterrigo[m] [4] versus meridiem. Multa que non scribo nascuntur in isto regno.[n]

De insula Iave[o] et de mirabili palatio Regis eius. Cap. XIII.

1. Penes hoc regnum est una magna insula nomine Iava,[p] que bene tribus millibus milliarium circumdat.[q] Rex huius Iave habet sub se bene septem Reges [10*v*] corone.[5] Hec[r] insula

---

[a] Y add. *ista gens comedit homines sicut nos boves.* — [b] AV *iam.* — [c] BCY add. *haec.* — [d] Y om. *habent.* — [e] AV add. *de.* — [f] C *ganfara*; V *canfora.* — [g] BCY *homines.* — [h] AV om. *illos.* — [i] BCY *ipsis.* — [j] C om. *quos cum.... malis.* — [k] B *Sumultra*; Y *Sumolchra.* — [l] BY *aliud.* — [m] B *Botenigo*; Y *Rotemgo.* — [n] C om. *Penes quam.... regno.* — [o] C *Iane.* — [p] ACV *Iana.* — [q] BCY *circumdatur.* — [r] V *nec.*

---

[1] Ibid., 149, n. 1.

[2] Odoricus primus est inter occidentales qui hanc insulam nomine proprio nominat, ibid., n. 2; Hallberg, 491-93.

[3] Ibid.

[4] Verisimiliter Rejang, cf. ibid., 150-51, n. 4; Hallberg, 432, sub nomine Recemgo.

[5] Iava apud Odoricum est illa quae hodiedum sub hoc nomine adhuc noscitur, ibid., 151-53, n. 1; Hallberg, 274-79.

Digitized by Google

multum bene habitatur. Et est [a] melior insula que habitatur.[b] In ipsa enim nascitur ganfora, nascuntur cubebe, mellegete,[1] nuces muscate et multe alie species preciose. In ea est magna copia victualium preterquam vini. Rex insule istius unum habet palacium valde mirabile, nam ipsum valde est magnum, cuius scale multum sunt magne, alte lateque. Horum graduum unus est aureus, alter vero argenteus; pavimentum autem eius unum [c] latus habet de auro, alterum vero de argento; murus vero istius palacii totus est limatus interius laminis aureis, in quibus laminis [d] sculpti sunt equites solum de auro, habentes circa capud [e] magnum circulum aureum, sicut [f] habent nostri sancti, hic autem circulus totus est de [g] lapidibus preciosis; insuper et tectum eius totum est de auro puro. Ut autem breviter et finaliter nos loquamur, hoc palacium dicius [h] est et pulcrius aliquo [i] quod hodie sit in mundo. Canis tamen [j] Catay multociens fuit in bello in campo cum isto, quem iste semper vicit et superavit.[k] [2] Et sic etiam multa alia sunt que non scribo.

De contrata Paten in cuius arboribus nascuntur farina, mel et venenum et ita pessimum est quod non potest extingui nisi cum stercore hominis. Hic etiam nascuntur canne in quibus lapides inveniuntur de quibus circa se habentibus nullum ferrum nocere potest. CAP XIV.

1. Penes hanc contratam est una alia contrata que vocatur Paten,[l] quam alii vocant Malamasini.[m] [3] Rex huius contrate mul-

[a] C add. *secunda.* — [b] BC *habeatur*; AV om. *Et est.... habitatur.* — [c] A *et eius.* — [d] BCY *lamis.... lamis.* — [e] BCY add. *unum.* — [f] BCY add. *sic.* — [g] BCY *plenus.* — [h] A *dicium*; C *dictius.* — [i] Y om. *aliquo.* — [j] BCY add. *grandis.* — [k] B *expunxit.* — [l] C *Pantem*; Y *Patem.* — [m] B *Halamasim*; C *Talamaxim*; V *Malamasmi*; Y *Talamasim.*

[1] Melegeta ap. Ducange est floris species absque ulteriori determinatione, *Glossarium*; Yule vertit anglice « cardamons », ibid., 153, n. 2.

[2] Quonam in loco hoc palatium regale inveniebatur, nescitur, sed descriptio Odorici verisimilis videtur; expeditioni Kubilai an. 1292 contra Iavam alludit Odoricus, ibid., 152, n.

[3] Locus Panten, determinari certe nequit; Malamasini verisimiliter Talaga Masin esset. Ibid., 155-57, n. 5; Hallberg, 411-13.

Digitized by Google

tas insulas habet sub se. In hac contrata sunt [a] arbores producentes farinam; alique etiam que mel producunt, finaliter et vinum faciunt; [1] ultimo etiam arbores inveniuntur que venenum producunt,[b] quod est periculosius [c] venenum quod sit in mundo; nam circa ipsum non invenitur aliquod remedium nisi unum. Nam si aliquis de illo veneno sumpsisset, accipiat de stercore hominis et ipsum distemperet aqua et [d] bibat, propter quod ab illo veneno totaliter liberatur.[e] [2]

2. Arbores [f] isto modo farinam producunt: Nam ipse sunt magne, non tamen multum alte, et eas [g] una securi incidunt circa pedem, per [h] quod quidam liquor exauritur ab ipsis ad modum colle; quem liquorem ipsi ponunt in saccis [i] ex foliis, quos dimittunt per XV dies in sole, et in fine XV [11r] dierum ex ipso liquore est facta farina quam postea ponunt per duos dies in aqua maris, deinde lavant eam aqua dulci et sic faciunt pastam bonam de mundo,[3] et tunc faciunt de ipsa quicquid volunt,[j] sive cibum,[k] sive panem multum bonum, de quo ego Fr. Hodoricus iam comedi. Hec autem [l] propriis oculis ego vidi. Huiusmodi autem panis exterius pulcer est, interius autem aliquantulum [m] niger est.

---

[a] BCY *inveniuntur.* — [b] BY loco *finaliter.... producunt* habent *aliquodque* (C *alique que*) *venenum.* — [c] AV *periculosum.* — [d] Y *quem* (*et*); BC (*et*) *aquam.* — [e] BY *liberabitur.* — [f] BY add. *autem*; C add. *producentes.* — [g] Y *etiam.* — [h] CY *propter*; B *ita.* — [i] BCY add. *factis.* — [j] B om. *quidquid volunt.* — [k] BCY *cibos.* — [l] BCY add. *omnia.* — [m] Y om. *aliquantulum.*

---

[1] Herodotus iam de palmis vinum et mel producentibus loquitur, ibid., 157, n. 1.

[2] Circa hoc venenum et remedium ab Odorico laudatum, cf. ibid., 157-58, n. 2; Fr. Iohanni Marignolli de hoc veneno dederunt, cf. infra, Lib. III *De Yoyade Pontifice*, n. 1.

[3] Quae apud Odoricum narrantur, praeparationi sagi in his regionibus non quadrant. Sequenti enim modo haec farina fit: arbor, sagus rumphiana nomine, evellitur, pars superior tollitur ut medulla appareat. Quam quodam instrumento ex petra vel ligno detrahunt conciduntque ad flumen portant et in receptaculis illius arboris navicularum instar deponunt ubi farinae materia oritur, quam in canistris ex foliis sagus rumphianae colligunt et ad sua deferunt, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 159-60, n. 1.

Digitized by Google

3. In ripa istius [a] contrate versus meridiem est mare Mortuum, aqua cuius semper versus meridiem currit. Et si aliquis iuxta ipsius ripam vadit et cadit in aquam, nunquam talis ille invenitur. In hac [b] contrata sunt canneverie [c] bene longe pluribus quinquaginta [d] passibus, magne ut arbores. Alie etiam canne inveniuntur [e] que vocantur Casan [f] [1] Hec per terram [g] semper diriguntur ut [h] gramengna,[2] et in quolibet nodo ipsarum radices producunt, que bene uno milliari efficiuntur longe.

4. In hiis cannis autem inveniuntur lapides de quibus aliqui [i] supra [j] se portantes,[k] nunquam possunt [l] incidi a ferro aliquo nec offendi. Et ut plurimum homines illius contrate supra se sunt portantes [m] de istis lapidibus.[3] Ideoque propter virtutem horum lapidum veniunt homines et accipiunt puerulos suos, quos in brachio per aliquod [n] modicum ipsi incidunt, ubi unum [o] de istis lapidibus ipsi ponunt ne ipso ferro cadant.[p] Et ut [q] illud parvum vulnus factum in brachio alicuius pueri cito consolidetur,[r] de quodam pulvere unius [s] piscis ipsi ponunt, propter quod vulnus illud parvum [t] consolidatur.

5. Et quia huiusmodi lapides [u] magne sunt virtutes et de istis illi homines sunt portantes, ex hoc in bello efficiuntur fortes et magni cursores in mari. Verum quia navigantes per mare

---

[a] AV *curia*; BCY *huius*. — [b] BCY add. *etiam*. — [c] CY add. *seu arundines*. — [d] BCY *LX*. — [e] BCY *reperiuntur*. — [f] ABV *Casar*. — [g] A *terras*; B *prope terram* et add. *et arundines*. — [h] CY add. *quedam herba que apud nos appellatur*. — [i] ABCY *aliquis*. — [j] Y *super*; C *semper*. — [k] B *habens*; Y *hiis*; C om. *portantes*. — [l] BCY *potest*. — [m] C *portant continue*. — [n] BC *quid*. — [o] AV *nonnunquam*. — [p] BCY *ipse ferro cadat*. — [q] A *propter*. — [r] BCY *solidetur*. — [s] AV *ipsius*; C om. — [t] BCY add. *statim*. — [u] AY *huius*; VY *lapidis*.

---

[1] Nomen Casar quae apud ABV reperitur sunt palmae magnae ut arbores; casan autem est certa species graminis (gallice rotin, anglice rattan). Sic etiam infra ABV hanc vocem habent.

[2] Vox italica pro gramina.

[3] Radices de quibus Odoricus loquitur in quibusdam palmis illius regionis reperiuntur; petrae vero productae a palmis, quaedam concretiones essent quae infra palmam fierent, aut forsan confusio adest has inter et petras, bezoar nomine, quae Iavae reperiuntur et exportantur. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 160-61, n. 3; 162, n. 2.

Digitized by Google

ab istis talibus[a] offenduntur, unum remedium invenerunt, nam ipsi portant propugnacula sive palos accutissimos de uno fortissimo ligno, portant sagittas sine[b] ferro.[c] Quia homines illi male sunt armati, navigantes per mare eos vulnerant [11*v*] et penetrant[d] istis palis accutissimis et sagittis, et sic isti tales ab illis se viriliter defendunt isto modo. De cannis istius[e] casan faciunt[f] vela suis navibus, sextoria, domunculas, multaque alia que sunt utilitatis magne.[g] Multa etiam[h] sunt in ista contrata que[i] scribere et audire quasi stupor esset.[j] Quapropter multum non curavi[k] ea scribere.[l]

De regno Zampa cuius Rex habet cc filios et xiv milia elefantum; ubi pisces veniunt super ripam maris tribus diebus ibi commorando. CAP. XV.

1. Ab isto regno est aliud regnum nomine Zampa,[m] [1] distans per multas dietas, cuius contrata multum pulcra est, nam in ipsa magna copia est omnium victualium et bonorum. Rex contrate istius, ut dicebatur quando ibi fui, inter filios et filias ducentos bene habebat, cum multas haberet[n] uxores aliasque mulieres quas ipse tenet.[o] [2]

2. Hic Rex xiiii millia[p] elefantum domesticorum habebat,[q] quos ipse[r] teneri faciebat[s] et observari ab illis hominibus de villis suis qui sibi sunt subiecti, sicut hic castrones;[t] [3] et alia

---

[a] C *cursoribus*. — [b] AV *ligatas inde*. — [c] BCY add. *et*. — [d] V add. *cum*. — [e] BCY *istis*. — [f] B add. *oportuna*. — [g] B *que sibi sunt necessaria*. — [h] BY add. *alia*. — [i] C om. *sunt utilitatis.... que*. — [j] C om. *esset* et add. *in hiis partibus reperiuntur*. — [k] BCY *curo*; CY add. *ad presens*. — [l] A om. *ea scribere*. — [m] C *Çempa*; A *Çapa*; Y *Campa*. — [n] CY *habeat*. — [o] V *tenebat*; C om. *quas.... tenet*. — [p] AV om. *millia*; B *4*. — [q] BCY *habet*. — [r] BCY *ita*. — [s] BCY *facit*. — [t] BCY *boves*.

---

[1] Champa, cf. Hallberg, 173-75, sub nomine *Cyamba*.

[2] Quando an. 1285 Marcus Polo per has regiones transivit, Rex 326 liberos habebat, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 164, n. 2.

[3] De magna quantitate elephantum huius regionis, ibid., n. 4.

Digitized by Google

animalia tenentur ad socedam.[a] [1] In ista eadem contrata unum quid mirabile reperitur: unaqueque[b] generatio piscium que sunt in mari, ad hanc contratam in tanta veniunt[c] quantitate, quod dum sic veniunt nichil[d] videtur in mari nisi pisces. Hii autem cum prope ripam sunt se prohiciunt super illam;[e] cum autem ipsi sunt super ripam,[f] veniunt homines et de eis[g] accipiunt tot quot ipsi volunt. Hii autem pisces duobus vel tribus diebus manent super ripam. Deinde venit alia generatio piscium[h] faciens hoc idem sicut prima; sic etiam de aliis generationibus piscium. Que[i] usque ad ultimam[j] ordinate procedunt, quod tantum semel faciunt in anno. Cum de isto queritur ab illis de illa contrata[k] quare hoc sic fiat,[l] respondent et dicunt quod hoc faciunt isti pisces quia isto modo suum Imperatorem veniunt revereri.[2]

3. In eadem[m] contrata vidi[n] testudinem maiorem quam esset revolutio tholi[o] ecclesie S. Anthonii de Padua.[3] Sic etiam de mul-

---

[a] CV *soccidam*; B *soccidum*. — [b] AV *namque* et add. *una est*. — [c] BCY *venit*. — [d] BCY add. *aliud*. — [e] V add. *scilicet ripam*. — [f] BY *in ripa*. — [g] BCY add. *habent et*. — [h] BY *piscis*. — [i] BCY loco *generationibus.... que* habent *singulisque* (*usque*). — [j] V add. *generationem*. — [k] C om. *ab illis.... contrata*. — [l] BCY add. *ipsi*. — [m] BY add. *etiam*. — [n] BCY add. *unam*. — [o] A *teuli*; BCVY *trulli*.

---

[1] Socida, soceda vel socceda, soccida, socidum, italice soccita, « quasi societas accomandita di bestiame che si dà alla custodia altrui a mezzo pro et danno », Ducange, *Glossarium*.

[2] Abel Des Michels scribit circa hanc legendam, ap. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 165, n. 1 : « Dans la province de Thái Nguyên (Tong King) est un golve où se trouve un grand rocher, au pied duquel un jeu de la nature a formé trois degrés assez hauts, et disposés comme les marches d'un escalier. D'après une croyance populaire, l'on verrait tous les ans à des époques déterminées, plusieurs espèces de poissons s'y réunir et lutter à qui bondira par dessus. Ceux qui seraient assez heureux pour arriver jusqu'au degré le plus élevé, seraient, après y avoir séjourné un certain temps sans prendre aucune nourriture, transformés en animaux terrestres. A ces époques fixes, connues des habitants, un grand nombre d'entre eux s'y rendraient pour ramasser les poissons qui, ne pouvant franchir les trois degrés, se brisent la tête contre le rocher ».

[3] Yule-Cordier, *Cathay*, II, 166, n. 1; Domenichelli, *Sopra la Vita*, 330, haec de quodam animali, quod testudo vocitatur, intelligunt, sed hic de testudine, quae latine idem vult ac tholus, agitur, cf. F. Romanet

Digitized by Google

tis aliis que forte aliquibus incredibilia viderentur nisi illa viderent.[a] Quare [b] scribere non curo.[c]

4. Cum etiam in ista contrata aliquis [12*r*] moritur habens uxorem, ipse mortuus comburitur et uxor eius viva.[d] Nam dicunt quod ipsa cum suo marito vadit ad alium mundum, ut illic moretur cum eo.[e] [1]

De insula Nicuveram ubi sunt homines caninas facies habentes, bovem pro Deo adorantes, nudi euntes sed solam unam tobaleam portant que suam verecundiam coperit;[f] cum inimicis preliant, qui si se pecunia non redimunt ipsos solempniter manducant. Rex huius insule habet unum lapidem quem dum tenet in manu flamma ingnis videtur. CAP. XVI.

1. De ista contrata recedens, et [g] navigans per mare oceanum versus meridiem reperii multas insulas et contratas, quarum una est que vocatur Nicuneram.[h] [2] Hec insula magna est, circuens bene per duo millia milliaria, in qua homines et mulieres facies caninas [i] habent.[3] Hii unum bovem adorant pro Deo

---

[a] B om. *nisi.... viderent.* — [b] BY add. *ea*; C *que.* — [c] V *curavi.* — [d] A *una.* — [e] C loco *quod ipsa.... eo* habet *quod uxor eius vadit cum viro suo ad manendum cum eo in alio mundo.* — [f] C *coperiunt.* — [g] B om. *recedens et.* — [h] B *Incunera*; C *Nicuveram*; Y *Sacimeram.* — [i] A *facientes cancas.*

---

de Caillaud, *La Testudo du Champa*, 97-99; in hoc sensu etiam apud Fr. Guillelmum de Rubruc occurrit, cf. supra, cap. II, n. 3.

[1] Consuetudo hic ab Odorico relata adhuc in Champa usque ad praesens perdurat, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 166-67, n. 2.

[2] Insula Nicobar.

[3] Istius capituli tota narratio, nudis hominibus exceptis, ut quid confusum apparet. Etenim homines cum facie canina in insulis Andaman remanere dicebantur; de portandis parvis boum imaginibus in fronte a Marco Polo pro Maabar narratur; clipeus bellatorum totum corpus cooperiens apud plures istarum regionum populos invenitur; anthropophagi alibi, ut iam vidimus, reperiuntur; quae de annulo regali dicit Odoricus, secundum Marcum Polo, Haiton, Ibn Batuta Regi Ceylan conveniunt, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 168-69, n. 1.

Digitized by Google

suo. Propter quod unusquisque unum bovem in fronte de auro vel de argento semper portat, in signum quod ille bos est Deus eorum.

2. Omnes istius contrate tam homines quam mulieres nudi vadunt, nichil de mundo portantes nisi unam tovaleam [a] in qua [b] suam verecundiam ipsi tegunt.

3. Hii sunt magni corpore et valde fortes in bello, ad quod dum ipsi [c] nudi pergunt, solum unum clipeum [d] portant qui ipsos cohoperit a capite usque ad pedes. Dum autem sic vadunt ad bellum et eos contingit [e] capere aliquem [f] qui pecunia exigi [g] non possit, statim comedunt ipsum ; si vero pecunia exigi possit,[h] ipsi eum [i] abire permittunt.

4. Rex istius contrate bene trecentas perlas ad collum portat multum magnas ; propter quod pro diis suis cotidie trecentas orationes ipse facit. Hic [j] eciam unum lapidem preciosum rubim,[k] bene longum et magnum una spana,[l] in manu sua portat ; quem lapidem [m] cum sic portat [n] videtur esse quedam [o] flamma ignis. Et ut dicitur, iste est nobilior et preciosior lapis quam [p] sit in mundo.[1] Verumtamen magnus Imperator Tartarorum Catay [q] illum lapidem preciosum nec vi nec pecunia nec etiam [r] ingenio unquam [s] habere potuit. In hac etiam contrata ipse Rex bene iustitiam [t] tenet et observat. Unde per totum suum regnum quilibet potest ire securus. Multa etiam in hac contrata sunt que ego non curavi [u] scribere.

---

[a] BCV *tobaleam* ; Y *toaleam*. — [b] BY om. *in* ; C *que*. — [c] BCY *sic*. — [d] BCY *scutum.... quod*. — [e] BCY *contingat*. — [f] BY add. *in bello*. — [g] C *per pecuniam redimere*. — [h] AV om. *statim.... possit*. — [i] BY om. *ipsi* ; Y add. *habita pecunia*. — [j] Y *Habet*. — [k] BCY om. *rubim*. — [l] BY *spensa* ; V *uno palmo*. — [m] AV om. *in manu.... lapidem*. — [n] ACV *ipse* ; Y *portans*. — [o] BCY *una*. — [p] BCY *qui hodie*. — [q] B *Cathari*. — [r] VBC om. *etiam*. — [s] A *numquam*. — [t] B *bona vestigia*. — [u] BCY *curo*.

---

[1] Valor huius lapidis aestimatur circa 2810 libr., cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 169, n. 7.

Digitized by Google

De insula nomine Syllam, in qua est unus mons super quo unus est lacus plenus lapidibus pretiosis, de quibus Rex huius insulae neminem tollit sed omnes pauperibus elargitur. Sunt et ibi serpentes nemini forensi nocentes, sed solummodo hominibus illius contrate offendentes. CAP. XVII.

1. Alia est insula nomine Silam,[a] circuens bene per plura quam [b] duo millia milliariorum,[1] in qua sunt serpentes infiniti, multaque alia animalia silvestria in maxima quantitate, ut [c] elefantes.

2. In hac contrata est unus maximus mons, de quo dicunt [d] [12*v*] quod Adam super illo planxit filium suum centum annis.[2] In medio [e] montis huius habetur [f] quedam pulcerima planicies, in qua est unus lacus non multum magnus, sed tamen in eo bene [g] est aqua magna, quam dicunt gentes esse lacrimas quas Adam et Eva effuderunt. Quod tamen non creditur esse verum, cum ibi intus nascatur aqua illa. Profunditas huius aque plena est lapidibus preciosis.[h] Que aqua multum est yrundinibus, id est [i] sanguissugis, plena. Hos lapides non accipit ipse Rex, sed pro anima sua [j] semel vel bis in anno ipsos pauperes abire [k] sub aqua permittit, et quotquot [l] de istis lapidibus capere [m] possunt, omnes eis dimittit. Et ut ipsi pauperes ire sub aqua possint, accipiunt bavoirem, id est [n] quemdam fructum quem bene pistant, et illo [o] bene se ungunt et tunc in aqua se mergunt. Et

---

[a] B *Silan*; C *Syllam*; Y *Sillan*. — [b] A om. *quam*. — [c] BCY add. *potissime*. — [d] BCY add. *gentes*. — [e] AV om. *In medio*. — [f] BCY *est*. — [g] C om. *bene*. — [h] AV loco *nascatur.... preciosis* habent *nascantur multi lapides preciosi in illa profunditate*. — [i] Y et; C om. *multum.... id est*. — [j] B *Deo suo*. — [k] BCY *ire*. — [l] A *quicquid*. — [m] C add. *volunt id est*. — [n] BCY *limonem*; Y *et*. — [o] AV om. *illo*.

---

[1] Eadem manifesta amplificatio apud Marcum Polo, Yule-Cordier, *The Book*, II, 314, n., et apud plures scriptores, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 170, n. 3.

[2] Cf. infra Fr. Marignolli, lib. I, cap. De monte Seyllano historia, n. 10.

Digitized by Google

cum sic sint uncti, yrundines id est [a] sanguissuge, illos offendere non valent. Sic isto modo pauperes subintrant aquam et exeunt, accipientes si possunt accipere [b] de istis lapidibus preciosis.

3. Aqua [c] que descendit per montem exit ab isto lacu, et ibi fodiuntur [d] boni rubini et boni dyamantes reperiuntur [e] sic et multi [f] boni lapides. Ibi etiam reperiuntur bone perle [g] quas aqua ista descendit ad [h] mare.[1] Unde dicitur quod Rex iste plures [j] habet lapides preciosos quam aliquis alius Rex [k] de [l] mundo.

4. In hac insula sunt diversa genera [m] animalium que morantur ibi.[n] Unde dicunt illi de contrata[o] quod hec animalia nullum [p] forensem ledunt, sed nisi [q] illos qui ibi sunt nati. In hac etiam insula sunt aves multum magne, sicut sunt anseres que duo capita habent in se. Hec etiam insula maximam copiam habet victualium et multorum aliorum bonorum que non scribo.

De insula Dondin, ubi sunt homines turpem inter se consuetudinem habentes, nam pater commedit filium et filius patrem, dicentes melius esse eorum corpora commedere quam tradere ea vermibus ad manducandum. CAP. XVIII.

1. De ista insula recedens et pergens versus meridiem, ad quamdam magnam insulam applicui, que vocatur Dandin,[r] quod idem est quod est [s] immundum.[1] In insula illa mali homines morantur,[t] nam ipsi carnes crudas [u] comedunt, omnemque aliam immunditiam que [v] dici posset.

---

[a] Y *et*; C om. *yrundines id est.* — [b] BCY om. *accipere.* — [c] C *De* (*aqua*) *ista.* — [d] C *inveniuntur.* — [e] BCY add. *et multi.* — [f] CY add. *alii.* — [g] B add. *loco* VA hab. *quo.* — [h] AV *a.* — [i] C om. *quo aqua.... mare.* — [j] C *meliores* et om. *preciosos.* — [k] C om. *alius*, habet *homo.* — [l] BCY *qui hodie* (C om. *hodie*) *sit in.* — [m] BY add. *sicut avium et multorum.* — [n] C om. *que.... ibi.* — [o] C *Sed dicunt homines illius contrate.* — [p] AY *multum.* — [q] BC *tantummodo*; Y *non.* — [r] B *Dondin*; C *Dondium.* — [s] BC om. *est.* — [t] BC *commorantur.* — [u] Y *aridas.* — [v] CY add. *iam*; B add. *non.*

---

[1] Yule-Cordier, ibid., 173-74, n. 2, insulam ab Odorico sub nomine Dondin aut Dandin laudatam identificare non potuerunt. De eis quae in hoc capitulo narrantur, eadem sunt dicenda ac de Nicobar, cf. supra, cap. XVI.

Digitized by Google

2. Turpem inter se consuetudinem [13*r*] habent, nam pater comedit filium,[a] filius patrem, uxor maritum, maritus uxorem.[b] Et hoc per istum modum : ponatur enim [c] quod pater [d] alicuius illorum infirmetur, filius ipse [e] tunc ibit ad astrologum, id est [f] ad sacerdotem, et tunc ipse [g] dicet sic : « Domine ite vos ad sciendum a Deo nostro si pater meus potest [h] ab illa infirmitate liberari vel [i] mori ». Tunc [j] sacerdos et ille cuius pater infirmatur accedunt ad ipsum ydolum, quod est de auro vel de argento, eique faciunt orationes et dicunt : « Domine tu es Deus noster quem pro Deo nos [k] adoramus, nobis respondeas ad ea que tibi [l] dicemus ; talis homo multum infirmatur, ideo a te petimus si mori debet ex hoc langore vel liberari ». Tunc demon [m] per os ydoli respondet et dicit: « Pater tuus non morietur, sed de ista liberabitur infirmitate; unde tale quid [n] facere debes et [o] liberabitur ipse ». Ita quod [p] demon docet ipsum [q] illum modum quem circa patrem tenere debet.

3. Deinde filius ad patrem accedit et sibi diligenter servit, donec totaliter ipse liberatus sit. Si autem demon ille dicat ipsum debere mori, sacerdos ad eum accedit [r] et unum pannum super os suum [s] imponet, sic eum statim suffocabit et morietur.[t] Cum autem sic eum interfecerint,[u] ipsum incidunt [v] statim et ad ipsum comedendum invitabuntur amici, parentes omnesque istriones de contrata, et ipsum comedent cum cantibus et [w] gaudio magno; eius tamen ossa accipient,[x] illa ponentes sub terra cum magna solempnitate. Parentes autem illius [y] qui ad has nupcias non fuerint, sibi ad verecundiam maximam reputabunt.

4. Hos tales multum reprehendebam dicens: « Quare sic facitis vos, cum hoc quod facitis sit contra omnem rationem. Nam

---

[a] BCY add. *et.* — [b] C om. *uxor.... uxorem* ; V om. ***maritus uxorem.*** — [c] BY om. *enim.* — [d] C om. *Et hoc.... pater*; add. ***Nam si.*** — [e] B *ipsius* ; C *illius.* — [f] Y *et.* — [g] BCY loco ***tunc ipse*** **habent** ***cui.*** — [h] BC *posset* ; Y *possit.* — [i] BY add. *ex ipsa debet.* — [j] BCY add. ***ipse.*** — [k] V omittit *nos.* — [l] BCY add. *nos.* — [m] A ***demum.*** — [n] BC add. *sibi.* — [o] BCY add. *sic.* — [p] B add. *ipse* ; CY add. ***ille.*** — [q] C om. *ipsum* ; Y add. *totum.* — [r] BY *accedet.* — [s] BCY add. ***ipse.*** — [t] C *suffocat et* CV *moritur.* — [u] Y *interfecit.* — [v] BY ***uncidet,*** add. ***in*** *frustra* ; CY om. *statim.* — [w] C om. *cantibus et.* — [x] CV ***accipiunt.*** — [y] Y *illi* ; C om. *illius* A *nunpcias.*

Digitized by Google

si canis aliquis occideretur et ipse ante alium canem poneretur, ipse de illo nullatenus manducaret; nedum vos qui homines videmini rationabiles ». Ad hoc [a] michi respondebant dicentes: « Hoc facimus ne vermes comedent eius carnem.[b] Ideoque carnem eius comedimus ut anima eius aliqua non paciatur pena,[c] nam [d] [13v] si eius carnem vermes [e] comederent ipsius animam magnas pateretur penas ». Et sic [f] tantum dicere poteram quantum ego [g] volebam quod [h] nunquam aliud credere volebant, nec ab isto ritu discedere quem tenebant.

5. Multe alie novitates illic habentur quas non scribo, nam si homo eas non [i] videret, credere non posset, quia [j] in toto mundo non sunt tot et tanta mirabilia quot sunt in isto regno. Hec autem scribi feci, quia certus sum et in nullo dubito quod sicut refero ita est.

6. De hac insula requisivi [k] multos qui hoc sciunt, et omnes uno ore locuntur et dicunt, quod hec India bene viginti quatuor millia insularum continet sub se, in qua etiam bene sunt LXI.II^or^ Reges corone. Maior pars insule huius bene ab hominibus [l] habitatur.

7. Hic ipsi [m] Indie facio finem et nichil de ea aliud [n] dicere volo, sed solum intendo [o] dicere de India [p] superiore.

De provincia Manci que habet sub se duo milia magnarum civitatum, que est pars imperii magni Canis. Cap. XIX.

1. Ubi sciendum est quod dum navigarem per mare occeanum versus orientem per multas dietas, ad illam [q] nobilem provinciam Mançi ego veni.[1] Quam provinciam [r] vocamus Indiam superiorem.

[a] C *Ad hanc questionem.* — [b] C om. *eius carnes.* — [c] BY om. *Ideoque.... pena.* — [d] A repetit *nam.* — [e] C om. *comedimus.... vermes.* — [f] Y add. *eis.* — [g] BCV om. *ego.* — [h] C *nam*; Y *quia.* — [i] BCY loco *si.... non* habent *nisi.* — [j] BCY *cum.* — [k] BCY *diligenter inquisivi.* — [l] A add. *omnibus.* — [m] BCY *ipsius.* — [n] C *amplius.* — [o] BCY add. *aliquid.* — [p] C *insula.* — [q] A *aliam.* — [r] BCY om. *provinciam.*

[1] In genere Sinarum septentrionalis pars, Cathay; meridionalis autem Manzi antiquitus dicebatur. Ante Mongolorum victorias Sinarum pars superior a Kin aut Niu-chen Tartaris regebatur cum sede regali

Digitized by Google

2. De ista India[a] ego[b] quesivi christianos, saracenos,[c] omnesque officiales magni Canis, qui omnes uno ore locuntur et dicunt, quod hec provincia Mançi habet bene duo millia magnarum civitatum, que in tantum sunt magne ille civitates, quod neque[d] Trevisium neque Vincencia in ipsarum numerum ponerentur. Unde tanta multitudo est in illa[e] contrata, quod apud nos esset quasi incredibile quoddam. In ipsa est maxima copia panis, vini, carnium, piscium, rixi, omniumque victualium quibus homines utuntur in mundo. Omnes homines[f] huius provincie sunt artifices et mercatores, qui paupertatem quam habent,[g] dummodo suis manibus valeant se[h] adiuvare, nunquam aliquam paterentur indigenciam.[i] Hii homines satis sunt corpore pulcri, [14*r*] pallidi tamen, habentes barbam ita raram et longam sicut murilege, id est gate. Mulieres vero pulcerrime sunt de mundo.

De civitate Cescala, ubi anseres inveniuntur habentes unum os supra capud sanguinei coloris, et habent sub gula unam pellem pendentem. Ibi etiam serpentes delectabiliter comeduntur. CAP. XX.

1. Prima civitas huius provincie quam[j] inveni vocatur Censcala.[k] [l] Hec civitas[l] bene[m] magna est pro tribus Veneciis. distans a mari per unam dietam, posita supra[n] unum flumen cuius aqua prope[o] ipsum mare nascitur[p] ultra terram per[q] duo-

[a] AC *insula.* — [b] BCY om. *ego.* — [c] BY add. *ydolatros.* — [d] BCY om. *neque.* — [e] BCY *ista.* — [f] A om. *homines.* — [g] AY *habeant.* — [h] A om. *se.* — [i] BCY *peterent elemosinam.* — [j] A *que.* — [k] B *Cescalan*; C *Cescala*; Y *Censscolan.* — [l] C om. *quam.... civitas.* — [m] Y add. *ita.* — [n] YC *super.* — [o] BCY *propter.* — [p] BC *ascendit.* — [q] BCY add. *bene.*

Yen-King (Pe-King), dum pars inferior a Sinis regebatur, cuius dynastia Liw-ngan (Hang-tcheou) residebat. Haec Kitaï ex Tartaris K'itan vocabatur, unde nomen Cathay; ista autem Man, quod barbarorum filii audit, dicebatur; ex Man habetur Man-tzu aut Man-tze quod apud scriptores occidentales fit Manzi aut Mangi, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 177, n. 2.

[i] Canton ; cf. Hallberg, 531.

Digitized by Google

decim dietas.[1] Totus populus huius civitatis et totius provincie Mançi, Indieque superioris ydolatrat.[a] Hec civitas tantum navigium habet et ita magnum quod quasi aliquibus incredibile videretur, unde tota Ytalia[b] non tantum navigium habet et[c] ita magnum sicut hec sola civitas habet.[d] [2]

2. In hac civitate haberi possunt bene trecente libre zinziberis[e] recentis minori precio[f] uno grosso.

3. In hac etiam[g] sunt maiores et pulcriores anseres ac melius forum[3] eorum[h] quam hodie[i] sit in mundo. Unde unus eorum anserum est bene maior quam duo[j] de nostris, totus albus ut lac, habens unum os super capud, unius ovi quantitate, quod[k] talis est coloris qualis sanguis est. Et hii anseres habent sub gula unam pellem per unum semissem[l] pendentem.[4] Hii etiam sunt pinguissimi;[m] unus quorum bene coctus et bene[n] conditus minori precio[o] uno grosso habetur. Et sicut est de anseribus, sic est de anatibus[p] et gallinis que illic sunt ita magne quod magnum mirum est.

4. Hic etiam maiores sunt serpentes qui[q] sunt in mundo. Hii multum capiuntur ab istis a quibus postea dulciter comeduntur. Unde in[r] tam solempne ferculum habentur hii serpen-

---

[a] B *est ydolatra.* — [b] AV om. *tantum navigium.... Ytalia.* — [c] YBC om. *tantum, et.* — [d] V loco *sicut.... habet* scribit *sicut omnes alie civitates huius regni.* — [e] A *çincibris.* — [f] CY om. *precio.* — [g] CV add. *civitate.* — [h] B expunxit *forum*; BC om. *eorum.* — [i] Y *hoc.* — [j] BCY *magnus pro duobus.* — [k] V *et*; Y *qui.* — [l] A *somissem.* — [m] C om. *Hii.... pinguissimi.* — [n] BCY om. *bene.* — [o] BCY *minor,* om. *precio.* — [p] C *avibus.* — [q] A *quam.* — [r] B *pro*; C *ita quod.*

---

[1] Huius loci sensus nimis obscurus est. Yule sic eum vertit: It is one day's voyage from the sea, standing upon a certain river, the water whereof is derived from the sea, and extendeth twelve days' journey into the land, 180.

[2] Canton, Zaitun et Kanfu, tres portus Sinarum principales erant, ibid., 179-80, n. 5.

[3] Versio esse videtur italici verbi « mercato ».

[4] Quae Odoricus de anseribus narrat veritati quadrat. ut ex multiplici testimonio probatur, cf. Yule-Cordier, *Cathay,* 181-82, n. 5; A. C. Moule, *Silkies,* ap. *The New China Review,* 1921, 213-15.

Digitized by Google

tes, quod nisi [a] faciens fieri [b] convivium unum de istis haberet serpentibus, nichil facere diceretur.[1] Hec [c] civitas habet magnam habundanciam victualium omnium que sunt in mundo.

De civitate Çaiton, ubi sunt monasteria idolatrorum qui pascunt idola sua de fumo ciborum calidorum, cibos autem pro se reservant et comedunt. CAP. XXI.

1. De ista contrata recedens et inde transiens per multas terras [d] et civitates, veni ad quamdam nobilem terram nomine Zayton,[e] [2] in qua nos fratres Minores habemus duo loca,[3] ad que portavi ossa [f] nostrorum fratrum Minorum, qui passi fuerunt martirium pro fide Christi.[g] In civitate ista [h] magna est copia omnium illorum [i] que sunt necessaria humane nature,[j] nam tres libre et VIII uncie çucari minori precio uno [k] grosso ibi habentur. Hec civitas ita [l] magna est sicut bis esset [m] Bononia [n] [14*v*].

2. In hac multa sunt monasteria religiosorum, qui ydola universaliter adorant. In uno autem istorum monasteriorum ego fui, in quo erant bene tria millia religiosorum, habencium undecim millia ydola,[4] et unum illorum ydolorum, qui minus aliis esse videbatur, erat bene ita magnum sicut esset S. Christoforus.[5]

---

[a] BCY *non.* — [b] C loco *nisi.... fieri* habet *quod faciunt fieri.* — [c] BCY add. *etiam.* — [d] AV *dietas.* — [e] A *Çaton*; V *Zaton*; B *Zaiton*; C *Çaiton.* — [f] BY add. *illorum.* — [g] V add. *de quibus superius fuit mentio.* — [h] A om. *ista*; BCY *hac.* — [i] B *victualium.* — [j] CY *vite*; B om. *que sunt.... nature.* — [k] BCY om. *precio* et habent *dimidio.* — [l] CY om. *ita.* — [m] AV *est.* — [n] B om. *Hec civitas.... Bononia.*

---

[1] Hoc a variis auctoribus confirmatur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 182, n. 3.

[2] Tsiouen tcheou, cf. supra, epist. Fr. Peregrini, n. 6; Hallberg, 94-96.

[3] Cf. supra, epistolam P. Andreae de Perusia, n. 3.

[4] Monasteria sinensia quaedam maiorem adhuc numerum religiosorum hospitabantur; monasterium a B. Odorico laudatum verisimiliter erat Water-Lily, sub dynastia T'ang fundatum, K'ai Yuan (713-42) regnante, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 184, n. 8.

[5] Cf. supra, cap. XI, n. 1; Fr. Guillelmus de Rubruc, cap. XXIV, n. 5.

Digitized by Google

Illa autem hora qua illis[a] diis dant ad comedendum, ivi ad videndum. Et[b] isto modo comedere sibi dant : omnia que illis offerunt comedenda eis calidissima porriguntur,[c] ita quod fumus illorum ascendat ad ydola, que ipsi pro comestione istorum ydolorum esse dicunt ; aliud autem[d] totum pro[e] se habent[f] et manducant.[1] Et sic isto modo dicunt se[g] bene pascere deos suos.

3. Verumtamen hec terra de melioribus est que hodie sint[h] in mundo, et hoc in hiis[i] que habere posset corpus humanum.[j] Multa alia de ista terra dici possent, que non ulterius ego scribo.[k]

De civitate Fuco, ubi sunt galline albe non habentes pennas sed solum lanam ut pecudes, ubi etiam mulieres nupte unum....[l] Cap. XXII.

1. De hac contrata,[m] veni versus orientem ad unam civitatem nomine Fuço,[n] [2] que bene circuit per XXX milliaria, in qua sunt maiores galli qui sint in mundo. Galline vero sunt albe ut nix non habentes pennas, sed solum lanam sunt portantes ut pecus.[3] Hec civitas multum pulcra est sita supra mare.

2. De qua recedens, ivi per XVIII[o] dietas transiens per multas terras et civitates aliaque diversa multa.[p] Dum autem sic irem,

[a] VY *istis.* — [b] CY add. *hii.* — [c] Y *porrigunt*; B *quia omnia comedentia debent esse calidissima.* — [d] V add. *residuum.* — [e] A *per.* — [f] V *retinent.* — [g] A om. *se.* — [h] CV *sit*; B om. *que.... sint.* — [i] V add. *omnibus.* — [j] BC loco *et hoc.... humanum* habent *et omnia que requirit corpus humanum ibi inveniuntur* (C *hic habentur*). — [k] C om. *Multa alia.... scribo.* — [l] Verba quae sequuntur abscissa fuerunt a ligatoris cultro. — [m] A om. *contrata.* — [n] B *Sucho*; C *Fuco*; V *Fuzo*; Y *quae vocatur Fucho.* — [o] BCY om. *per*; C *19.* — [p] C *loca.*

[1] Quae sequenti modo fiebant : Loco principali monasterii praeparato, tabulae magnae in medio collocantur super quas utensilia cum variis et melioribus cibis ponuntur. Candelae accenduntur et incensum, quod cum fumo comestibilium ad idola ascendit. Quando haec manducasse supponuntur, cibi elongantur et a monachis et populo inserviente consumuntur, Fortune, *Three Years Wanderings*, 190, laud. ap. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 185, n. 2.

[2] Fu-tcheou.

[3] Phasianus lanatus, gallus lanatus, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 186, n. 2.

Digitized by Google

veni ad unum magnum montem, in uno [a] cuius latere montis omnia animalia illic habitancia [b] nigra [c] sunt, et homines et mulieres valde extraneum modum habent vivendi. Ab alio [d] latere montis omnia animalia alba sunt et homines et mulieres valde extraneum [e] modum vivendi habent ab aliis.[f] Omnes mulieres ibi nupte [g] unum magnum barile de cornu [h] in capite portant, ut agnoscantur [i] quod [j] nupte sunt.[1]

3. Hinc transiens per XVIII [k] alias dietas et per terras et civitates multas et veniens [l] ad unum magnum flumen,[2] aplicui ad unam civitatem, et [m] per transversum istud [n] flumen habet unum pontem.[o] In capite eius [p] in domo cuiusdam hospitis hospitatus [q] [15*r*] fui. Qui volens complacere michi, dixit: « Si tu vis bene piscari videre, veni mecum ». Et sic me duxit super istum pontem, in quo dum sic essem, aspexi [r] et vidi in illis suis barchis mergos super perticas alligatos, quos postea ille homo uno filo ligavit ad gulam, ne illi se in aquam submergentes et pisces capientes illos comedere [s] possent. Unde in una barcha posuit tres magnas cistas, unam ab uno capite navis, secundam ab alio, terciam vero posuit in medio. Dum autem hoc [t] sic fecisset, illos mergos disolvit, qui se postea in aquam submergebant, et sic pisces quam plurimos capiebant, quos ipsemet postea in illis cistis ponebat.[u] Unde in parva hora omnes ille ciste fuerunt plene piscibus.[v] Dum autem sic plene essent, a collo eorum filum illud [w] accipiebat et eos in aquam submergere permittebat, ut inde piscibus [x] pascerentur. Cum autem pasti sunt,[y] ad sua loca

[a] BY *unius*; C om. *cuius*. — [b] AC *habencia*. — [c] C *alba*. — [d] VY add. *autem*. — [e] B *divisum*; C *diversum*. — [f] Y om. *ab aliis*. — [g] AY *inupte*. — [h] B *bracale de corio*; C *batile*. — [i] BCYV *cognoscantur*. — [j] B *que*; Y *quia*. — [k] C *9*. — [l] C om. *et per.... veniens*. — [m] BY *que*. — [n] A *istum*. — [o] C om. *ad unam.... pontem*. — [p] BCY *cuius*. — [q] CY om. *hospitatus*. — [r] A add. *autem*. — [s] A *tenere*. — [t] BCY om. *hoc*. — [u] B om. *piscibus.... ponebat*. — [v] BCY om. *piscibus*; BY add. *Ipse*. — [w] BCY om. *illud*. — [x] C om. *permittebat.... piscibus*. — [y] BCY *essent*.

[1] Differentia inter incolas utriusque lateris montis verisimiliter fit ex eo quod ibi tribus Meautze aut aliae habitabant. Haec etiam a M. Polo et scriptoribus confirmantur, cf. ibid., 187-88, n. 1.

[2] Verisimiliter flumen Ts'ien t'ang in provincia Che-kiang, ibid., 188, n. 3.

Digitized by Google

revertuntur,[a] et eos ibi ligat[b] sicut prius erant.[c] [1] Ego autem de illis piscibus manducavi.

4. Transiens[d] inde per multas dietas, alium modum piscandi[e] vidi: nam sunt homines, habentes unam tinam calida[f] aqua plenam in una barcha, qui nudi erant, habentes singuli post collum unum saccum, et se submergentes in aquam pisces manibus capiebant, ponentes eos in saccis suis, et cum ascendebant eos in barcha sua ponebant, postea in illam aquam calidam se ponentes.[g] Tunc alius ibat faciens sicut primus et sic isto modo multos pisces capiebant.[2]

De civitate Casaie cuius muri circuunt c milliaribus, ubi sunt XII milia pontium; ubi etiam quidam pascebat quedam animalia pusilla, dicens ea esse animas. CAP. XXIII.

1. Hinc ergo recedens, veni ad unam[h] civitatem nomine Camsay,[i] quod idem est quod civitas celi.[j] [3] Hec civitas maior est aliqua que sit in mundo, et bene circuit centum milliaria. In ipsa enim[k] non est spana[l] terre que non habitetur bene, et multociens erit domus aliqua que bene X vel XII supellectiles habebit. Hec civitas etiam habet burga magna habencia maiorem gentem quam ipsa civitas tenet.[m] Hec XII portas habet[n] [4] prin-

[a] BC *revertebantur.* — [b] A *ligant*; BC *ligabat.* — [c] B hab. *erat.* — [d] BC add. *autem.* — [e] BCY add. *ego.* — [f] V *calidam.* — [g] B loco *postea.... ponentes* habet *postea intrabant aquam calidam*; C om. *postea* et *se ponentes.* — [h] Y *aliam.* — [i] BV *Cansay*; C *Casaie*; Y *Cansaie.* — [j] B *alio nomine vocatur Celan.* — [k] BY om. *enim.* — [l] BY *spansa.* — [m] V om. *tenet.* — [n] Y om. *habet.*

[1] Hic piscandi modus cum avibus phalacrocoracibus, adhuc hodiedum in usu est apud Sinas praesertim in provincia Che-Kiang, ibid., 188-89, n. 4.

[2] Hic piscandi modus etiam in nostris regionibus non ignoratur. ibid., 191-92, n. 3.

[3] Hang-tcheou. Saec. XII fuit sedes regalis; sub variis nominibus cognoscitur ut Campsay, Cansay, Quinsay, Ching shih, Lin-an, cf. Yule-Cordier, ibid., 192-94, n. 2; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, ap. *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1917, 8-10, n. 1; Hallberg, 425-29.

[4] Kao-tsung regnante (1127-62) dynastiae Sung, 13 portae erant; an. 1370 tres portae clausae sunt, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 194-95, n. 4.

Digitized by Google

cipales, et prope quamlibet illarum portarum forte[a] ad octo milliaria sunt civitates maiores quam esset[b] civitas Veneciarum et Padua. Unde[c] ibitur sex vel octo[d] [15v] dietis per unum illorum burgorum, et tamen videtur modicum permeasse. Hec civitas posita est in aquis lagunarum, que manet et stat ut[e] civitas Veneciarum. Ipsa etiam habet plures quam[f] XII millia pontium,[g] in quolibet quorum morantur custodie, custodientes ipsam civitatem pro magno Cane.[1]

2. A latere huius civitatis labitur unum flumen iuxta quod sita est civitas ista, sicut Ferraria ipsa manet.[h] Unde longior est quam lata. De ipsa autem diligenter scivi et inquisivi[i] a christianis, saracenis, ydolatris, cunctisque aliis qui omnes locuntur uno ore, quod bene centum milliaria circuit. Per dominum etiam[j] unum mandatum habetur:[k] nam quilibet ignis solvit[l] unum balis,[m] id est quinque cartas[n] bombicis, que unum cum dimidio florenum valent.[o] [2] Hunc etiam habent modum: nam bene X vel XII supellectiles faciunt unum ignem[p] et sic solum pro uno igne solvent.[3] Hii autem ignes sunt LXXXX[q]

[a] B *fere*; Y *ferme*. — [b] B om. *esset*; C *sit*; Y *essent*. — [c] BCY add. *bene*; V *itur*. — [d] CY *septem*; B *12*. — [e] B om. *et stat*; Y *sicut*. — [f] B om. *plures quam*. — [g] A *portuum*. — [h] A loco *sita* hab. *scita*; B om. *ipsa manet*. — [i] BY *quesivi*. — [j] C *istum scilicet Canem grandem*. — [k] B om. *Per dominum.... habetur*. — [l] B *solvunt etiam magno Cani pro quolibet*. — [m] CY add. *annuatim ipso Cani magno*. — [n] C add. *ad instar*. — [o] AV *valet*. — [p] B loco *nam bene.... ignem* habet *ad unum ignem bene X vel XII familie stant*. — [q] BY *LXXXV*.

[1] Tempore Odorici 100 pontus in civitate et 105 in suburbiis exstabant. De modo exagerandi Fr. Odorici et M. Polo, cf. A. C. Moule, *The ten thousand Bridges of Quinsay*, ap. *The new China Review*, 1921. Extract. 4 pp.

[2] Valor in libris aureis essent 16,40 usque 18,87, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 196, n. 2. Balich moneta erat ex auro vel argento vel charta, et inde vario modo aestimabatur.

[3] Hic locus de modo censum faciendi a Pauthier, *Chine moderne*, 167, illustratur: Pour établir le chiffre exact de la population de chaque province, le gouverneur et le lieutenant-gouverneur font recueillir dans tous les lieux qui sont de leur ressort, par des préposés nommés Paò-kia ou chefs de dix feux, les chiffres portés sur les tablettes en bois attachées aux portes des maisons pour avoir le nombre réel des personnes qui les habitent, ap. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 198, n. 2.

Digitized by Google

tuman; unum autem tuman [a] bene decem millia ignium facit.[b] [1]

3. Reliquorum vero alii sunt christiani,[2] alii mercatores, aliique transeuntes per contratam.[c] Unde [d] fui miratus quomodo [e] tot corpora humana poterant simul habitare.[3]

4. In ea etiam [f] est copia magna panis,[g] carnium de porco, vini et rixi. Quod vinum [h] bigin [i] aliter nominatur,[4] quod [j] etiam pocio [k] nobilis reputatur; omnium etiam [l] aliorum victualium illic magna [m] copia reperitur.[n]

5. Et [o] in ea IIII^or fratres nostri Minores ad fidem nostram unum potentem hominem converterunt, in domo cuius hospitabar.[5] Unde mihi aliquando dicebat: « Atha,[p] id est pater,[6] vis tu [q] venire videre terram »? Et sibi [r] dicebam me velle ire. Unde [s]

---

[a] AV *tunam* (sic deinceps); B add. *cum aliis 4^or saracenorum que constituunt 89.* — [b] C loco *LXXXX.... facit* habet *X milia tantum saracenorum.* — [c] C loco *Reliquorum.... contratam* habet *Mercatores vero alii sunt saraceni, alii christiani, alii transeuntes per viam.* — [d] BY add. *multum*; C add. *valde.* — [e] Y *quod.* — [f] BCY add. *etiam.* — [g] A om. *panis.* — [h] A *unum.* — [i] B *bigni*; Y *vigim.* — [j] AV *que.* — [k] BY *potacio.* — [l] C om. *Quod vinum.... etiam.* — [m] BY *maxima.* — [n] C om. *illic.... reperitur.* — [o] CY add. *Hec est civitas regalis in qua Rex Manzi olim morabatur* (C *moratur*). — [p] C *acta.* — [q] CY om. *tu.* — [r] A *si*; V *sic*; CY add. *semel.* — [s] B *Quadam autem die.*

---

[1] Tuman lingua mongolica decem millia audit, ibid., n. 3; cf. relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, cap. VI, n. 2.

[2] Una ibi nestorianorum ecclesia erat, ut habet M. Polo, ibid., 199, n. 3.

[3] Iuxta auctorem sinensem Yuan-shi, civitas Hang-tcheou plus quam bis decies centena millia hominum continebat, e quibus 360850 patresfamilias et 1834719 mulieres, senes puerique, ibid., 198, n. 2.

[4] Bigin, bigni est nomen, origine turcum, quod in genere omnia pocula fermentata significat, P. Pelliot, ap. *T'oung-Pao*, 1914, 448-53; 1925-1926, 61-64.

[5] Solus Odoricus residentiam fratrum Minorum Hang-tcheou notificat; forsan suo tempore ob penuriam fratrum iam relicta erat.

[6] Atha lingua turca pater audit, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 201, n. 1; P. Pelliot addit: Ata est précisément le mot turc usuel qui signifie père. Il y a donc toutes chances pour que ce chrétien de Hang-tcheou ait été un de ces étrangers qui jouèrent un grand rôle dans l'administration provinciale sous les Mongols et pour qu' il fût en fait d'origine turc, *T'oung Pao*, 1914, 448-53; Idem, *Les Mongols et la Papauté*, 240.

Digitized by Google

ascendimus unam barcham, et ivimus ad unum illorum monasteriorum magnum que ibi erant.[1] Ad quod cum ivissemus, unum illorum religiosorum vocavit dicens: « Vides tu hunc raban [a] franchi,[b] id est virum istum religiosum? Ipse venit inde [c] ubi occidit sol, et nunc vadit Cambalec [d] ut roget vitam pro magno Cane. Ideo sibi ostendas aliquid quod ipse videre possit si hic est mirabile, ut si reverteretur ad suas contratas [e] etiam [f] dicere possit: tale quid novum vidi in Camsay ». Tunc ipse dixit se libenter velle ostendere sibi aliquid novum.[g]

6. Et tunc iste duos magnos [16*r*] mastelos [h] accepit, plenos hiis [i] que superfuerunt [j] ad mensam,[k] et tunc [l] aperuit cuiusdam viridarii portam per quam intravimus in viridarium illud. Nunc autem [m] in eo est quidam monticulus plenus arboribus amenis, et dum in eo sic essemus, ipse cimbalum [n] unum accepit et illud incepit pulsare. Ad cuius sonitum [o] multa animalia varia [p] et diversa de illo monticulo descenderunt, sicut nunc essent [q] gati maymones; similiter et multa [r] alia que faciem hominis habebant. Et dum sic videremus, animalia ista bene tria millia [s] circa ipsum [t] se aptaverunt ad se invicem ordinata. Et cum circa ipsum sic essent ordinata et posita, ipse paraxides [u] posuit ante illa, et sicut competebat comedere sibi dabat. Hec autem cum sic comedissent, cimbalum [v] pulsare cepit et ad sua loca [w] revertebantur cuncta.

7. Dum autem sic viderem ista, multum cepi ridere dicens: « Tu michi dicas [x] quid hoc indicare vellit ».[y] Tunc ipse respondit

---

[a] BY om. *tu*; C *videns hunc Robon.* — [b] A *frach.* — [c] B add. *de partibus*; C add. *in India.* — [d] C *Calembet*; Y *Cambaleth.* — [e] AV om. *ipse videre.... contratas.* — [f] Y om. *etiam.* — [g] A *Cafai*, cf. supra; C om. *sibi.... novum.* — [h] B add. *id est sportas.* — [i] B *cibis*; V *de fragmentis.* — [j] A *superflurunt.* — [k] C *in* (Y *a*) *mensa.* — [l] BCY add. *statim*; C om. *tunc.* — [m] B om. *per quam.... autem.* — [n] A *cinbanum.* — [o] B *infanda.* — [p] AV om. *varia.* — [q] BCY add. *symiae.* — [r] BCY add. *animalia.* — [s] CY om. *alia que.... millia*; B om. *sicut nunc.... millia*; A om. *millia.* — [t] AB om. *ipsum.* — [u] B *cibos.* — [v] A *cinbanum.* — [w] B add. *sicut venerant.* — [x] A *tu michi indicas.* — [y] Y loco *michi.... vellit* habet *Qualia sunt ista animalia*; B loco *vellit* habet *quid hoc sit.*

---

[1] Monasterium quod Odoricus visitavit verisimiliter apud lacum magnum Si-hu erat, a Marco Polo et recentioribus descriptum, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 201, n. 3.

Digitized by Google

dicens: [a] « Hec animalia sunt anime nobilium virorum, que nos [b] pascimus amore Dei ». Ei autem respondi dicens: [c] « Hec animalia [d] non sunt anime sed solum bestie et animalia ipsa sunt ». [e] Michi autem respondit dicens: « Verum non est quod hec animalia sint, sed solum nobilium virorum iste sunt anime. Unde sicut unus illorum fuit nobilis homo, sic eius anima in aliquod ipsorum animalium ipsa intrat nobilium; anime vero rusticorum hominum [f] animalia vilia intrant et habitant ». Sic autem isto modo dicere poteram sibi multa, quod [g] nunquam aliud credere volebat. [h] [1]

8. Si quis autem dicere et [i] narrare huius magnitudinem [j] civitatis [k] vellet, illiusque magna [l] et mirabilia que sunt in ea, [m] unus bonus quaternus stationis [n] hec talia [o] tenere non posset. Unde ista est melior [p] et maior terra [q] ac nobilior pro mercimoniis quam habeat totus mundus.

De civitate Cileton cuius muri circuunt per XL miliaria, iuxta quam biduini, id est homines longi tribus spannis habitant, per quorum terram transit flumen Talay, quod est amplius VII milliaria ubi minus est. CAP. XXIV.

1. De ista recedens civitate veni ad unam [r] magnam civitatem per sex dietas [s] que vocatur Chilenfo. [t] [2] Huius muri civi-

[a] Y *Qui* (B *Tunc*) *respondit.* — [b] CY add. *hic.* — [c] CB *Ego autem* (B *tunc sibi*); Y *sic respondenti.* — [d] CY om. *animalia.* — [e] CY om. *hominum*, et add. *in.* — [f] B om. *et animalia.... sunt.* — [g] Y *que tamen.* — [h] A *volebant*; C loco *Sic autem.... volebat* habet *Sed poteram dicere quantum volebam quod credere nolebat.* — [i] B om. *dicere et.* — [j] A *magnitudinis.* — [k] A add. *et narrare.* — [l] A *illius quod*; C om. *vellet.... magna*; V om. *illius.... magna.* — [m] B add. *vix sufficeret*; om. *hec talia.... posset.* — [n] B om. *stationis.* — [o] V add. *capere et.* — [p] V add. *civitas*; CY om. *melior et.* — [q] CY *civitas.* — [r] CY add. *aliam.* — [s] C om. *per.... dietas.* — [t] A *Chilenfe*; B *Chileson*; C *Cileton*; V *Chileraphe.*

[1] Fr. Marignolli idem factum narrat, cf. infra Lib. II, Cap. *De quodam Yndo baptizato*, n. 6, quod etiam ab historiographis modernis confirmatur, ibid., 203-204, n. 2.

[2] Nanking. Distantia autem istam inter et Hang-tcheou 125 millia in 6 dietis fieri nequit, ibid., 204-205, n. 3; Hallberg, 220-21.

Digitized by Google

tatis bene[a] XL milliaria circuunt ipsi.[b] In ista etiam civitate sunt bene trecenti et sexaginta[c] pontes lapidis[d] pulcriores quam totus mundus habeat.[1] In hac civitate fuit prima sedes Regis Mançi in qua ipse morari solebat.[2] Hec bene habitatur a gente, et in ea est ita magnum navigium, quod mirabile valde est [16*v*]. Ipsa bene sita est, omniumque bonorum[e] copiam habet magnam.

2. Ab hac civitate recedens,[f] veni ad quoddam flumen magnum quod vocatur Dotalay.[g][3] Et est maius flumen quod sit in mundo. Nam ubi strictius est, bene est latum milliaribus septem. Hoc flumen per mediam terram pigmeorum,[h] id est biduinorum[i] transit, quorum civitas vocatur Tachara,[j][4] que de maioribus[k] et pulcrioribus civitatibus[l] est que sint[m] in mundo. Hii pigmei sunt magni tribus spannis, qui faciunt maiora[n] opera gotomim,[o] id est bombicis,[p] quam aliqui homines qui sint in mundo. Homines autem magni qui ibi sunt, filios generant qui plus quam pro[q] dimidietate[r] similes illis pigmeis sunt,[s] qui sunt ita parvi.[t] Ideoque[u] tot istorum parvorum ibi generantur et nascuntur, quod sine numero quasi sunt.[v] Hii pigmei famosi[w]

---

[a] Y add. *per.* — [b] V *ipsam.* — [c] A *sesaginta*; Y *XL.* — [d] CVY *lapidei.* — [e] A *scita*; C *victualium.* — [f] C om. *recedens.* — [g] B *Thalay*; CY *Talay.* — [h] B *pagnieorum* et om. *id.... Biduinorum.* — [i] Y *scilicet Vidinnorum.* — [j] B *Cascam*; C *Cancha*; Y *Chathan.* — [k] BCY *melioribus*; C om. *et pulcrioribus.* — [l] Y *civitas*; B om. *civitatibus.* — [m] AV *sit.* — [n] BCY *magna.* — [o] BCY *goton*; A *gotomin.* — [p] A *bombacis.* — [q] A om. *pro*; C om. *qui.... quam.* — [r] A add. *filios generant.* — [s] AV om. *sunt.* — [t] B om. *qui sunt.... parvi.* — [u] C *ita quod.* — [v] C add. *et sine mensura.* — [w] C *formosi.*

---

[1] Ibid., 205, n.

[2] Iam saec. III et IV sub dynastiis Ts'in (an. 221-29) et Wou (an. 222-80) Nanking sedes imperialis fuit; dynastia Sung regnante (an. 1127-63) iterum ut sedes imperialis parvo temporis spatio eligitur; post Odorici adventum dynastia Ming ab anno 1368 usque 1406 illuc sedem transtulit, ibid., 205, n.

[3] Ta-kiang aut Yang-tze, ibid., 206-207, n. 5.

[4] Haec civitas nondum identificata est; Yule-Cordier Cathan scribunt et pro Kothen stare volunt, ibid., 207-208, n. 5.

Digitized by Google

sunt tam mares quam femine secundum magnitudinem suam, et nubunt masculi [a] in quinto anno. Et hii pigmei habent animam rationalem sicut nos.[b] [1]

De civitate Çançay, ubi sunt hospitia deputata ad faciendum convivia. Cap. XXV.

1. Dum per istud [c] flumen Dotaly transirem sic inveni [d] multas civitates, et veni ad unam que vocatur Jamçai,[e] [2] in qua est unus locus nostrorum fratrum Minorum. In hac etiam sunt tres ecclesie nestorinorum.[f] [3] Hec civitas nobilis est et magna,[4] habens [g] LVIII [h] tuman ignium quorum unumquodque [i] tuman bene est decem millia. In hac civitate bene [j] sunt omnia [k] quibus vivunt christiani et sunt in magna copia. Unde dominus istius civitatis solum de sale [l] bene habet de reditu [m] L [n] tuman balissi. Balissus autem valet unum florenum cum dimidio, et ita bene [o] unum tuman [p] constituit XV [q] millia florenorum. Verumtamen unam gratiam huic populo fecit iste dominus, nam sibi dimittebat [r] CC tuman ut caritudinem [s] non haberent.[5]

---

[a] A *masculis*; C *foeminae*. — [b] BCY om. *Hii pigmei.... nos*. — [c] A *istum*. — [d] Y *irem* (C *ivi*); YB *transivi per*. — [e] B *Ianzai*; C *Iançay*; V *Iamzay*; Y *Iamsai*. — [f] CY add. *id est virorum religiosorum*. — [g] Y add. *bene XLIII vel*. — [h] B *48*. — [i] Y *unusquisque*. — [j] BCY om. *bene*. — [k] CY add. *illa*. — [l] A *se*. — [m] C om. *bene.... reditu*. — [n] Y add. *milia*. — [o] C om. *ita bene*. — [p] CY add. *balisi*. — [q] C *LX*. — [r] C om. *sibi dimittebat*. — [s] B *caristiam*.

---

[1] Cf. Cordier, *Les voyages en Asie au XIVe siècle du B. Fr. Odoric*, 348-55, postquam scriptorum antiquorum dicta examini subiecit, concludit quod Odoricus suam narrationem naturaliter exponit et scriptores Sinenses hac in regione pygmaeos existere dicunt. Cf. A. de Quatrefages, *Les Pygmées*.

[2] Yang-tcheou ; cf. Hallberg, 272-73.

[3] P. Pelliot dicit B. Odoricum unicum esse auctorem usquedum notum qui Yang-tcheou 3 nestorianorum ecclesias et unam fratrum Minorum indicavit, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême Orient*, ap. *T'oung-Pao*, 1914, 638.

[4] Cf. Fr. Ioannes Marignolli infra, Lib. II, Cap. *De cultu post Diluvium*, n. 2.

[5] Yule-Cordier, *Cathay*, II, 211, n. 1, confusionem hic adesse in omnibus MSS. opinantur. Sed notandum est, B. Odoricum hic unice

Digitized by Google

2. Hanc autem consuetudinem habet civitas ista, nam quando [a] homo [b] vult facere unum magnum pastum aut convivium [c] suis amicis, ad hoc sunt hospicia deputata. Nam illis hominibus qui hospicia tenent, hec [d] dicet ille homo: « Tu hospes michi facias convivium istud pro quibusdam amicis meis, et pro illo expendere volo tantum ». Sic autem michi convivium fiet bene et ordinate et michi melius servitur [e] quam in propria domo [17*r*].

3. Hec civitas etiam maximum navigium habet.[f]

4. Per x milliaria ab ista civitate, in capite istius magni fluminis [g] una alia civitas est que vocatur Mençu.[h] [1] Hec civitas maius navigium [i] habet quam aliqua que hodie [j] sit in mundo. Omnes ille naves [k] albe sunt ut nix, zesso [l] [2] depicte; hospicia, sale [m] multaque alia habent ita [n] ornata [o] et pulcra sicut in mundo possent esse.[p] Unde est quasi quoddam incredibile audire et videre huius navigii magnitudinem.[q]

5. Ab ista civitate recedens et transiens per octo [r] dietas per multas terras et civitates, per aquam dulcem veni [s] ad quamdam civitatem que vocatur Lençin.[t] [3] Hec civitas super unum flumen est posita, quod vocatur Caramoram.[u] [4] Hoc flumen

---

[a] Y add. *unus*. — [b] C *aliquis*. — [c] B add. *cum*; C om. *aut convivium*. — [d] B loco *Nam.... hec* habet *Nam hospitibus*. — [e] AV *serviet*. — [f] B add. *et pulchrius quam aliqua civitas que sit in mundo*. — [g] BY add. *del Calai* (*Talay*); C om. *Per X.... fluminis*. — [h] BY *Menzu*; V *Mengu*. — [i] CY add. *et pulcrius*. — [j] Y (*quam*) *alia civitas que forte*. — [k] A *civitates*. — [l] AV *coso* (V *zesso*) *in* (V om. *in*) *in petra*; Y add. *in ipsis*; B *in qua*. — [m] A add. *ita*; B om. *sale*. — [n] A *et*. — [o] BY *ordinata*. — [p] Y om. *esse*. — [q] B om. *Unde est.... magnitudinem*. — [r] Y *IV*. — [s] A om. *veni*. — [t] B *Lenzi*; C *Lonzin*; V *Benzin*; Y *Lenzin*. — [u] B *Cammorta*; C *Carmaram*.

---

de salis vectigalibus loqui, quae 50 tuman seu in moneta nostra 1.700.000 libras producunt. Quando vero de reditibus dimissis sermo est, tunc necessario modo omnia vectigalia numerantur.

[1] Verisimiliter Tschin-Kiang, ibid., 211-12, n. 3; Hallberg, 350-51.

[2] Sinenses naves glutineo olio aut resina, ex quibusdam arboribus tongshu dictis, cum quadam arundinis materia mixta, depingunt, Yule-Cordier, *The Book*, II, 250-51, n. 4.

[3] Lin-ching, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 213, n. 1; Hallberg, 310.

[4] Huang-ko.

Digitized by Google

per medium Catay transit, cui magnum dampnum infert quando rumpit,[1] sicut est Padus transiens per Ferariam.[2]

6. Dum sic irem per flumen istud versus orientem multis dietis et transiens per terras multas et civitates, veni ad civitatem unam que vocatur Suçumato.[a] [3] Hec civitas habet maiorem habundanciam sirici [b] quam [c] aliqua terra de mundo. Nam quando maior caritudo sirici possit esse,[d] bene tamen XL [e] libre minori precio [f] VIII solidorum [g] grossorum habentur. In ea etiam magna copia omnium mercimoniorum est; similiter et [h] panis omniumque aliorum bonorum.

7. Tunc de ista civitate recedens et transiens per multas civitates et terras,[i] veni ad unam [j] nobilem civitatem que vocatur Cambelec. Hec civitas multum est vetus [k] et antiqua, que est in [l] provincia Catay; [4] hanc civitatem [m] ceperunt Tartari.[5]

De civitate Taido et eius mirabili palatio ac de magnificentia sua. CAP. XXVI.

1. Iuxta quam ad dimidium milliare fecerunt [n] unam aliam civitatem nomine Taydo.[o] [6] Hec XII [p] portas habet; inter [q] quamlibet quarum sunt duo milliaria magna, unde inter [r] utram-

[a] BCVY *Suzumato.* — [b] C om. *sirici.* — [c] Y add. *forte.* — [d] C om. *possit esse.* — [e] C *LX.* — [f] CY om. *precio.* — [g] C *4 solidis*; V *solum.* — [h] B add. *vini et*; Y *etiam.* — [i] BCY add. *versus orientem.* — [j] CY *illam.* — [k] A *vetes.* — [l] Y om. *in.* — [m] Y om. *civitatem.* — [n] AV *ceperunt.* — [o] BC *Taido*; Y *Caydo.* — [p] A *XV.* — [q] CV *intra.* — [r] A *in.*

[1] Variae inundationes huius fluminis notantur, ibid., 213, n. 1.

[2] Po, cf. Vivien de Saint Martin, *Nouveau dictionnaire de Géographie universelle*, t. IV, 848-49, cum bibliographia ibid.

[3] Tsi-ning, A. C. Moule, *Marco Polo's Sinjumatu*, ap. *T'oung Pao*, 1912, 431-33; Hallberg, 477-79.

[4] Peking; iam ab an. 1121 a. C. sub nomine Ki exstitisset, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 216, n. 1.

[5] An. 1215 a Chingiz civitas capta fuit, cf. ibid.

[6] A Sinensibus Ta Tu nominabatur; a Mongolis vero Khanbaliq, cf. ibid.; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 283; Hallberg, 127-28.

Digitized by Google

que civitatem bene habitatur,[a] et circuitus istarum duarum civitatum plura ambit [b] quam quadraginta [c] milliaria.[1]

2. In hac civitate Canis ille magnus suam sedem [d] habet, ubi [e] etiam unum suum magnum palacium habet, cuius muri bene [f] IIII milliaria circuunt. Intra quod spatium [g] multa alia [h] palacia [i] sunt [17*v*]. In curtivo huius palacii [j] mons unus est manu factus,[k] in quo hedificatum est unum palacium aliud quod est pulcerimum de mundo. Hic etiam mons arboribus est plantatus ; [l] propter quod mons viridis nominatur. A latere montis huius factus est unus magnus [m] lacus ; per transversum [n] pons unus pulcerimus factus est.[o] In isto lacu sunt tot anseres silvestres, anates et cisane [p] [2] quod valde mirabile est. Unde quando dominus [q] vult venari potest absque exire domum, hoc est civitatem.[r] In hoc etiam palatio sunt viridaria plena diversis generibus bestiarum, quas quantumque vult ipse venari, potest absque hoc quod extra domum vadat.[s] [3]

3. Palacium autem suum [t] in quo sedes sua est, multum magnum et pulcrum est, cuius terra duobus passibus ellevata est. Ipsum interius habet XXIIII columpnas de auro. Omnes muri eius cohoperti sunt pellibus rubeis, de quibus dicitur quod nobiliores pelles sunt que hodie sint [u] in mundo. In medio autem palacii est una magna pigna alta passibus plus [v] quam duobus,

---

[a] A *habitantur* ; B om. *unde in.... habitatur.* — [b] A *ambitus.* — [c] C *LX.* — [d] A repetit *sedem.* — [e] A *ibi et.* — [f] CY add. *per.* — [g] A *Infra quod palacium.* — [h] YC add. *pulchra.* — [i] B add. *sita.* — [j] Y add. *magni.* — [k] Y om. *manu* ; C om. *est.... factus.* — [l] B (*arboribus*) *est plenus et subtiliter sunt plantate.* — [m] AV om. *magnus.* — [n] CY add. *cuius.* — [o] B add. *ad transeundum.* — [p] BY *cesene* ; C *cisones.* — [q] Y om. *dominus.* — [r] BCY loco *potest.... civitatem* habent *non oportet eum domum* (B om. *domum*) *exire pro venatione cum illa sit in domo.* — [s] AV om. *In hoc.... vadat.* — [t] BCY *ipsum.* — [u] BCY om. *hodie.* — [v] YC *pluribus* ; C om. *quam.*

---

[1] Descriptio Khanbaliq a B. Odorico facta, veritati omnino quadrat, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 216.

[2] Cf. Ducange, *Glossarium* sub nomine cecua.

[3] Pro palatii descriptione, cf. bibliographiam, ap. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 219-20, n. 1.

Digitized by Google

que tota est de uno lapide precioso nomine merdicas.[a] [1] Ipsa etiam [b] tota est de auro ligata, et in quolibet angulo ipsius est unus serpens de auro [c] qui verberat os [d] fortissime. Hec etiam pigna recia [e] habet de perlis magnis [f] que pendent ab ea; que recia forte sunt magna [g] una spana. Per hanc pignam defertur potus per conductus qui in curia Regis habetur. Iuxta hanc [h] pignam manent multa vasa aurea cum quibus omnes volentes bibere bibunt. In ipso etiam palatio sunt multi pavones de auro. Cum aliquis tartarus festum aliquod vult facere domino,[i] tunc sic illic [j] sunt percucientes [k] ad invicem manus suas, tunc hii pavones alas suas emittunt, et ipsi tripudiare [l] videntur.[2] Hoc autem fit vel arte diabolica [m] vel ingenio quod [n] sub terra sit.[o]

4. Cum [p] ipse dominus super suam sedem sedet imperialem, a sinistro latere sedet [q] Regina et uno gradu inferius due [r] morantur mulieres quas ipse tenet. In infimo autem manent [s] cuncte alie parentele [t] domine. Omnes ille que nupte sunt unum pedem hominis super capud habent, longum bene brachium cum dimidio. Subter illo pede sunt penne gruis in sumitate,[u] et totus ille pes est ornatus perlis ma[18*r*]gnis, unde si in mundo magne et pulcre sunt perle,[v] hec ita sunt [w] ornamentum istarum dominarum.[3] A [x] latere autem dextro ipsius Regis [y] moratur eius filius primogenitus, qui post ipsum regnare debet. Inferius autem ab istis morantur omnes illi qui sunt de sanguine regio.[4] Illic etiam

---

[a] B *mesedecas*; C *merdacas*; Y *merdatas*. — [b] C *enim*. — [c] CY om. *de auro*. — [d] AV *eos*. — [e] B om. *recia*. — [f] C om. *de.... magnis*. — [g] BCY *lata*. — [h] BCY *etiam*. — [i] CY add. *suo*. — [j] BCY om. *illic*. — [k] AV *percutiendo*. — [l] A *trebudiare*; B *trepidari*. — [m] C om. *vel.... diabolica*. — [n] Y *quodam*. — [o] Y *fit*; B om. *quod.... sit*. — [p] V *quando*. — [q] Y *manet*. — [r] BY add. *alie*. — [s] Y om. *manent* et *alie*. — [t] A *paritele*; C om. *domine*. — [u] C om. *subter.... sumitate*. — [v] V add. *sunt ibi*. — [w] CY add. *in*. — [x] A om. *A*. — [y] AV *istius Regine*.

---

[1] Est Jade aut Yu. Quod maxime apud Sinenses et Mongolos aestimabatur, ibid., 221, n. 1.

[2] Cf. itinerarium Fr. Guill. de Rubruc, cap. XXX, nn. 2-3.

[3] Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 222-24; IV, 267; itineraria Fr. Iohannis de Plano Carpini, cap. II, n. 5; et Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. VI, n. 3.

[4] Cf. itineraria Fr. Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 35; Fr. Benedicti Poloni, n. 10; Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XIX, n. 6.

Digitized by Google

IIII^or sunt scriptores scribentes omnia verba [a] que dicit ipse Rex. Ante cuius conspectum stant barones sui,[b] multique alii innumerabiles, nullus quorum loqui auderet ullo modo nisi a magno domino peteretur, illis etiam istrionibus exceptis qui suum dominum vellent letificare. Hii tamen istriones nichil aliud facere audent nisi secundum quod ipse Rex [c] eis imposuit.

5. Ante portam [d] ipsius palacii stant barones custodientes et videntes [e] ne aliquis limen [f] tangat, quod si aliquis facere [g] reperiretur, ipsi eum acriter verberarent.[1]

6. Cum autem dominus ipse magnus aliquod convivium facere vult fieri,[h] secum habet IIII^or [i] millia barones, cum coronis in capite sibi in convivio servientes, et quilibet talem vestem in dorso habet quod solum perle que [j] sunt super quamlibet vestem plus valent quam XV [k] millia florenorum.

7. Curia ipsius optime ordinata est,[l] videlicet per decennarium, centenarium et millenarium.[m] Unde omnes inter se taliter [n] sunt ordinati et sibi [o] invicem respondentes, quod de suis officiis nec de aliquo alio nunquam defectus [p] invenitur.[q] [2]

8. Ego Fr. Odoricus ibi fui bene tribus annis in hac sua civitate, et multociens in istis suis festis presens fui. Nam nos fratres Minores in hac curia sua habemus locum deputatum, et nos sic semper opportet ire et dare sibi benedictionem nostram. Unde [r] diligenter pecii et inquisivi [s] a christianis, saracenis, cunctisque aliis [t] ydolatris, a nostris etiam conversis ad fidem, quia [u] in illa curia [v] sunt magni barones aspicientes solum ad personam Regis, et hii omnes uno ore locuntur dicentes, quod ystriones [w]

---

[a] AV add. *Regis.* — [b] C *sunt*; V om. *sui.* — [c] BY add. *legem.* — [d] Y *portas.* — [e] C om. *et videntes.* — [f] BCY add. *ostii.* — [g] BCY *faciens*; B add. *contrarium.* — [h] V *filius*; B om. *fieri.* — [i] BC *24*; Y *XIV.* — [j] BCY add. *ibi.* — [k] B *VI.* — [l] A om. *est.* — [m] AV *centenarium, decenarum, millenariorum.* — [n] AV *totaliter.* — [o] AV add. *ad.* — [p] YC add. *aliquis.* — [q] B om. *per centenarium.... invenitur.* — [r] B *Et bene.* — [s] C om. *et inquisivi.* — [t] BCY om. *aliis.* — [u] BCY *qui.* — [v] B *fide.* — [w] YC add. *solum.*

---

[1] Cf. ibid., Fr. Ioh. de Plano Carpini, cap. III, n. 7; cap. IX, n. 33; Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XIX, n. 5.

[2] Cf. ibid., Fr. Ioh. de Plano Carpini, cap. VI, n. 2; circa curiae regimen, cf. Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 323.

Digitized by Google

sui sunt bene tresdecim [a] tuman, quorum quodlibet [b] bene x millia constituunt [c] ystrionum; alii autem custodientes canes, bestias silvestres et aves bene xv [d] [18*v*] sunt tuman. Medici vero qui custodiunt personam Regis sunt ydolatri [e] quadringenti, christiani autem octo et unus saracenus. Hii omnes totum illud habent quod est [f] necessarium a curia [g] Regis, cuius [h] autem familia sua reliqua ibi sine numero possidetur.

9. Dominus vero ille in estate moratur in quadam terra que vocatur Sandu,[1] [1] posita sub tramontana, et est [j] frigidior habitatio [k] que hodie sit in mundo. In yeme vero in Cambalec ipse manet, et cum vult ab una terra ad aliam equitare, hunc modum ipse tenet: nam IIII^or^ exercitus equitum ipse habet. Exercitus [l] unus dieta una [m] ipsum antecedit, secundus alia dieta [n] ipsum sequitur,[o] tercius similiter et quartus, ita quod semper in medio [p] vadit, in modum crucis. Cum autem sic vadunt [q] omnes habent suas dietas ordinatas. Unde omnia [r] ibi inveniunt [s] que sibi sunt necessaria ad comedendum.

10. Gens vero que vadit cum eo ambulat isto modo: nam Rex ille super [t] uno curru a duabus rotis vadit, in quo facta est una pulcerima sala, tota de lignis aloe et auro ornata insuper perlis [u] magnis et pulcris et multis lapidibus preciosis, quatuorque elefantes [v] parati et ornati ducunt istum currum, quem etiam quattuor equi pulcerimi bene cooperti insuper sunt ducentes. Et iuxta quem quatuor barones, qui vocantur çuche,[w] [2]

---

[a] V *trecenteni.* — [b] AV *quilibet.* — [c] C om. *constituunt.* — [d] Y om. *XV.* — [e] BCY add. *numero.* — [f] CY add. *sibi.* — [g] B *auro.* — [h] BCY *eius.* — [i] AV *Sanay*; Y *Zandu.* — [j] CY om. *est.* — [k] C *frigida*; CY *habitabilis.* — [l] CY *quorum.* — [m] V *diem unam.* — [n] C om. *secundus.... dieta.* — [o] ACYV om. *ipsum sequitur.* — [p] C *Ipse autem in medio istorum 4 exercituum vadit semper.* — [q] AV om. *in modum.... vadunt*; C om. *in modum crucis.* — [r] Y add. *illa.* — [s] A *invenit*; V *inveniuntur.* — [t] A *semper.* — [u] AV *pellibus.* — [v] BCY add. *bene.* [w] BVY *zuche*; C *muche.*

---

[1] Shang-tu, decem dietae a Peking, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 227, n. 1; Hallberg, 146-47.

[2] Isti quatuor barones a M. Polo « Quesitan » dicti, ad Imperatoris personam custodiendam specialiter erant deputati; ex hoc officio tantummodo ad ministri munere fungendum amovebantur, ibid., 228, n. 7.

Digitized by Google

vadunt custodientes et tenentes currum [a] ne aliquid offenderet ipsum Regem. Insuper et secum super currum portat XII girifalcos,[b] quos dum sic sedet in curru super [c] cathedra sua vel sede et videt aliquas [d] volantes aves post eas volare [e] permittit.[1] Et ad unius lapidis iactum nullus ad currum [f] audet appropinquare, nisi illi qui [g] specialiter sunt deputati. Unde sicut Rex magnus vadit, sic et in gradu suo sue vadunt mulieres isto modo, quod et suus primogenitus tenet et observat.

11. Unde quasi incredibile esset illam gentem ymaginari quam ille dominus habet. Exercitus autem illi qui ipsum dominum antecedunt,[h] forte vult dicere [i] quingenta tuman, habentes [j] illa a domino que [k] sunt necessaria integraliter et complete. Et si aliquem istorum mori contigeret qui de numero computatur, alius statim ponitur loco suo,[l] unde numerus integer [m] semper manet.

12. Hoc imperium in XII [19*r*] partes [n] ipse dominus divisit,[o] quelibet quarum signo duodecim nominatur.[p] [2] Una autem istarum partium [q] est illud Mançi, que [r] sub se habet duo millia magnarum civitatum. Unde tam magnum est illud suum imperium, quantum [s] unus [t] per quamcumque partem [u] vellet ire in sex mensibus haberet satis,[v] sine tamen insulis, que etiam [w] sunt bene quinque millia, que etiam in numero non ponuntur. Et ut

---

[a] Y add. *aliquis offenderet currum.* — [b] AV *çufalcos*; B *grifalcos*; Y *zirifalcos.* — [c] A *sub.* — [d] A *aliquis*; V om. *eorum.* — [e] BCY *abire.* — [f] CY *currui.* — [g] BY add. *ad hoc.* — [h] Y *attendunt.* — [i] CY om. *forte.... dicere*; ABC add. *sunt.* — [j] AV *habencia.* — [k] CY add. *sibi.* — [l] BCY *sui.* — [m] Y om. *integer.* — [n] A *partibus.* — [o] C *conduxit*; Y *condivisit.* — [p] Y *syno duodecim* (B *duodena*) *nominate*; C om. *quelibet.... nominatur.* — [q] A om. *partium.* — [r] VY *quod.* — [s] BCY *quod.* — [t] CY add. *pedes*; B *pedester.* — [u] CY add. *ipsius*; B *illius.* — [v] V add. *per terram.* — [w] BCY om. *etiam*; B *ibi multe scilicet*; C om. *bene.*

---

[1] Cf. itinerarium Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. V, n. 3.

[2] Sub dynastia Yuen provinciae erant sequentes: Cheng tung, Liao yang, Chung shu, Shensi, Ling Pe (Karakorum), Kan-su; Su tchuenn, Honan Kiang Pe, Kiang che, Kiang si, Hu Kwang, Yun nan. Inde Manzi, ut minus recte B. Odoricus dicit, non unicam provinciam constituit, cf. ibid., 231, n. 1; Cordier, *Histoire générale de la Chine*, II, 324-25.

Digitized by Google

transeuntes possint suis necessitatibus subvenire, per totum suum regnum facit hospicia preparari [a] sicut domus de [b] curtina que domus iam [c] [1] vocatur. In istis autem domibus sic paratis, sunt omnia illa que necessaria sunt humane nature.[d]

De modo quem dictus magnus Canis tenet ut sciat novitates que fiunt in suo regno. Cap. XXVII.

1. Cum autem novitas aliqua in suo habetur [e] imperio, statim ambasiatores sui ad ipsum super equos velociter [f] currunt. Si [g] negocium [h] arduum esset et periculosum, super dromedarios ipsi ascendunt. Et cum ad ista [i] hospicia sive domus incipiunt appropinquare,[j] unum cornu pulsant,[k] ad cuius sonitum hospes huius hospicii unum hominem [l] facit velociter preparari. Cui [m] ille qui [n] venit ad domum illam [o] litteram representat quam aportavit; et [p] iste qui nuper venit ut reficiatur in illa domo manet; [q] tunc ille qui iam litteram recepit [r] usque ad aliud iam, id est [s] usque ad aliam domum,[t] properat festinanter. Et iste secundus eodem modo facit quo [u] fecit et ille primus; et sic per illum [v] modum in una naturali die unum novum trium dierum [w] ille recipit Imperator.

---

[a] B *separare*; C *fecit fieri*. — [b] Y *et*. — [c] B *Ymair*. — [d] BCY *vite*; C add. *habundanter*. — [e] A *haberetur*. — [f] C om. *velociter*. — [g] BY add. *autem*. — [h] BCY add. *nimis*. — [i] Y add. *iam scilicet*; C *isti ad iam sive*. — [j] A repetit *appropinquare*. — [k] AV *pulsatur*. — [l] A om. *hominem*; C *4 homines*. — [m] AV *Cum*. — [n] CY add. *ita velociter*. — [o] BC add. *illam*. — [p] BCY add. *sic*. — [q] AV *maneret*. — [r] A *receperit*. — [s] C *sive*; Y *scilicet*. — [t] B loco *Iam.... domum* habet *aliud hospitium*. — [u] B *quod*; V *quo modo*. — [v] BCY *istum*. — [w] BCY *triginta dietarum*.

---

[1] Cf. supra itinerarium Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XV, n. 1; sed B. Odoricus verbo «iam» in eodem sensu ac Fr. de Rubruc non utitur. Accuratius Fr. Guillelmus «chán» dixisset; hic vero de cursu publico celeri, quod sinice Ki-ti-p'u vocitatur, sermo est. Cursores publici per singula 15 milia sedem habebant, Yule-Cordier, *Cathay*, II, 233-34, n. 2.

Digitized by Google

2. Etiam alium modum mittendi pedites observat.[a] Nam aliqui[b] ordinati cursores in domibus que Chidebeo[c] nominantur assidue commorantur, habentes cingulum[d] unum circumcirca nolarum vel sonagliorum.[e] Harum domorum una distat ab alia milliaribus forte tribus. Cum autem[f] domum appropinquat istas suas[g] nolas vel sonaglia[h] [1] incipit pulsare[i] fortiter ac valenter;[j] tunc autem ille alius qui est in domo vadit et[k] se preparat[l] velociter et ad aliam[m] domum vadit quam cicius ipse potest. Et sic isto modo hoc idem et alii cursores tenent et observant, donec deventum est ad ipsum magnum Canem. Unde in imperio suo nichil[n] breviter fieri potest quin statim vel multum[o] cito penitus[p] ipse sciat.

De modo quem tenet quando vadit in insulam ad venandum.
Cap. XXVIII.

1. Cum ille Canis magnus ad venandum vadit, hunc modum [19v] ipse[q] habet.[r] Nam extra Cambalec ad xx dietas est unum pulcerimum nemus, octo dietarum per circuitum, in quo tot animalium genera sunt diversa quod valde mirabile est. Circa ipsum nemus positi sunt aliqui per magnum Canem[s] qui ipsum[t] custodiunt diligenter.

2. In fine autem trium vel quatuor annorum ad hoc[u] nemus cum gente sua vadit. Cum autem illuc pervenit, ipsum circumdat totum sua gens. Et[v] permittunt canes intrare, et aves assuetas post illos emittunt, et ipsi ad invicem[w] vadunt reducendo

[a] BCY *Illic alius modus (mittendi pedites) observatur.* — [b] B add. *sunt.* — [c] BCY *Chidebo.* — [d] AV *circulum.* — [e] B *sonaliorum*; C *sanaglorum*; AV *sangulorum*; Y *sonaglorum.* — [f] BY *ad illam.* — [g] Y *duas.* — [h] Cf. supra sub[e]. — [i] AV om. *pulsare.* — [j] B *violenter*; C *velociter.* — [k] BCY om. *et vadit.* — [l] BY *parat.* — [m] Y om. *aliam.* — [n] Y om. *nichil.* — [o] A *multo*; Y *multa.* — [p] C *breviter.* — [q] Y *in se*; C om. *ipse.* — [r] BC *tenet.* — [s] BCY *pro ipso Cane.* — [t] C add. *nemus.* — [u] BCY om. *hoc.* — [v] AV *gente*; BCY add. *in ipsum.* — [w] BCY add. *pressi.*

[1] Nola est campana parva; sonalium vero tintinnabulum orbiculare, Ducange, *Glossarium.*

Digitized by Google

illa silvestria [a] ad unam pulcerimam planiciem que in medio nemoris habetur, et sic in ea congregatur bestiarum silvestrium maxima multitudo, sicut sunt leones, cervi, multaque alia animalia,[b] tam varia quam diversa, quod ibi videtur maximus [c] stupor. Unde tantus rumor atque clamor est avium atque canum quos in illud nemus [d] emiserunt, quod unus non intelligit [e] alterum. Et cuncta animalia [f] silvestria tremunt illo clamore magno.

3. Dum autem illa silvestria sunt in illa planicie congregata, tunc ascendit [g] super tres elefantes ille Imperator,[h] et in illa silvestria quinque iacet sagitas. Quas cum eiecerit, tota sua societas hoc idem facit similiter; et cum omnes iecerunt [i] sagittas, quarum [j] quelibet [k] suum signum habet per quod una ab alia cognoscitur,[l] tunc ille Imperator magnus vocari facit soy,[m] id est [n] misericordiam,[o] bestiis illis quas de nemore propulerunt,[p] et statim illa silvestria [q] que ibi [r] sunt dimissa [s] intrant ipsum [t] nemus. Ad animalia [u] interfecta cuncti barones accedunt, accipientes [v] suas sagittas quas post illa [w] emiserunt. Nam eas bene cognoscunt cum illi imposuerint eis [x] signum. Unde unusquisque illud [y] animal silvestre habet, quod sua percussit [z] sagitta. Et sic isto modo fit venatio sua.

De festis que facit et de signis et novitatibus que ibi fiunt. Cap. XXIX.

1. Quatuor magna festa in anno iste Imperator facit, scilicet festum circumcisionis,[1] eiusque nativitatis diem, et sic de

[a] B add. *animalia*; C om. *vadunt.... silvestria.* — [b] Y om. *animalia.* — [c] CY add. *esse*; B *et est magnus stupor videre ea.* — [d] ABV *in illo*; BV *nemore.* — [e] A *intelliget.* — [f] BCY add. *illa.* — [g] AV *accedit*; B *vadit.* — [h] BCY *magnus*; CY *Canis.* — [i] A *iacerunt*; V *iacuerint.* — [j] AV om. *quarum.* — [k] A *quilibet.* — [l] BCY *cognoscatur.* — [m] BY *syo.* — [n] C om. *soy id est.* — [o] V *unum*; Y *immani*; A add. *bestiam.* — [p] B *expulerunt*; Y *pepulerunt.* — [q] BCY *bestie ille silvestres.* — [r] BCY *vive.* — [s] C add. *sunt.* — [t] Y om. *ipsum.* — [u] A *alias interfectas.* — [v] A *acceptum.* — [w] A hab. *illas.* — [x] B *ibi*; CY *sibi*; V *illis.* — [y] Y *aliud* et om. *animal.* — [z] A *percutit.*

[1] Cordier loco circumcisionis proponit vocem coronationis quam apud redactionem Ramusii minorem reperitur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 237, n. 1.

Digitized by Google

aliis [a] reliquis. Ad hec festa convocat omnes barones suos et [b] ystriones omnesque [c] de sua parentela, qui omnes ordinate in festo ponuntur. Ma[20*r*]xime [d] convocat [e] istos ad duo festa [f] de istis, scilicet ad festum circumcisionis et ad festum diei [g] nativitatis sue.[h] Cum ad aliquod istorum festorum [i] sunt isti convocati, tunc accedunt barones cum coronis in capite, ipso Imperatore in sua sede residente, sicut superius dictum est.[j] [1] Et omnes barones in locis [k] deputatis ordinate morantur.[l]

2. Diversimode autem isti barones sunt [m] vestiti,[n] de viridi sirico [o] primi, secundi de sanguineo sunt induti, tertii vero de glauco [p] sive cano.[q] [2] Omnes [r] sunt in capite coronati, habentes in manibus [s] unam tabulam de dentibus elefantium albam,[3] et cingulos [t] aureos bene uno semisse altos,[u] stantesque in pedibus et silencium observantes.

3. Circa istos morantur ystriones cum suis insignis et banderiis. In uno autem angulo cuiusdam palacii magni morantur [v] phylosophi et sapientes, attendentes [w] ad cunctas [x] horas et puncta.[y] Et cum occurrit [z] punctum vel hora quam ipsi phylosophi petunt, unus clamat valenter et dicit: « Debetis inclinare [a] nostro Imperatori domino magno ». Tunc omnes barones ter de capite dant in terra.[b] Deinde ille exclamat [c] dicens: « Vos surgite

---

[a] CY om. *aliis*; B om. *et sic.... reliquis.* — [b] CY om. *suos et.* — [c] A om. *omnesque*; V habet *qui* et add. *sunt.* — [d] Y add. *autem.* — [e] Y add. *omnes.* — [f] C *maxime fit ista convocatio ad festa predicta.* — [g] A *die.* — [h] B om. *Maxime.... sue.* — [i] Y *festum*; B *Cum autem veniunt ad festum*, om. *sunt.... convocati.* — [j] B om. *sicut.... est.* — [k] CY *suis*; B *sibi.* — [l] B *sedent.* — [m] A om. *sunt.* — [n] C add. *Nam*; BC *aliqui.* — [o] BCY om. *sirico*; BCY add. *scilicet.* — [p] A *clauco.* — [q] BY *zamno*; AV *canno*; C om. — [r] CY add. *isti.* — [s] Y *manu.* — [t] B *singuli siphos*; Y *circulos.* — [u] C om. *et cingulos.... altos.* — [v] BY *manent.* — [w] BCY (*phylosophi*) *omnes aspicientes et* C *attendentes* (B om.; Y *accedentes*). — [x] CY *certas.* — [y] AV *punctos.* — [z] CY *occurrerit.* — [a] CY *debeatis*; A om. *debetis* et habet *inclinari.* — [b] C *inclinant capita ad terram.* — [c] BY *exclamabit.*

---

[1] Cap. XXVI, n. 6.

[2] Cf. relationem Iohannis de Plano Carpini, cap. IX, n. 30; Bened. Poloni n. 9.

[3] Cf. itinerarium G. Rubruc, cap. XXVI, n. 6.

Digitized by Google

cuncti ». Et statim ipsi surgunt.[a] Ad alia [b] etiam puncta iterum ipsi attendunt, et cum venit [c] punctum [d] ille clamat [e] dicens : « Ponite vobis in auriculam digitum ». Et faciunt.[f] Et tunc statim dicit: [g] « Extrahite ipsum ». Et obediunt.[h] Sicque modicum stabunt et dicet : « Buratate farinam ». [1] Sicque multa alia signa faciunt [i] isti, que magnam dicunt significationem importare.

4. Deinde sunt officiales multi [j] videntes cunctos istriones et barones ne aliquis illorum deficiat. Nam si aliqui [k] ibi deficerent, magnam incurrerent penam. Cum autem incurret punctum [l] et hora istorum ystrionum tunc phylosophi dicunt: « Faciatis [m] festum domino ». Tunc [n] omnes incipiunt pulsare sua omnia instrumenta, et tantus est ille cantus et clamor [o] quod est quasi stupor unus.[p] Deinde vox una clamat dicens : « Taceant [q] omnes et sileant ». Sic omnes statim tacebunt.

5. Postea statim illi de parentela sunt parati cum equis albis et exinde vox una clamat [r] dicens: « Talis [s] [20*v*] de parentela tali, tot centenaria paret [t] equorum domino suo ». Ibique statim aliqui sunt parati ducentes illos equos ante dominum [u] suum.[v] Ita quod quoddam incredibile est de tot equis albis, qui illi domino exeniantur.[w] [2]

6. Deinde sunt barones exennia portantes, ex parte aliorum baronum. Omnes etiam de monasteriis principales [x] ad ipsum accedunt cum exenniis et suam benedictionem tenentur [y] dare. Hoc idem nos fratres Minores facere oportet.[z]

---

[a] A *surgent.* — [b] A *illa.* — [c] A *invenerunt*; Y *venerit.* — [d] BCY add. *iterum.* — [e] BY *clamabit.* — [f] AV om. *et faciunt.* — [g] BCY *dicet*; paulo post A hab. *stabunt et dicent.* — [h] Y om. *ipsum*; A om. *et obediunt.* — [i] A *facient.* — [j] BCY *inquirentes et.* — [k] BCY *aliquis.... deficeret.... incurreret.* — [l] A *punctus.* — [m] BCY *facite.* — [n] BCY add. *statim.* — [o] V add. *strepitus.* — [p] V *nimius.* — [q] AV *tacete.* — [r] BCY *clamabit.* — [s] AV add. *est.* — [t] AV *parat.* — [u] Y add. *per ante domum.* — [v] AV loco *ducentes.... suum* habent *dicentes illos equos*; ACV *parasse domino suo* (B *domino suo presentantes*). — [w] A *examinantur*; B *ensemantur.* — [x] B *principalibus.* — [y] BCY add. *sibi*; A *tenent.* — [z] CY om. *fratres Minores*; Y om. *oportet.*

---

[1] Haec cum caeremoniali Curiae Mongolorum quadrat, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 238, n. 2.

[2] M. Polo dicit 100.000 equos Chano die anni novi praesentari, cf. ibid., 239, n. 1.

Digitized by Google

7. Hoc facto et ordinato, tunc [a] aliqui ystriones ad ipsum accedunt et etiam alique ystrionatrices ; ante ipsum tam dulciter cantant quod quedam iucunditas [b] est audire. Deinde ystriones faciunt venire leones qui reverenciam faciunt [c] Imperatori.[d] [1]

De cifo qui per aerem vadit ad ora sedentium in convivio, qui plenus est vino. Cap. XXX.

1. Deinde ystriones vehi faciunt ciphos aureos per aerem,[e] plenos bono vino, et sic [f] ad ora omnium volencium bibere de isto vino porigunt istos ciphos. Sic hec et multa alia coram domino isto faciunt.

2. Dicere autem et referre magnitudinem istius domini et illa que in curia sua sunt,[g] esset incredibile [h] quoddam nisi ista oculis viderentur. De hoc tamen quod multas expensas facit, nemo mirari debet [i] cum nichil aliud pro moneta expendatur in toto suo regno quam quedam carte quas pro moneta habent [j] ibi,[2] et infinitus [k] thesaurus ad manus suas recurrit.

De peponibus in quibus nascuntur bestiole facte ad modum unius agni. Cap. XXXI.

1. Aliud insuper valde mirabile dici potest, quod tamen non vidi sed [l] audivi a personis fide dignis. Nam dicitur quod Cadelis [m] est [n] unum magnum regnum, in quo sunt montes qui montes Capei [o] nominantur.[p] [3] Unde ut dicitur [q] in eis nascuntur pepones [r] valde magni, qui quando [s] sunt maturi ipsi aperiuntur,

---

[a] AV *cum.* — [b] A *macunditas.* — [c] V omittit *ipsi.* — [d] C om. *Deinde.... imperatori.* — [e] C hab. in titulo *hora* ; AV *artem.* — [f] BCY om. *sic.* — [g] BCY *fiunt.* — [h] AV *mirabile.* — [i] B *non est mirandum.* — [j] BCY *que.... reputantur.* — [k] A *finitus.* — [l] CY add. *illud.* — [m] B *Calle* ; C *Cauli* ; Y *Caoli.* — [n] AV *cum.* — [o] AV *capesei.* — [p] Y *vocantur.* — [q] B om. *Unde.... dicitur* ; C om. *qui montes.... dicitur.* — [r] BC *popones,* sic deinceps. — [s] C *non.*

---

[1] Idem a M. Polo notatur, ibid., n. 3 ; cf. etiam itinerarium Fr. Guillelmi de Rubruc, cap. XXXVI, n. 3.

[2] Cf. supra, itinerarium G. de Rubruc, cap. XXIX, n. 50.

[3] Montes Caspii idem volunt ac Caucasi, et Cadelis est regio Ethil, Adil, aut Herdil scilicet Volga, cf. Yule-Cordier, *Cathay,* II, 242, n.

Digitized by Google

et intus invenitur una bestiola, ad modum unius agni parvi. Unde ipsi illos pepones habent et illas carniculas que sunt ibi.[a] [1] Et quamquam istud[b] forte[c] incredibile videatur, tamen ista possunt[d] esse vera,[e] sicut verum est[f] quod in Ibernia sunt arbores facientes aves.[2]

De provincia Casairon magni Canis que est ita habitata quod quando per portam unius civitatis exitur, porta alterius civitatis videtur. CAP. XXXII.

1. De isto Catayo recedens et veniens versus ponentem seu occidentem,[g] L dictis[h] transeundo per multas civitates et terras veni versus[i] terram Prestiçane,[j] de quo non est centesima pars eius quod quasi pro certo[k] [21*r*] dicitur de ipso.[l] [3] Eius civitas principalis Cosan[m] vocatur,[n] [4] que tamen ipsa Vincencia melior civitas diceretur quam illa civitas Cosan,[o] sua civitas principalis;[p] multas alias civitates sub se habet. Sed semper[q] pro pacto accipit in uxorem[r] filiam magni Canis.[5]

[a] B loco *et illas.... ibi* habet *cellas carniculas in se.* — [b] Y *illud.* — [c] BCY add. *aliquibus.* — [d] CY *ita potest.* — [e] Y *verum.* — [f] Y loco *verum est* habet *dicitur.* — [g] CY om. *ponentem seu*; B om. *seu occidentem.* — [h] A *dietas.* — [i] AV om. *terras.... versus.* — [j] B *Penzezoan*; C *Pinteçaon*; V *Pretizane*; Y *Pretozoan.* — [k] B om. *de quo.... certo.* — [l] BC add. *quod.* — [m] BY *Chosan*; C *Cason.* — [n] B *appellatur*; V *dicitur.* — [o] Y om. *que tamen.... Cosan.* — [p] B om. *que tamen.... principalis.* — [q] C loco *sed semper* habet *Hic dominus.* — [r] AV om. *in uxorem.*

[1] Circa hanc fabulam quae usque ad saec. XVII ut vera habebatur, multa scripta sunt, ibid. 241-43, n. 4. Cuius genealogia sic explicat B. Laufer ap. *Journal of American Folk-Lore*, 1915, *The Story of the Pinna and the Syrian Lamb*, 126. Postquam traditionem circa hanc fabulam quaesivit, conclusionis instar dicit: duo ad hanc fabulam efformandam concurrisse. Exordium sumpsit ex pinna, quod simul cum doctrina Aristotelis docentis possibilem esse fusionem vegetalis et animalis regni, principium existentiae agni vegetalis in Asia occidentali dedit. Hic agnus vegetalis originem duxit ex mollibus marinis, nunquam ex planta quadam.

[2] Circa hanc fabulam, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 241, n. 4.

[3] Cf. supra in introductione; et G. de Rubruc, cap. XVII, n. 2.

[4] Cosan est alteratio Tosang, quod idem est ac Togto aut Tou Ch'eng, cf. *Jean de Mont Corvin*, 28, n. 3.

[5] Pluries in historia Mongolorum haec locum habuerunt, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 246, n. 2.

Digitized by Google

2. Deinde ivi [a] per multas dietas et [b] veni ad [c] unam provinciam que vocatur Cassan.[d] [1] Ista est melior secunda [e] provincia et melius habitata [f] quam hodie sit aliqua [g] in mundo.[2] Ubi autem est minus stricta, bene tamen est lata L dietas et longa pluribus LX. Unde ista provincia taliter habitatur, quod quando ab una porta alicuius [h] civitatis exitur, porte alterius civitatis [i] videntur. In hac est maxima [j] copia victualium et maxime castanearum. In hac [k] contrata [l] nascitur reubarbarum,[m] cuius tanta copia illic habetur, quod unus asinus [n] minori sex precio grossorum [o] ponderaretur. Hec autem provincia est una de XII partibus [p] imperii magni Canis.

De provincia Tibor magni Canis, ubi mulieres habent dentes aprinos; et de honore quem filius facit patri in morte, nam carnes eius incidit et eas dat aquilis et vultoribus ad manducandum, et credit eas aquilas esse angelos Dei qui portant eum in celum. CAP. XXXIII.[3]

1. De hac provincia recedens, veni ad unum magnum regnum nomine Tibot,[q] quod ipsi Indie est confine. Totum hoc regnum

[a] Y *veni.* — [b] C om. *ivi.... et.* — [c] Y *deveni in.* — [d] BY *Casan*; C *Casairon.* — [e] C om. *secunda.* — [f] AV *habitabilis.* — [g] BCY om. *hodie*; BY add. *que.* — [h] AV om. *alicuius*; C *unius.* — [i] V om. *civitatis.* — [j] BCY *magna*; AV om. *est.* — [k] Y add. *autem.* — [l] C *provincia*; Y add. *vel provincia.* — [m] CY *malus barbarus.* — [n] AV add. *non portaret.* — [o] BCY om. *precio*; habent *grossis.* — [p] AV *Huius autem provincia* (V *provincie*) *est de una parte XII partium.* — [q] B *Tibon*; C *Tibor.*

[1] Kansan (Cassan) a M. Polo Quengian dictum, idem audit ac Kenchan aut Kenjan in usu apud Mahometanos pro Si-nganfu, quod praeter civitatem etiam provinciam significat, ibid., n. 3.

[2] Ante 1285 Kansan provincias Shen Si, Se Tchouen et partim Kan Su complectebatur. Ad huius antiquae provinciae limites B. Odoricus alludere videtur sicut ex abundanti productione castanearum (Su Tchouen) et rheubarbari (Chen Si et Kan Su) pateret, ibid., et 247, n. 4. Haec hypothesis tamen ultimis huius capituli verbis non quadrat.

[3] Hoc capitulum quod omnes commentatores itinerarii B. Odorici pro Tibet intellexerunt, non ad huius provinciae descriptionem pertinet ut patet ex scripto B. Laufer. Hic enim, post examen huius regionis cum dictis Odorici, concludit fratrem nunquam Tibet visitasse, *Was Odoric of Pordenone ever in Tibet?* ap. *T'oung-Pao*, 1914, 405-18; sed omnia ex auditu habuisse.

Digitized by Google

est subiectum magno Cani, et in ipso est maior copia panis et vini quam sit in aliqua parte mundi.[a] [1] Gentes istius contrate morantur[b] in tenctoriis, que ex filtris sunt facta nigris.[2] Tota sua civitas regalis et principalis[c] est facta ex muris albis et nigris; omnesque sue vie sunt scaliate.[d] In hac civitate non audet aliqua persona[e] effundere[f] sanguinem alicuius hominis vel animalis, et hoc ob reverenciam unius ydoli quod ibi colitur et[g] adoratur. In ista civitate moratur lo Albassi,[h] id est papa in lingua sua.[3] Iste est capud omnium illorum ydolatrorum[i] quibus dat et distribuit secundum morem suum omnia illa beneficia que ibi habet.[j]

2.[a] Hoc regnum hanc consuetudinem habet, nam mulieres portant plures[k] quam centum tricas,[l] habentes duos dentes in ore,[m] ita longos sicut habent apri.[n] [4]

3. Hec etiam alia[o] consuetudo habetur in hac contrata,[p] nam ponatur quod pater alicuius moriatur, et tunc ipse filius[q] sic[r] dicet: « Volo honorare patrem meum ». Unde faciet convo-

[a] CY *in mundo.* — [b] BY *gens.... moratur*; A *sunt facti nigri.* — [c] C om. *regalis.... principalis.* — [d] A *saleçate*; B *selesate*; CY *optime*; C *axelixate*; Y *scelate.* — [e] Y *aliquis.* — [f] B add. *vel spargere.* — [g] C om. *colitur et.* — [h] A *Albafi*; B *Labassi*; C *la abasin.* — [i] BCY om. *illorum*; A *ydolatrum*; V *ydolorum.* — [j] Y *ipsi*; AY *habent.* — [k] Y *plus.* — [l] B *CCC*; Y add. *seu dresas.* — [m] CY om. *in ore.* — [n] CY add. *sive porci silvestres.* — [o] AV *illa.* — [p] C om. *in.... contrata.* — [q] AV om. *filius.* — [r] V *non.*

[1] Hoc de Tibet dici non potest, ibid., 412.

[2] Hic tentoria Mongolorum describit B. Odoricus, ibid., 413-15.

[3] Laufer proponit lectionem Act. Sanct. et MS Berolini : Abassi quod sonat Papa in illa lingua, et monstrat quomodo vox p'a'-pa in idiomate tibetano, originem dedit voci Abassi apud B. Odoricum, ibid., 411.

[4] B. Laufer hunc locum itinerarii, non ut Yule-Cordier (*Cathay*, II, 251-52, n. 1) commentat, recurrendo nempe ad amanuensium errorem, sed potius informationes B. Odorico traditas non accurate intellectas et scriptas dicit, quia aprorum dentes non in ore ut Odoricus vult, neque ut ornamentum portant ut Yule-Cordier scribit, sed tantum ad capillorum componendorum instrumento utuntur mulieres, ibid., 413.

Quod ad modum capillos componendi attinet, quo uterentur mulieres Tibetanae, haec consuetudo, secundum Laufer, in septentrionali et septentrio-orientali parte Tibet apud tribus pastorum, nequaquam vero alibi viget, ibid., 413.

Digitized by Google

cari omnes sacerdotes et religiosos, omnesque ystriones de contrata, vicinos similiter et parentes [a] qui ad campaneam ipsum portant cum gaudio magno,[b] [21*v*] ubi est paratus discus unus magnus [c] super quo ipsi sacerdotes sibi capud amputabunt, quod postea filio suo sibi [d] dabunt. Deinde eius filius cum tota sua societate [e] cantat et pro eo multas orationes facit. Deinde [f] sacerdotes totum eius corpus incidunt in frusta,[g] quod cum sic fecerint,[h] tunc [i] sursum se reducunt [j] cum societate pro eo orationes facientes. Post hec veniunt aquile et vultures de montibus, et sic unusquisque unum [k] frustum accipit et portat.[l] Deinde omnes alta voce clamant dicentes : « Videamus [m] qualis homo iste fuit, quia ipse sanctus [n] est, nam veniunt angeli Dei et ipsum portant ad paradisum ».

5. Et [o] sic isto modo faciendo filius eius multum se reputat honoratum. Cum pater eius ab angelis Dei, id est ab avibus illis,[p] ita honorifice sit portatus, tunc statim filius eius [q] capud accipit, quod coquid et comedit. De testa autem seu de osse capitis ipse filius [r] sibi fieri facit unum cyphum,[s] cum quo ipse et omnes de domo sua semper cum devotione [t] bibunt in memoriam patris sui defuncti. Nam sic faciendo, ut dicunt,[u] magnam reverenciam exhibent patri suo. Unde multa alia inconsueta et disoluta fiunt ab istis.[1]

De nobili vita cuiusdam popularis, cui cibus in hore ponitur sicut pascitur passerinus. Cap. XXXIV.

1. Dum autem essem in provincia Mançi, veni [v] iuxta [w] pedem palacii cuiusdam hominis popularis, cuius vita habetur per hunc

[a] AV *gentes* ; B *omnes consanguineos.* — [b] AV om. *magno.* — [c] CY *ubi habent paratum unum discum magnum.* — [d] CY *ipsi.* — [e] C om. *cum.... societate.* — [f] BCY *Exinde.* — [g] A *frustra* et sic deinceps. — [h] BY *fecerunt.* — [i] AV *in.* — [j] C *inde recedunt.* — [k] BCY *suum.* — [l] BCY *asportat.* — [m] B *vide* ; C *vides* ; Y *audias.* — [n] A add. *fuit.* — [o] CY om. *Et.* — [p] AV om. *id est.... illis.* — [q] BC *patris* ; Y om. *eius.* — [r] BY om. *ipse filius.* — [s] A *quodphum.* — [t] C om. *cum devotione.* — [u] AV *dictum est.* — [v] AV om. *veni.* — [w] Y *per.*

[1] C. supra, itinerarium Iohannis de Plano Carpini, cap. V, n. 14.

Digitized by Google

modum. Ipse enim [a] habet L domicellas virgines sibi continue servientes, et cum vadit ad comedendum et in mensa iam sedet, omnia fercula quinterna [b] et quinterna [c] sibi portantur [d] ab ipsis cum diversis cantibus et multis generibus musicorum, et sibi cibum [e] in os ponunt predicte virgines et ipsum [f] pascunt,[g] sicut [h] esset unus passerinus. Et insuper ante eius conspectum semper cantant,[i] donec [j] omnia fercula sunt comesta. Deinde alia [k] quinque fercula ab aliis portantur ei, recedentibus istis primis, cum aliis multis cantibus et diversis generibus musicorum. Et sic [l] vitam suam isto modo ducit [m] donec [n] est in mundo.[o] Hic XXX tuman tagaris [p] [1] risi de reditibus [q] habet, quorum quilibet [r] tuman decem millia facit tangar.[s] Tangar pondus est unius asini magni.

2. Cortivum palacii sui per duo milliaria [22*r*] tenet. Palacium autem illud [t] est factum per istum modum, nam pavimentum ipsius unum laterem habet de auro, alterum [u] vero de argento.[v] In curtivo istius palacii factus est unus monticulus de auro et de argento,[w] super quo sunt facta [x] monasteria et campanilia,[y] ut homines fieri faciunt pro delectationibus suis.[z] Unde dicitur quod IIII^or^ tales homines, qualis iste est, sunt in regno ipsius Mançi. Nobilitas vero ipsius est [a] longas habere ungues.[b] Aliqui permittunt ungues policis tantum crescere [c] quod cum ipsis circumdant sibi manus. Pulcritudo autem mulierum est

[a] B om. *cuius vita.... enim.* — [b] Y *quaterna.* — [c] B om. *quinterna.... quinterna.* — [d] AV *parantur.* — [e] AV *sic.* — [f] A *ipse.* — [g] Y om. *predicte virgines.... pascunt.* — [h] BY add. *si.* — [i] Y *continue*; CY *cantatur.* — [j] AV *dum.* — [k] A *alio.* — [l] Y om. *sic.* — [m] B add. *ille homo*; V add. *in bonis.* — [n] A rep. *donec*; Y *dum.* — [o] B om. *donec.... mundo.* — [p] AV *tagatari* om. *risi.* — [q] B add. *non.* — [r] BY *quodlibet.* — [s] BCY om. *tangar* et add. *unum autem.* — [t] BCY add. *in quo moratur.* — [u] AV *unam.... alteram.* — [v] AV *argenti.* — [w] ABV om. *In curtivo.... argento.* — [x] BY add. *etiam.* — [y] A *campaninilia.* — [z] C *ad suam delectationem.* — [a] B loco *ipsius est* habet *maxima hominum requiritur.* — [b] CY add. *Et in tantum.* — [c] A om. *tantum crescere.*

[1] Vectigalia cum oryzae saccis computantur. Taghar vox est turca vel persiana quod idem vult ac saccus alimenta continens qui in equorum dorso portantur; pondus eius circa 140 farinae libras aestimatur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 255, n. 6.

Digitized by Google

parvos habere pedes, unde hanc consuetudinem habent matres illarum mulierum, nam quando eis nascuntur alique puelle, sibi ligant pedes quos nunquam crescere [a] dimittunt [b] eis.[1]

De sene de monte qui tenebat in viridario siccarios, qui mortem quam aliis dabat finaliter fuit passus. Cap. XXXV.

1. Dum autem recederem de terris Prestiçane [c] veniens versus ponentem,[d] applicui ad quamdam contratam que Millistorte [e] [2] nominatur. Hec contrata pulcra [f] est et multum fertilis. In hac contrata unus erat qui vocabatur senex de [g] monte, qui inter duos montes contrate huius [h] fecerat murum qui [i] circumdabat montem. Infra istum murum pulcriores erant fontes qui unquam [j] possent reperiri. Apud istos [k] fontes posite erant pulcriores domicellle [l] que unquam [m] poterant [n] reperiri, equi pulcerimi omneque illud quod pro aliqua [o] delectatione [p] humano corpori poterat inveniri.[q] Unde hunc locum vocabant paradisum.

2. Cum autem iuvenem valoris alicuius [r] ipse videret,[s] in isto suo paradiso ipsum poni faciebat. Per quosdam [t] autem conductus vinum et lac illuc [u] descendere faciebat. Et cum [v] volebat facere sicare,[w] id est assasinari, aliquem Regem vel baronem, illum qui preerat illi paradiso petere faciebat, ut aliquem inveniret qui esset aptus magis delectari in isto suo paradiso.[x]

---

[a] CY add. *vel modicum.* — [b] B *permittunt.* — [c] Cf. supra, cap. XXXII, n. 1. — [d] CY *occidentem.* — [e] B *Millescorte*; C *Milistonte*; Y *Millestorte.* — [f] A *pulcrum.* — [g] CY *a* sicut in titulo cap. XXXV, et sic deinceps; B om. — [h] BCY add. *unum.* — [i] BCY add. *istum.* — [j] A *nunquam.* — [k] A *illos.* — [l] BCY add. *virgines.* — [m] A *nunquam.* — [n] Y *possent.* — [o] Y *alia.* — [p] BY add. *alicui.* — [q] C om. *equi pulcerimi.... inveniri.* — [r] BY *aliquem.* — [s] BCY *videbat.* — [t] A *quostam.* — [u] A om. *illuc.* — [v] A *eum.* — [w] A *asicari*; C *Et cum aliquis volebat facere sicari.* — [x] Y add. *et morari*; C *commorari.*

---

[1] Cf. ibid., 256, n. 4.

[2] Millestorte idem vult ac Mulhet, Mulehet, Muliech, cf. Hallberg, 363-64; Guillelm. de Rubruc, cap. XVIII, n. 4; cap. XXXII, n. 4.

Digitized by Google

3. Iste autem talis dum sic esset inventus et ibi positus [a] esset, ei potationem unam dari faciebat qui eum statim sopiebat, et extra paradisum exportari faciebat.[b] Qui cum excitabatur et extra paradisum se videbat, in tanta videbatur se esse [c] agonia, quod quicquid [d] ageret penitus nesciebat. Quare [e] illum senem de monte rogabat instanter [f] ut eum in illum reduceret paradisum, in quo prius erat positus. Tunc senex ille dicebat: « Tu illic ire non potes nisi talem Regem in[22v]terficias vel baronem,[g] unde sive moriaris sive non, te in [h] paradiso [i] ponam ». Et quia iste [j] delectabatur mori, gratia eundi [k] in [l] paradiso, per eum [m] sicari, id est [n] assasinare, omnes [o] quos volebat faciebat.[p] Ideoque omnes reges [q] timebant istum senem, sibique tributum dabant [r] magnum.[s]

4. Cum autem Tartari quasi totum cepissent mundum,[t] venerunt ad istum senem, cui finaliter dominium acceperunt. Quod cum ei sic fuisset acceptum,[u] multos de istis suis [v] sicariis [w] emisit de paradiso, per quos sicari et interfici faciebat [x] istorum multos Tartarorum.[y] Hoc videntes isti [z] Tartari, ad istam [a] civitatem in qua iste senex erat [b] venerunt et eam obsiderunt,[c] et [d] ab illa non discesserunt donec illam acceperunt,[e] et ipsum senem finaliter habuerunt, et cum eum ceperunt [f] vinculis eum vincxerunt et malam mortem illi [g] substinere fecerunt.[h] [1]

---

[a] A *positum.* — [b] BCY *Tunc taliter dormientem de paradiso extrahi faciebat.* — [c] BCY *erat positus.* — [d] BCY *quid.* — [e] A loco *statim sopiebat.... Quare* habet *excitabatur et extra paradisum se videbat. Nam statim cum portaverat sopiebat. In tanta erat sopitas agonia quod quicquid ageret penitus nesciebat. Quasi*; V loco *quare* habet *tunc.* — [f] CY *constanter.* — [g] C (*vel*) *talem hominem* et add. *Et si hoc feceris.* — [h] CY add. *isto.* — [i] V *paradisum reducam et.* — [j] CY add. *sic.* — [k] V *revertendi.* — [l] CY loco *mori.... in* habent *morari in.* — [m] V add. *taliter.* — [n] B om. *sicari.... est.* — [o] CY add. *illos.* — [p] C om. *faciebat.* — [q] BCY add. *orientis.* — [r] BY *exhibebant.* — [s] C *maximum.* — [t] B *contratam.* — [u] V add. *dominium.* — [v] Y *hiis.* — [w] A *saracenis.* — [x] A *interficiebat.* — [y] CY om. *istorum*; B *Tartaros*; V *de istis Tartaris.* — [z] CY *ipsi.* — [a] Y *illam*; C *eam.* — [b] B om. *in qua.... erat.* — [c] C om. *et.... obsiderunt.* — [d] C *nec*; Y *cum.... discesserint.* — [e] BCY om. *acceperunt.* [f] AV om. *cum eum.* — [g] BY *illum.* — [h] V *intulerunt.*

---

[1] Eadem historia a Marco Polo narratur, Yule-Cordier, *The Book*, II, 18-19, et in oriente in ore omnium erat. Hassan Sabah sectae Bathe-

Digitized by Google

De mirabilibus que faciunt fratres Minores in magna Tartaria, qui demones de obsessis corporibus expellunt. CAP. XXXVI.

1. In hac [a] contrata Deus omnipotens fratribus Minoribus hanc dedit gratiam magnam, nam in magna Tartaria ita pro nichilo habent [b] expellere demones ab obsessis,[c] sicut de domo expellerent [d] unum canem. Unde multi homines et mulieres illic [e] a demone sunt obsessi, quos ligatos bene per [f] x dietas isti ad fratres nostros conducunt. Isti autem demoniaci cum adducti sunt ad fratres, ipsi ex parte et *in nomine* [g] *Iesu Christi* precipiunt demonibus illis quod [h] *exire* debeant de illis corporibus obsessorum,[1] quam cicius ipsi possint. Tunc statim mandato facto exeunt ab illis. Deinde qui sunt a demone liberati, se statim faciunt baptizari.[1] Tunc fratres illa sua ydola de filtro accipientes, que ipsi habent,[j] [2] cum cruce et aqua benedicta et [k] illa portant ad ignem. Deinde omnes de contrata veniunt videre comburi deos suorum vicinorum. Tunc fratres [l] ydola accipientes, illa ponunt in ignem, et tunc illa de igne exeunt. Propter quod fratres postea de aqua accipiunt benedicta quam in [m] ignem prohiciunt, et statim demon fugit ab igne, et sic fratres

[a] BY add. *autem.* — [b] B om. *nam in.... habent*; habet *expellendi*; A *expelere.* — [c] B add. *corporibus.* — [d] AV *expelere.* — [e] BCY om. *illic.* — [f] Y *de.* — [g] V (*parte*) *nominis.* — [h] CY *ut.* — [i] B loco *Unde multi.... baptizari* habet *Unde multi mares et mulieres a demone obsessos quos ligatos bene a X dietis ad fratres nostros conductos expellunt, precipientes eis in nomine Iesu Christi ut excunt, et statim exeunt et statim se faciunt baptizari.* — [j] B om. *que.... habent.* — [k] Y om. *et.* — [l] Y add. *ista*; C *illa.* — [m] A om. *in.* —

nianorum caput, anno 1090 castello de Alamut et regionibus circumvicinis potitus est, Bretschneider, *Mediaeval Researches*, II, 109. Regio illa magnis et fortibus castellis abundabat. Tempore Frederici II Imperatoris legati Senis de Monte ad ipsum venerunt, *Hist. dipl. Fred. II.* t. IV, 370. Hulagu omni regione potitus est, cf. Yule-Cordier, *Cathay.* II, 257-58, n. 3.

[1] Cf. Act. Apost., XVI, 18: *Praecipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.*

[2] Cf. relationem Fr. Iohannis de Plano Carpini, cap. III, n. 2.

Digitized by Google

in ignem proiciunt,[a] ibique comburuntur,[b] et tunc demon[c] clamat in aere dicens: « Vide, vide[d] quod sum de mea[e] habitatione repulsum ».[f] Sic[g] per istum modum nostri fratres Minores multos de[h] illa contrata baptisant.

De valle terribili, ubi sunt infinita corpora mortuorum, ubi est ymago terribilis quam nemo potuit unquam videre quin[i] moriretur. CAP. XXXVII.

1. Aliud terribile magnum ego vidi.[1] Nam dum[j] irem per vallem, que posita est[k] supra[l] flumen deliciarum,[m] multa corpora vidi mor[23r]tua,[n] in qua etiam audiebam[o] diversa genera musicorum maxime[p] autem nachara,[q] [2] que ibi mirabiliter pulsabantur. Unde tantus ibi erat clamor et rumor[r] quod[s] timor michi maximus incuciebatur.[t]

2. Hec autem vallis forte longa est VII vel octo milliaribus terre, in qua si aliquis[u] intrat nunquam de illa exit sed statim moritur sine mora. Et quamquam sic in illa[v] moriatur, tamen volui in illam[w] intrare, ut viderem finaliter quicquid[x] hoc esset. Dum autem sic in illam[y] intrassem, ego, sicut iam dixi,[z] tot mortua corpora[a] vidi, quod nisi aliquis illa vidisset quasi sibi

[a] AV om. *et statim.... proiiciunt.* — [b] AV *ubique*; A *comburunt*; BCY *comburitur.* — [c] A *demum.* — [d] BCY *videas, videas.* — [e] A om. *de.* — [f] A *repulsus.* — [g] CY add. *Et* (*sic*) *statim.* — [h] BCY *in.* — [i] C add. *non.* — [j] BCY *cum*; B add. *ego ipse.* — [k] Y om. *est.* [l] Y *super.* — [m] B add. *nec audiebam.* — [n] BCY loco *multa.... mortua* habent *in ea* (*multa*) *et innumerabilia* (*corpora*) *mortuorum ego* (*vidi*). — [o] Y *audivi.* — [p] A *magsone.* — [q] BY *achara*; C *citera.* — [r] ABCY om. *rumor.* — [s] A om. *quod.* — [t] BCY *incumbebat*, quod A in margine correxit. — [u] BCY add. *infidelium.* — [v] BCY *omnes moriantur.* — [w] Y om. *in illam.* — [x] BCY *quid.* — [y] Y *vallem.* — [z] B om. *ego.... dixi.* — [a] C add. *ego*; Y add. *ibi.*

[1] Ubi factum, cui narratio sequens alludit, locum habuit determinari nequit. Varia elementa huius capituli vario modo apud scriptores reperiuntur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, II, 262-64, n. 5.

[2] Nakkára aut Nagárah, italice gnacare, gallice nacaire, Cf. Yule-Cordier, *The Book*, I, 201-203; 339-41. Hic sonus in montium arenosorum regionibus, quando sabulum multum movetur, saepe auditur.

Digitized by Google

incredibile videretur. In hac etiam valle ab uno latere eius in ipso saxo parietis [a] unam faciem hominis valde terribilem [b] ego vidi, que [c] in tantum terribilis erat quod pre nimio timore spiritum perdere vel [d] perire [e] me credebam. Quapropter *Verbum caro factum est* [f] [1] ore proferrebam. Ad ipsam autem [g] faciem nunquam fui ausus totaliter appropinquare, sed ab illa [h] VII vel VIII passibus distans ego fui.

3. Cum autem illic [i] accedere non auderem, ad aliud capud vallis ego ivi. Et tunc super unum montem arenosum ascendi, in quo [j] circumspiciens nichil videbam [k] preter illa nachara [l] que pulsari mirabiliter audiebam. Cum autem in capite montis ego fui, illic aurum et [m] argentum ego reperii in maxima quantitate, ibi quasi squame piscium congregatum,[n] de quo posui in gremio meo. Et quia de ipso non curabam et etiam cogitans [o] ut non essent illuxiones demonum,[p] illud totaliter [q] in terram proieci. Et sic dante Deo, inde illesus exivi.

4. Deinde omnes saraceni cum hoc sciverunt reverebantur me multum, dicentes me esse [r] sanctum, illos autem qui mortui erant in illa valle dicebant esse homines demonis infernalis.[s]

De reverentia quam mangnus Canis fecit sanctissimo singno crucis. Cap. XXXVIII.

1. Unum [t] referam de magno Cane quod vidi. Consuetudo est in illis partibus quod quando predictus dominus per illam [u] contratam transit, quod [v] homines ante hostium [w] domorum sua-

---

[a] BCY om. *parietis*. — [b] C om. *valde terribilem*. — [c] A *qui*. — [d] V om. *perdere vel*. — [e] BCY *penitus*. — [f] BCY add. *continue meo*. — [g] Y add. *autem*. — [h] Y *ipsa*. — [i] V *illuc*. — [j] BCY add. *undique*. — [k] B *nec audiebam*. — [l] Cf. supra sub[q]. — [m] BCY om. *aurum et*. — [n] B om. *in maxima ... congregatum*. — [o] V *cogitavi*. — [p] BCY om. *et etiam.... demonum*. — [q] V add. in margine *despiciens*. — [r] BCY add. *baptizatum et*. — [s] V *demonum infernalium*. — [t] C add. *quod omisi*. — [u] CY *aliquam*. — [v] BY *omnes*. — [w] C *hostia*; Y *hospicia*.

---

[1] Ioh., I, 14.

Digitized by Google

rum ignem accendunt et aromata ponunt [a] [1] ac faciunt fumum, ut domino suo odorem emittant transeunti, et multi homines obviam sibi vadunt.

2. Dum autem semel veniret in Cambalec, et de adventu suo certitudinaliter diceretur, unus noster Episcopus et aliqui nostri fratres Minores et ego [23*v*] ivimus sibi obviam bene per duas dietas. Et dum appropinquaremus [b] ad eum, posuimus [c] crucem super lignum ita quod publice videri poterat. Ego vero tenebam [d] in manu turibulum quod mecum [e] detuleram, et incepimus cantare alta voce dicentes: *Veni Creator Spiritus* [2] etc. Et dum sic cantaremus, audivit voces nostras, nosque vocari fecit et ad eum accedere nos iussit.

3. Cum superius alias dictum fuit [f] quod [g] nullus audet currui suo appropinquare ad iactum lapidis nisi sit [h] vocatus, exceptis custodientibus eum,[3] et cum ivissemus [i] ad eum cum cruce elevata, deposuit statim gallerium suum sive capellum inextimabilis quasi valoris et fecit reverenciam ipsi cruci. Statimque in turibulum quod habebam incensum reposui,[j] et Episcopus noster de manu mea accepit turibulum [k] et eum turificavit.

4. Accedentes vero [l] ad ipsum [m] dominum semper aliquid [n] offerendum [o] secum defferunt, observantes illam legem antiquam: [p] *Non apparebis in conspectu meo vacuus.*[4] Idcirco portavimus nobiscum [q] aliqua poma, et ea [r] sibi super unum incisorium [s] obtulimus. Et ipse duo accepit de istis [t] pomis et de uno aliquantulum comedit, et sibi inde [u] predictus noster Episcopus

---

[a] CY *apponunt.* — [b] Y *appropinquavimus.* — [c] BCY *posui.* — [d] BCVY *habebam.* — [e] V om. *mecum.* — [f] BCY *sit.* — [g] CY om. *quod.* — [h] BCY om. *sit.* — [i] BY *dum*; A *iviscemus.* — [j] CV *posui*; B *posuit.* — [k] BCY om. *turibulum.* — [l] BCY om. *vero.* — [m] CY *predictum.* — [n] Y add. *ad.* — [o] C om. *offerendum.* — [p] V add. *que dicit.* — [q] A om. *nobiscum.* — [r] Y om. *et*; BY *ea.* — [s] BCY add. *reverenter.* — [t] BY *ipsis.* — [u] Y *ei*; CY *deinde*; B *demum.*

---

[1] Cf. A. C. Moule, *Marco Polo's Sinjumatu*, 431.
[2] Chevalier, *Repertorium hymnologicum.*
[3] Cf. supra, cap. XXVI, n. 10.
[4] Exod., XXIII, 15.

Digitized by Google

benedictionem suam impendit.[a] Et hoc facto nobis iubsit[b] ut recederemus, ne equi post ipsum venientes et multitudo in aliquo nos offenderent.[c]

5. Statim vero[d] disscesimus et divertimus, et ad aliquos barones suos, per fratres nostri Ordinis ad fidem conversos, ivimus qui in exercitu[e] erant, et obtulimus eis de predictis pomis.[f] Qui cum maximo gaudio ipsa recipientes, ita videbantur letari ac si eis[g] prebuisemus familiariter[h] magnum munus.

6.[i] Ego Fr. Odoricus[j] de Foro Julii[k] de Ordine fratrum Minorum[l] testificor et testimonium perhibeo reverendo patri Fr. Guidoto,[m] Ministro[n] provincie S. Anthonii,[o] cum ab eo fuerim per obedientiam requisitus, quod hec omnia [24*r*] que superius scripta sunt, aut propriis oculis ego[p] vidi aut ab hominibus fide dignis audivi. Comunis[q] autem[r] locutio illarum contratarum illa que non vidi testatur[s] esse vera.[t] Multa etiam alia ego dimisi que scribi[u] non feci, cum ipsa quasi incredibilia apud aliquos viderentur, nisi illa propriis oculis perspexissent.[v]

7. Predicta[w] autem ego Fr. Guilgelmus de Solagna in scriptis redegi sicut predictus[x] Fr. Odoricus[y] ore proprio exprimebat anno Domini MCCCXXX[z] de mense madii, Padue in loco S. Anthonii. Nec curavi de latino difficili[a] et ornato stilo,[b] sed sicut

---

[a] C om. *suam imprendit.* — [b] BCY *innuit.* — [c] AV *offenderet.* — [d] B *autem ab eo*; Y *ab eo.* — [e] CY add. *eius.* — [f] V add. *residuis.* — [g] Y *illis.* — [h] B om. *familiariter.* — [i] C in medio folii addit *1300.* — [j] Y add. *Boemus.* — [k] BCY add. *provincie S. Antonii de quadam terra que dicitur Portus Maonis* (BC *Naonis*). — [l] C om. *de ordine.... Minorum* B om. *fratrum.* — [m] B *Guidoni*; C *Guidecto.* — [n] C add. *antedicte.* — [o] BCY add. *in Marchia Trevissina.* — [p] BY om. *ego.* — [q] VB *comunis.* — [r] Y *etiam*; AV om. *locutio.* — [s] AV *testantur.* — [t] B om. *Comunia autem.... vera.* — [u] C add. *ego.* — [v] BCY *conspexissent*; et add. *Ego autem* (B om. et habet *Et*; C add. *fr. Odoricus*) *de die in diem me preparo ad illas contratas* (B add. *iterum*) *accedere, in quibus dispono me mori* (B add. *et vivere*) *ut illi placebil a quo cuncta bona procedunt.* — [w] B add. *omnia superius scripta*; BC *fideliter*; B om. *autem*; BCY om. *ego* et omnia in tertia persona singulari reddunt. — [x] B om. *predictus.* — [y] Y add. *Boemus.* — [z] C *1300.* — [a] CY add. *et curioso.* — [b] CY om. *stilo,* quod A addidit inter lineas; V *cum domestico eloquio et comuni.*

Digitized by Google

ille narabat sic ego scribebam [a] ad hoc ut omnes facilius intelligerent que [b] scribuntur vel [c] dicuntur.[d]

8. Supradictus autem Fr. Odoricus postea ex hoc seculo transivit [e] ad Dominum in conventu Utini [f] anno Domini M° CCC° XXXI die XIIII [g] ianuarii, qui postmodum [h] multis et magnis corruscavit [i] miraculis.[j]

---

[a] CY *iste scribebat.* — [b] V add. *hic.* — [c] CY om. *scribuntur vel.* — [d] B om. *Nec curavi.... dicuntur.* — [e] V *migravit.* — [f] B *Beun in Foro Iulii ubi est residentia D. Patriarche de Aquileia.* — [g] B add. *mensis.* — [h] C *postea.* — [i] BC *coruscat*; B add. *et non cessat coruscare.* — [j] Y om. *supradictus.... miraculis* C add. *Amen*; B add. *Et ego Cesar ex Comitibus de Rocca.... scripsi hec ex suomet originali....: MDCXXXII.*

Digitized by Google

Digitized by Google

VIII.

Fr. PASCHALIS DE VICTORIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIOGRAPHIA

Fr. Paschalis de Victoria in Hispania [1] oriundus — de cuius infantia et iuventute nihil scitur — circa 1333 [2] patriam reliquit una cum socio Gondisalvo Transtorna, Avenionem petiit et Summi Pontificis benedictione et P. Generalis Geraldi Odonis litteris obedientialibus acceptis, Assisium ad S. Mariae de Portiuncula indulgentiam lucrandam adit et Venetias, ubi navim ascendit. Per maria Adriaticum, Mediterraneum, Nigrum et paludem Maeotidem, Tanam appulit, deinde Sarai an. 1335 vadit ubi per annum linguam cumanicam et litteram uiguricham addiscit et praedicationi verbi Dei sese impendit. Post haec autem Urghanj adit et Almaligh. Post multos et duros labores in ministerio apostolico exantlatos epistolam an. 1338 Guardiano conventus Victoriensis scribit,[3] quam infra edimus. Anno vero 1339 una cum sociis martyrii palmam obtinuit.[4]

Iam pluries epistola edita fuit: Rodulphius de Tossignano, *Historiarum Seraphicae Religionis libri tres*, II, 241-42; [5] *Chro-*

[1] Sic apud *Chronica XXIV Generalium*, *Anal. Franc.*, III, 531, nominatur; Bartholomaeus Pisanus vero, *Anal. Franc.*, IV, 334; 557 Fr. Paschalem *de Hispania* dicit. An vero *de Victoria* stet pro loco originis an pro conventu ubi Fr. Paschalis olim remanebat, nescitur.

[2] An. 1335 Sarai erat; ideo post magna itinera facta, post illum annum recessus eius non videtur verisimilis; sic etiam Beazley, *The Dawn of modern Geography*, III, 242.

[3] Cf. infra epistolam in fine. Beazley de Fr. Paschali loquens, eum omnium missionalium huius temporis meliorem historicum fuisse dicit, quoad haec quae ad hodiernam Russiam pertinent.

[4] Cf. infra martyrium eius.

[5] Ex illo auctore Wadding textum sumpsit, *Annal. Minorum*, ad an. 1342, 256-57, n. 10; de isto vero hausit De Gubernatis, *Orbis Seraphicus*, *De Missionibus*, I, 406-408 et Mosheim, *Historia Tartarorum*, 193-96.

Digitized by Google

nica XXIV Generalium, ap. AF III, 532-35.[1] Versiones autem inveniuntur apud Marcum de Lisbona, *Las Cronicas de la Orden de los Frayles Menores*, II, 526-28 ; Huc, *Le Christianisme en Chine*, I, 450 ; Marcell. da Civezza, *Storia universale delle Missioni Francescane*, III, 663-67 ; Yule-Cordier, *Cathay*, III, 81-88.

[1] Hoc textu cl. Golubovich usus est, *Biblioteca*, IV, 245-48, sicut et nos.

Digitized by Google

EPISTOLA

Reverendis in Christo et dilectis Guardiano et aliis fratribus conventus Victoriensis [1] ac totius Custodiae [2] patribus et dilectissimis fratribus frater Paschalis eiusdem [a] salutem cum omni benedictione; non etiam immemor aliis nostris parentibus ac notis et amicis reverentiam filialem.

1. Noverit vestra sanctitas, patres dilectissimi, quod cum a vobis recessimus cum caro P. Fr. Gonsalvo [b] Transtorna,[3] profecti sumus usque ad Avinionem. Inde Generalis reverendi benedictione accepta,[4] ivimus ad indulgentiam Assisii [5] et post Vene-

[a] Wadding add. *Ordinis Minorum.* — [b] Cod. Halensis (Bibl. Conv. Fr. Minorum, P. 37, F. Ref.), *Gulielmo.*

[1] De conventu fundato tempore S. Francisci, cf. Gonzaga, *De Origine seraphicae religionis*, 1049-51; Wadding, *Ann. Min.* ad an. 1214, n. 1; A. Lopez, *Archivo Ibero-Americano*, I, 268-69; Idem, *La Provincia de España de los Frailes Menores*, 170-71.

[2] Custodia Victoriae, cf. C. Eubel, *Provinciale Ordinis Fratrum Minorum vetustissimum*, 24.

[3] Gondisalvus Transtorna seu Trestarna ut dicitur, ap. Ehrle, *Historia Bibl. Romanorum Pontificum Avenion.*, I, 156, ubi legitur: « Die 22 mensis februarii (1338) de mandato domini nostri Pape pro emendis una biblia, breviario, doctrinali et grecismo, ac aliis auctoribus grammatice et nonnullis aliis libris mittendis fratribus Ordinis Minorum de Vicaria Cataiensi iuxta Tartaros, tradidimus fratri Gonsalvo Trestarna Ispano de Provincia Castelle dicti Ordinis xxxv florenos ». P. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 245, dicit Fr. Gonsalvum non fuisse socium F. Paschalis in oriente, ex eo quod ei anno 1338 a Papa eleemosina pro procurandis libris praestatur; sed contrarium clare ex textu elucere mihi videtur.

[4] Geraldus Odonis, 1329-42. Cf. *Chronica XXIV Gen.*, ap. AF III, 488-537.

[5] Indulgentia sic dicta Portiunculae, 1-2 augusti, de qua cf. Sabatier, *Fr. Francisci Bartholi de Assisio, Tractatus de Indulgentia S. Mariae*

Digitized by Google

tiis ascendentes quamdam carracam [a] [1] transivimus per mare Adriaticum et post per mare Pontum [b] [2] ad sinistram dimittentes Sclavoniam et ad dexteram Turquiam applicuimus Graeciam, scilicet Galatas iuxta Constantinopolim, et ibi invenimus P. Vicarium de Cathay in vicaria orientali.[3] Inde ascendentes unum lignum per mare Nigrum, cuius profunditas est abyssus, profecti sumus usque ad Gazariam [4] in vicaria aquilonari in imperio Tartarorum. Inde per aliud mare,[5] cuius non est fundus, applicuimus Thanam.[6]

2. Et quia ego citius accessi quam socius meus, cum Graecis in curribus equorum usque in Saray [c] sum directus; [7] socius autem meus cum quibusdam aliis fratribus usque ad Urganthum [d] delatus est.[8] Ego vero volebam secum ire, sed consilio habito,

---

[a] Cod. Halensis et Florentinus (Laurentiana 53, Leop. Gadd.), *navim.* — [b] Wadding, *Ponticum.* — [c] Cod. Halensis add. *civitatem.* — [d] Cod. Senensis (Bibl. Fr. Minorum), *Urgachum*; cod. Leopoliensis (Bibl. Universitatis I. G. 17), *Gurgantum.*

---

de Portiuncula, (= *Collection de documents pour l'histoire religieuse et littéraire du Moyen âge*, t. II); A. Fierens, *De geschiedkundige Oorsprong van den Aflaat van Portiunkula*; N. Paulus, *Geschichte des Ablasses im Mittelalter*, II, 312-22.

[1] Navis oneraria, cf. Ducange, *Glossarium.*

[2] Helespontum.

[3] Cf. introductionem quoad divisionem orientis in vicarias franciscanas. Illius superioris nomen tunc temporis me latet; an. 1321 erat Fr. Salomo ad quem Fr. Bartholomaeus epistolam de martyrio Fr. Thomae et sociorum scripsit; post Fr. Salomonem fuit Fr. Petrus de Turri, Golubovich, *Biblioteca*, III, 213-14.

[4] Chersonesus Taurica, Crimea.

[5] Palus Maeotis.

[6] Asov; ibi conventus Franciscanorum erat, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 567.

[7] Civitas a Batu fundata, sedes Chanorum Kiptchak, in parte affluentis septentrionalis fluminis Volgae, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 82, n. 1; ibidem Franciscani conventum habitabant, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 564-65.

[8] Urghanj, Urghandhi aut Jorjaniah, antea sedes capitalis Khwazerm, nunc autem nota ut Khiva, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 82, n. 2. Ibi verisimiliter erat Fr. Minorum conventus, cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 570-71.

Digitized by Google

prius linguam terrae illius volui addiscere et per Dei gratiam didici linguam camanicam [a] et litteram viguricam,[b] qua quidem lingua et littera utuntur per omnia ista regna seu imperia Tartarorum, Persarum, Chaldaeorum, Medorum et Cathay.[1]

3. Sed socius meus reversus de Urganth ivit ad vos; ego autem ad vomitum abhorrens redire [2] et gratiam Summi Pontificis desiderans obtinere, redire nolui, quia omnes fratres qui ad istas partes venimus, habemus indulgentiam illam quam habent euntes cum licentia Ierusalem, scilicet plenariam [c] seu a poena et culpa, et perseverantibus *usque* ad *finem* corona dabitur vitae.[3] Idcirco, patres mei, ex quo scivi linguam per Dei gratiam saepius praedicavi sine interprete verbum Dei tam saracenis quam etiam christianis schismaticis et haereticis. Et habui mandatum a Vicario meo qui praecedebat, quod visa littera, in meritum obedientiae salutaris perficerem peregrinationem quam ceperam.

4. Et cum iam ultra annum demoratus fuissem in praedicta Saray, civitate saracenorum imperii Tartarorum in vicaria aquilonari — ubi ante per annum quidam frater noster, Stephanus nomine, fuit passus venerabile martyrium per saracenos — [4] inde ascendens in quoddam navigium cum Armenis per fluvium qui vocatur Tigris [5] et per ripam maris, Vatuk [d] nomine,[6]

---

[a] Cod. Assisiensis (Bibl. Municipii 329); cod. Florentinus (Bibl. Riccardiana 279), *Comaricam*; cod. Hallensis *Canamicam*; cod. Florent. Laurent. *Comonicam*; Wadd. *Chamanicam*. — [b] Wadding solus habet sic; codices *vinguricam*. — [c] Varii codices et Wadding habent *plenissimam*. — [d] Cod. Romanus (Bibl. Angel. 1756); cod. Neapolitanus (Bibl. Nation. VIII, C. 7), *Vatule*; cod. Floren+. Laurent.; Senensis *Bacuk*; cod. Florent. Riccard. *Natulk*; cod. Tridentinus (Bibl. conv. Fr. Min. G. XIV. 21), Parmensis (conv. Fr. Min. II), Rezzatensis (Bibl. Fr. Min. 9, L), *Natuch*.

---

[1] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 30, n. 2.

[2] Cf. Prov., XXVI, 11, *qui revertitur ad vomitum suum*, cf. II Petr. II, 22.

[3] Cf. N. Paulus, *Geschichte des Ablasses im Mittelalter*, II, 25-60, *Die Kreuzzugsablässe von 1216 bis 1350*. Matt., x, 22, *qui autem perseveraverit usque in finem*.

[4] Fr. Stephanus qui primo apostatavit, suum errorem martyrio glorioso luit 22 april. 1334, cf. *Chronica XXIV Gen.* ap. *Anal. Franc.*, III, 515-24.

[5] Rha, seu Etilia seu vulgo Wolga. [6] Mare Caspium.

Digitized by Google

usque Saraschuk [a] [1] deveni per XII dietas. Inde ascendens currum camelorum, cuius equitatus terribilis est, 50[a] die in Urganth deveni,[2] quae est civitas in fine imperii Tartarorum et imperii Persarum; quae civitas alio nomine vocatur Us, ubi est corpus beati Iob.[3] Inde ascendens currus camelorum cum Agarenis, maledicti Machometi sequacibus, solus ego christianus inter ipsos cum quodam servitore, Ziquo natione,[b] [4] usque ad imperium Medorum [5] veni Deo dirigente; ubi quae, qualia et quanta sum passus, *Deus* ipse *scit* et longum esset enarrare per litteram.[6]

5. Quia enim [c] Imperator Medorum per fratrem suum carnalem est interfectus,[7] caravana saracenorum, cum qua ibam, detenta est per viam in civitatibus saracenorum timentibus guerram et suorum exspoliationem. Quapropter magnam traxi moram inter saracenos, quibus per dies plurimos praedicavi manifeste et aperte nomen Iesu Christi et eius Evangelium; [8] et falsi eorum prophetae deceptiones et falsitates et caecitates explicando, detegendo et publica et alta voce latratus eorum confundendo; sed confidens in domino nostro Iesu Christo mo-

---

[a] Cod. Florent. Laurent. *Saracuk*; cod. Florent. Riccard. *Sarachuk*; cod. Senensis *Sarackuc*. — [b] Wadding *nomine*. — [c] Wadding *qualiter nimirum*.

---

[1] Saraichik, id est, parvum palatium, super flumen Jaic seu Ural, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 85, n. 1.

[2] Ex relatione Ibn Batuta et descriptione Pegolotti, haec via cum camelis fiebat. Primus 34, secundus autem 20 dies in hoc itinere terebant, cf. ibid. n. 2.

[3] De hac civitate identificata cum Urghanj quae est Urfah, et a scriptoribus mahumeticis ut Ur accepta, Rockhill, *The Journey*, 266, n. 2.

[4] Yule-Cordier, *Cathay*, III, erronee vertunt: nomine Zinquo; Zinquo eadem est regio ac Zikuia ap. Rubruc et Terra Ziccorum ap. Planum Carpini, cap. IX, n. 20; cf. P. Pelliot, ap. *T'oung-Pao*, 1922, 79-80; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 247, n. 4.

[5] Hoc imperium quod Cathay inter et Persiam est situm, imperium Medii vocabatur. Varii autem auctores ut Fr. Paschalis id vocitant adhuc imperium Medorum, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 85, n. 3.

[6] II Cor., XI, 11; 31.

[7] Jinski a Yesun Timour interfectus fuit an. 1337, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 35.

[8] Cf. Rom., XV, 20.

Digitized by Google

dicum eos timebam, Spiritu Sancto confortante et illuminante; ubi ipsi observantes coram eorum mesquita me posuerunt in paschate eorum,[1] ad quam mesquitam propter pascha de diversis partibus quam plures sunt congregati Cadini,[a] Episcopi eorum,[2] talisimani,[3] id est ipsorum sacerdotes, cum quibus, Spiritu Sancto docente,[4] de divinis et de falso suo Alcorano et doctrina[b] per dies XXV in eodem loco, scilicet coram ianuis mesquitae, quam plurimum disputavi, ita ut semel in die panem cum aqua vix comedere valebam. Sed Deo tribuente, Trinitas revelata praedicata fuit et ad ultimum per ipsos malis gratibus suis concessa,[c] et gratias omnipotenti Deo, victoriam in omnibus habui ad laudem et honorem Iesu Christi[5] et sanctae matris Ecclesiae. Ubi filii diaboli me primo tentaverunt promittentes feminas, virgines, aurum et argentum, possessiones, equos et boves et alia quaeque delectabilia huius mundi, ut me perverterent. Sed me omnes suas promissiones omnibus modis spernentem per duos dies lapidaverunt, ignem faciei et pedibus apposuerunt, barbam meam extraxerunt, contumelias, vituperia et opprobria quam plurima et diu intulerunt. Deus scit, qui est benedictus, per quem ego pauper sum gaudens et exultans in domino nostro Iesu Christo, quia sua pietate admirabili dignus fui talia pati pro nomine eius.[6]

---

[a] Cod. Halensis et Wadding add. *id est.* — [b] Codices habent *et furtam* aut *et fortis*, forsan pro *et sunna.* — [c] Wadding *per ipsos etsi reluctantes concessa.*

---

[1] Bairam, una ex magnis Mahumetanorum festivitatibus Turcorum pascha ordinarie vocatur ex eo quod ieiunium ramazan sequitur, sic ieiunium mahumeticum vocitatur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 86, n. 1; cf. supra, itinerarium G. Rubrucq, cap. XXIV, n. 3.

[2] Cf. supra, itinerarium B. Odorici, cap. VIII, n. 1.

[3] Id est Ta-shih-man, scilicet nomen commune pro mahumeticis sacerdotibus, cf. A. C. Moule, *Cathay and the Way thither*, ap. *The New China Review*, 1921, Extractum, p. 11.

[4] Cf. Johan., XIV, 26.

[5] Cf. I Cor., XV, 57: *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.*

[6] Cf. Act., V, 41: *Illi quidem ibant gaudentes.... quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

Digitized by Google

6. Ecce gratiose ductus sum in Amalech [1] civitatem in medio imperio Medorum in vicaria Cathay. Et sic incipiens ab Urganth, quae est civitas ultima Persarum et Tartarorum, usque Amalech per viam v mensium moram gessi inter saracenos solus, verbo et exemplo et habitu publice nomen Iesu Christi portando,[a] [2] a quibus saepe toxicum recepi, in aqua positus fui, percussiones et alia, quae littera non contineret,[b] passus fui. Sed Deo gratias in omnibus reddo, quia maiora horum exspecto pro nomine eius pati in remissionem meorum peccatorum, ut securus vadam ad regnum coelorum pietate divina. Amen.

7. Valete in domino Iesu Christo et orate pro me et pro his qui istam peregrinationem intendunt facere vel faciunt, quia Deo mediante peregrinatio haec utilis est ad profectum et fructum animarum multarum, et non curetis me videre [c] nisi in istis partibus vel in paradiso, ubi est requies, consolatio et visitatio hereditaria nostra dominus noster Iesus Christus. Et quia ipse dixit: « Cum fuerit praedicatum Evangelium per universum mundum [3] *est consummatio saeculi* ».[4] Ergo fratres carissimi, meum est praedicare inter diversas nationes et peccatori reatum suum ostendere et viam salutis manifestare, sed Dei omnipotentis est gratiam suae conversionis infundere.

Datum in Amalech in festo S. Laurentii, anno Domini MCCCXXXVIII, in imperio Medorum.

---

[a] Codices Assisiensis; Florent. Laurent., Riccard., Senens.; Trident., Parmenses (2), Rezzatens., Leopol., *importando*; cod. Hal. add. *et omnibus praedicando.* — [b] Wadding *continet.* — [c] Cod. Halens. add. *hic in terra.*

---

[1] Almaligh, apud mahumeticos scriptores Almálik; apud Sinenses Alimali, sedes imperialis erat Chanorum familiae Chagatai, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 87, n. 1.

[2] Cf. Act., IX, 15: *Ut portet nomen meum coram gentibus.*

[3] Cf. Marc., XIV, 9: *Ubicumque praedicatum fuerit evangelium istud in universo mundo.*

[4] Matt., XIII, 39.

Digitized by Google

IX.

MARTYRIUM Fr. MINORUM ALMALIGH

AN. 1339.[1]

[1] Circa martyrii annum, cf. infra Fr. Marignolli, Lib. I, cap. De creatione, n. 5.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Ante martyrium Fr. Minorum in civitate dicta Almaligh, de laboribus apostolicis et missionariis Ordinis franciscalis ibidem, in chronicis usquedum notis nullum vestigium invenitur, nisi forsan de Carlino de Grassis, qui an. 1328 Castronovo prope Papiam mortuus est, illius civitatis Episcopo,[1] et postea de Fr. Iacobo Florentino, qui in itinere ad metropolim Sinarum regni, ibidem necatus est.[2]

Sequens relatio iuxta textum *Chronicorum XXIV Generalium* datur.[3]

---

[1] *Hierarchia Catholica*, I, 109; Golubovich, *Biblioteca*, III, 343.
[2] *Chronica XXIV Gener.*, ap. *Anal. Franc.*, III, 559.
[3] Ibid., 531-32.

Digitized by Google

RELATIO

Fr. vero Iohannes [de Marignolli] cum aliis fratribus suam legationem complevit.[1] Et dum fuit prope Amalech,[2] audivit de novo [quod] decesserat Imperator,[3] qui fratres Minores in tantum diligebat, ut Fr. Franciscum de Alexandria,[4] qui ipsum a cancro et fistula miraculose curaverat, patrem suum vocaret et sibi proprium filium tradidisset ad nutriendum et postea baptizandum.[5] Audivit etiam nova, quod quidam religiosus saracenus, Alisoldani nomine,[6] factus fuerat Imperator. Qui primam crudelitatem in christianos ostendens, ferali edicto praecepit quod omnes christiani occiderentur, nisi vellent effici saraceni, fide catholica abnegata. Tunc fuerunt capti omnes fratres, qui erant in conventu Amalech,[7] videlicet: Fr. Franciscus de Alexandria, praefatus pater Imperatoris, Fr. Richardus de Burgundia, Episcopus,[8] Fr. Raymundus Ruphi, provincialis,[9] Fr. Pa-

---

[1] Cf. relationem Fr. Iohannis de Marignolli.

[2] Almaligh.

[3] Yesun Timur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 35.

[4] Cf. Bartholomaeus Pisanus, *Conformitates*, ap. AF IV, 334-5; cf. infra relationem Fr. Marignolli l. c.

[5] Bartholomaeus Pisanus, *Conformitates*, : .... Utpote datis terris et privilegiis et auctoritate praedicandi, ac suo filio fratribus dato, ut baptizaretur a fratribus, qui septennis tunc erat vocato Iohanne.

[6] Ali, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, IV, 161-62.

[7] Golubovich, *Biblioteca*, II, 543-44.

[8] C. Eubel, *Provinciale Ordinis Fr. Minorum*, 74, n. 318; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 310.

[9] Hic a Fr. Marignolli non memoratur neque a Fr. Mariano, *Compendium Chronicarum Ordinis FF. Minorum*; cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 310-11; Bartholomaeus Pisanus, *Conformitates.*, l. c.

Digitized by Google

schalis Hispanus de Victoria,[1] sacerdotes ; necnon Fr. Laurentius de Alexandria [2] et Fr. Petrus Martelli de Provincia,[3] laici, qui aedificabant ecclesiam, quam eis concesserat Imperator defunctus.

Qui inducti et multipliciter examinati, ut saltem unum verbum negationis fidei proferrent, in fide invictissimi, ab illa se nunquam velle recedere, sed potius pro illa mori clamantes, traditi sunt sarecenorum furiae populari. Qui primo fratres sanctos gladiolis parvis in diversis partibus corporis pungentes et vulnerantes, cum adhuc fidem Christi confiterentur constanter, irruentes contra eos in furia saraceni, cum gladiis eos lacerantes crudeliter occiderunt. Et sic glorioso martyrio Deo suas animas reddiderunt.

Martyrizatus etiam tunc fuit interpres Episcopi Cambaliensis [4] et Gulielmus de Mutina, mercator Ianuensis.[5] Omnes alii christiani qui erant ibi, fidem negantes timore mortis, facti sunt saraceni.

Tunc locum fratrum destruxerunt, et libros et alia vel rapuerunt vel igne combusserunt. Post modicum vero temporis, dictus Imperator Alisoldani, clamante sanctorum fratrum sanguine,[6] fuit crudeliter interfectus et omnia sua combusta, ut secundum quantitatem culpae esset et plagarum modus.

---

[1] Cf. supra, eius epistolam.

[2] Cf. Bartholomaeus Pisanus, *Conformitates*, l. c. ; Marianus, *Compendium*, 297.

[3] Ibid. ; F. Delorme, *Catalogus Friburgensis Sanctorum Fratrum Minorum*, ap. AFH IV, 1911, 556, n. 120 ; Bartholomaeus Pisanus, *Conformitates*, l. c. ; Marianus, *Compendium*, l. c.

[4] Iohannes, cf. *De Sanctis et Beatis Tertii Ordinis iuxta codicem Fr. Mariani Florentini*, ap. AFH XIV, 1921, 26 ; Marignolli, infra l. c.

[5] Apud Fr. Marignolli dicitur : Gillottus mercator.

[6] Cf. Gen., IV, 10 : *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.*

Digitized by Google

Digitized by Google

X.

Fr. IOHANNES DE MARIGNOLLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA

Biographia.

Iohannes ex illustri prosapia Marignolli [1] circa finem saeculi XIII Florentiae natus,[2] habitum franciscalem in conventu S. Crucis sumpsit et postea, studiorum curriculo clauso, Bononiae lectoris munere functus est.[3] Occasione nuntiorum ab Imperatore Cathay missorum [4] a Summo Pontifice Avinionem arcessitus, una cum sociis [5] ad illud regnum Cathay destinatur. Mense decembri 1338 [6] Avenionem relinquit, Neapolim petit ibique adventum nuntiorum exspectat donec an. 1339 magnum itinerarium assumit, et tantum post 13 annos Avenionem redit.

Die 12 maii anni 1354 Fr. Iohannes Bisiniani Episcopus eligitur [7] et paulo post consecrationem Florentiam petit.[8] Tunc

---

[1] Vocatur etiam Iohannes de S. Lorenzo, cf. *Biblioteca*, IV, 258.

[2] Yule-Cordier, *Cathay*, III, 178, Fr. Iohannem natum ante 1290 dicunt; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 258: «su la fine del secolo XIII».

[3] Cf. infra: Vidi etiam Bononie, quando ibi legebam.

[4] Cf. supra introd. general.

[5] Fr. Ermannus, ap. *Flores Temporum, Corpus historicum medii aevi*, I, col. 1634, dicit quod Benedictus XII «misit centum fratres minores»; Iohannes Vitoduranus de quinquaginta fratribus loquitur, G. von Wyss, *Iohannis Vitodurani Chronicon*: *Die Chronik des Minoriten Johannes von Winterthur*, 152-53; *Biblioteca*, II, 146. Etiam Fr. Nicolaus Boneti legationi adiunctus est, sed «certis ex causis ad curiam est reversus». *Anal. Franc.*, III, 531.

[6] Cf. relationis extracta, infra, Lib. I, cap. De creatione, n. 3.

[7] *Militanti Ecclesiae*, Wadding, *Regestum*, 1354, n. 23; BF VI, 281-82.

[8] Ughelli, *Italia sacra*, I, 522.

Digitized by Google

temporis Carolus IV Bohemorum Rex, ut Imperator coronaretur. Romam adit; itinere vero faciente fama Fr. Iohannis ad Regis aures pervenit. Occasione occursus, quonam in loco nescitur, Carolus IV Fr. Iohanni munus consiliarii, capellani et chronologi proponit; quod et Marignolli nullo modo recusat. Anno 1356 Iohannes a Florentinis invitatus ut difficultates seipsos inter et Malatesta ortas componat, Avinionem adit. Anno sequenti simili ratione ductus, Bononiam petit.[1] Sub finem vitae suae, Marignolli discordiis inter fratres Minores et Primatum Hiberniae permiscetur et ab ipso Richardo Fitzralph epistolam iniuriosam recipit. Sed Primato Avinionem arcessito, post perditam causam, ei silentium et fratrum Minorum privilegiorum observantia imponuntur.[2]

Tempus quo Iohannes de Marignolli e vivis sublatus est nescitur, sed 22 martii 1359 « ob obitum Ioannis » Savelli Bisiniani Episcopus electus est.[3] In memoriam Fr. Iohannis de Marignolli, in ecclesia S. Crucis Florentiae, lapis erecta est an. 1898.[4]

Itinerarium.

Postquam an. 1339 Neapolim reliquerat, per viam breviorem, ut dicit Iohannes de Monte Corvino,[5] Khanbaliq petit. Per iter maris Constantinopolim adit et post breve tempus per mare Nigrum 24 iunii Caffam petit, quo « in octo diebus » pervenit. Deinde, verisimiliter per Tanam (Asov), usque ad sedem Chani Kiptchak, Sarai itinerat, ubi epistolas et dona Summi Pontificis Imperatori destinata remittit. Post hiemem hanc civitatem relinquens Almaligh petit, ubi missionem franciscanam anno praecedenti 1339 destructam fuisse audivit et omnes confratres

[1] *Biblioteca*, IV, 268-69.

[2] E. B. Fitzmaurice, O. F. M., and A. G. Little, *Materials for the History of the Franciscan Province of Ireland*, 146-47; Dobner, *Chronicon Rmi Joannis dicti de Marignolis*, 73-74; L. Oliger, *De pueris oblatis*, ap. AFH VIII, 1915, 409-411; 443-44.

[3] Eubel, *Hierarchia*, I, 140.

[4] Le onoranze centenarie a Paolo Toscanelli e a Am. Vespucci, 67, cit. ap. *Biblioteca*, IV, 271, n. 2.

[5] Cf. epistolam II, n. 6.

Digitized by Google

missionarios occisos.[1] Hic Iohannes apostolico ministerio sese impendit, multos convertit ad Christi fidem et novam ecclesiam construit. Post haec iter reassumit et per desertum Gobi an. 1342 Khanbaliq pervenit. Optime a Chano receptus et omnibus ad vitam commodam necessariis copiose munitus, tribus aut quatuor annis ibi remanet. Hisce transactis recessus viam cum solemni comitatu et 200 equis aggreditur, terram Cathay perlustrat civitatesque visitat. Demum Zaytun adveniens, die 26 dec.[2] navim ascendit et Columbum (Quilo) dominica olivarum[3] adventat. Ibi et in vicinis regionibus sexdecim mensibus manet.

Ex hoc usque ad recessum ex illis partibus per Ormuz, itinerarium accurate restitui nequit eo quod narratio Iohannis Marignolli omnino quadrare non videtur. Ex una enim parte dicit se Indiam reliquisse, regnum Reginae Saba et exinde Ceylan insulam visitasse, ex altera vero parte se post recessum ab his regionibus S. Thomae civitatem et Terram Sanctam visitare voluisse confitetur, sed tempestate perculsum Pervilem (Barberyn) in insulam Ceylan appulisse. Ad hoc accedit quod se S. Thomae ecclesiam (Madras) visitasse fatetur.[4]

---

[1] Holzapfel, *Manuale Historiae Ordinis Fr. Minorum*, 231 (*Geschichte*, 258) et Golubovich, *Biblioteca*, IV, 300, annum 1340 pro martyrio PP. Richardi de Burgundia et sociorum dant, secundum Fr. Bartholomaeum de Pisa, *De Conformitate*, ap. *Anal. Franc.*, IV, 334. Sed iuxta Marignolli hoc martyrium an. 1339 locum habuit. Etenim hoc eodem anno Sarai pervenit ibique hibernavit et post haec Fr. Iohannes scribit : « Post hiemem, bene pasti, vestiti et remunerati magnifice, cum eius [Chani] equis et expensis pervenimus in Armalech ». Ideoque in primis mensibus an. 1340 Almaligh petunt, ibique predicant, baptizant « non obstante quod anno precedenti solempne martyrium passi sunt ibidem pro Christo Episcopus et sex alii fratres Minores ». In casu Iohannis de Marignolli auctoritas Bartholomaeo Pisano praeferenda nobis videtur; Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 31-35.

[2] R. Beazley, *The Dawn of modern Geography*, III, 297, Fr. Iohannem Zaitun, 26 dec. 1346 reliquisse dicit; Yule-Cordier autem an. 1346 sed verisimilius an. 1347, *Cathay*, III, 191 ; 216, n. 3 ; Golubovich e contra pro an. 1345 tenet, *Biblioteca*, IV, 301.

[3] Vel ut alibi dicit « feria quarta maioris hebdomade ». Quae dies pro anno 1345 in 20 aut 23 martii, pro 1346 in 9 aut 12 aprilis, pro 1347 in 25 aut 28 martii cadunt.

[4] Varia a commentatoribus proponuntur. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 191, opinantur Fr. Iohannem Columbum reliquisse et S. Thomae eccle-

Digitized by Google

In insula Ceylan a donis ab Imperatore Cathay Summo Pontifici destinatis « curialiter » spoliatur. Ex Indiis usque Ormuz viam maris ordinariam sequitur; exinde ruinas Babylonis, deinde Bagdad, Mossul, Edessam, Damascum, Ierusalem visitat et an. 1352 Avinionem pervenit.[1]

Valor Chronicorum.

Chronica quae nomine Fr. Iohannis de Marignolli subscribuntur, ad scopum nostrum in tantum valent in quantum relationem eius itineris et extremi orientis historiam continent. De istis ergo solum hic sermo erit. Sane dolendum est quod Fr. Iohannes suam relationem eo modo texuit quod Chronicorum Boemorum corpori congruit, ita quod multa in eis non inveniantur quae in relatione bene ordinata reperirentur; insuper facta non secundum momentum in se sed iuxta librum conficiendum ponderantur; demum pauca illa quae de suo itinerario et commoratione in extremo oriente narrat ita dispersa inveniuntur in chronicis ut quasi nihil videantur.

Ast, quo casu nescio, Fr. Iohannes non semper chronicorum formae regulari se vinxit, et ex eo fit ut eius addimenta, sane

---

siam visitasse, deinde ad insulam Iavam (Sumatra), inde Malabar pervenisse et demum insulam Ceylan, unde regressus iter arripuisse. Golubovich vero dicit quod Fr. Iohannes Columbum reliquit, Iavae insulam petiit unde Columbum secunda vice pervenit unde Ceylan petiit et postea Madras, *Biblioteca*, IV, 266.

[1] Sic *Chronica XXIV Generalium*, ap. *Anal Franc.*, III, 548. E contra Glassberger, ap. *Anal. Franc.*, II, 187; Wadding, *Annales Minorum* ad an. 1353, n. 1, pro anno regressus 1253 habent. Sed notandum est Glassberger narrationem hanc e Chronicis XXIV Generalium fere verbotenus sumpsisse; quoad auctoritatem Waddingi tantum valet quantum auctoritas qua nititur se. Marianus de Florentia sicut in margine legitur. Mariani autem opus magnum deperditum est et *Compendium Chronicarum Ordinis Fr. Minorum* de regressu Iohannis de Marignolli non facit mentionem. Narratio autem itineris e Chronicis XXIV Generalium sumpsit, cf. AFH III, 297, sicut et Glassberger. Utrum vero recto tramite Iohannes Avinionem petierit, non constat; eum primo Florentiam, ubi habitum quem in itinere sumpserat deposuit, adivisse nobis videtur.

Digitized by Google

supervacua, pro scopo nostro maximi sint momenti. Primus enim inter Sinarum missionarios est qui per terram Khanbaliq petiit et per viam maris rediens insuper et Terram Sanctam visitavit, et de hisce relationem reliquit. Quamvis omnia sibi occurentia non notavit, tamen multa ab ipso relata huiusmodi sunt quod alibi frustra quaeruntur. Plura hic inde de religione infidelium, de eorumque ministris necnon de regimine insularum et de vivendi modo habitantium refert. Varia a B. Odorico narrata et tamquam incredibilia habita, cum hac relatione independenter ab isto scripta, collata, iam ut facta historica demonstrantur, ut v. g. animalium narratio in monasterio Hangtcheou; dicta circa insulam Ceylan et paradisum terrestre.

Pro historia catholicae religionis in Sinarum imperio haec relatio magni ponderis est. Solus enim missionarius usquedum notus fratrum Minorum Almaligh martyrium, illiusque missionis completam destructionem narrat, insuper et modum quo ipse et socii ad reaedificationem ecclesiae missionisque cum optimo fructu se accinxerunt. De magni Chani benevolentia etiam post Iohannis de Monte Corvino obitum erga missionarios catholicos; de laboribus fratrum Minorum Khanbaliq ubi praeter ecclesiam cathedralem « plures ecclesias » habentium narrat, necnon de progressu religionis catholicae Ts'iouen-tcheou (Zaitun), ubi post 1326 tertiam ecclesiam pulcherrimam construxerunt.

Chronica Fr. Iohannis indolem eiusdem nobis monstrat. Imprimis Marignolli ut optime in S. Scripturis et linguis, philosophia et theologia versatus apparet. « Cum enim, dicit Dobner,[1] auctor hic plerasque orientales et remotissimas quidem regiones eruditionis capiendae gratia pervagatus sit, ubivis in historiam tam veteris quam novi Testamenti ea concinne interserit quae ad locorum rerumque illustrationem faciunt, quaeque ipse oculis vidit, sedula exquisitione edoctus est, aut ex hominum illarum terrarum traditione hausit. Item cum linguarum orientalium, theologiae simul ac philosophiae se non rudem fuisse probet, non raro interpretationem terminorum hebraicorum adfert, sententias vero miras theologicas philosophicasque admiscet ». Prae-

[1] *Chronicon Rev. Ioannis dicti de Marignolis*, l. c. introd., cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 308.

Digitized by Google

terea Fr. Iohanni animam missionarii non defuisse chronicorum plura anecdota monstrant, ut v. g. labores exantlati Almaligh, Indus conversus et alia.

In quibusdam factis ab ipsomet gestis nota romantica non deest, v. g. quando erexit « in cono mundi.... columpnam marmoream.... usque ad finem mundi duraturam ». Tunc et in aliis circumstantiis huiusmodi libenti animo Fr. Iohannes de se ipso loquitur. Hic narrandi modus quibusdam hodiernis commentatoribus displicuit, qui et inde iudicia severa nimis circa fratrem protulerunt. Yule[1] in hisce Fr. Iohannem sibi apparere fatetur ut quemdam secunda infantia laborantem. Sane secundum mores nunc vigentes hic narrandi modus minus placet, sed praetereundum non est quod Fr. Marignolli ad curiam Caroli IV non arcessitus fuit ob linguae latinae eius peritiam vel ob episcopalem dignitatem, sed unice quia totam terram usquedum notam perlustraverat. Nil mirum ergo quod Carolus IV hisce novitatibus sua chronica illustrare voluit, et Fr. Iohannes ad veritatem suorum narratorum probandam saepius et quidem cum delectatione quadam auctoritatem propriam invocavit.

Codices.

Varia opera Iohanni de Marignolli adscribuntur, i. a. *Storia de S. Onofrio*; *Atti degli Apostoli*; *Fioretti di S. Francesco*; *Vita S. Iohannis Baptistae*. Sed duo prima immerito ei tribuuntur, eo quod fons ex quo testimonium desumitur, non existit; sic etiam duo ultima ex confusione quadam a Sbaralea ei adscribuntur.[2]

Praeterea Wadding duo alia opera addit, nempe *Historiam Ordinis* et *Tractatum de canonizatione S. Francisci*. Haec secundum Sbaralea olim in conventu S. Crucis conservabantur sed tempore suo non amplius ibidem inveniebantur, sicut etiam *Tractatus Fr. Ioannis de Marignolli*, olim Bibliothecae D. de Guadagnis Florentini, frustra quaeritur.[3]

---

[1] *Cathay*, III, 203.

[2] *Biblioteca*, IV, 308; Bughetti, *Alcune idee fondamentali sui "Fioretti di S. Francesco"*, ap. AFH XIX, 1926, 327, n. 1.

[3] *Supplementum et Castigatio*[3], 97.

Digitized by Google

H. Golubovich Fr. Iohannem sui itineris relationem scripsisse, nunc vero deperditam, opinatur.[1] Quamvis hoc non inverisimile videatur, tamen argumenta a cl. auctore allata non sunt convincentia. Unicum argumentum positivum quod in medium fertur est sequens: in martyrio fratrum Minorum Almaligh, quod in *Chronica XXIV Generalium* describitur,[2] quaedam inveniuntur quae frustra apud Marignolli quaeruntur. Ast haec intelliguntur ex eo quod Chronicorum XXIV Generalium auctor, ex Gallia oriundus,[3] has notitias invenire potuit etiam apud socios Fr. Iohannis de Marignolli, ex quibus certe varii ex natione gallica erant.[4]

Unicum ergo opus Fr. Iohanni de Marignolli ascribendum remanet, sc. *Chronicon Bohemicum*. Sed hoc etiam cum grano salis accipiendum videtur. Nam in epistola introductoria Caroli IV Imperatoris legitur, quod ex antiquis et novis chronicis iam existentibus, quibusdam in locis obscurius et longius descriptis iste Fr. Iohannem rogavit ut stylum emendaret, quaedam resecaret et nova quaedam insereret:[5] « Ut ergo tranquillitate pacis tam mentis quam temporis nostra respublica perfruatur, operariis viciorum penitus expurgatis et delicatos nobilium animos ad probos mores exemplis delectabilibus provocemus, cronicarum antiquas et novas hystorias maxime Boemorum obscure conscriptas per venerabilem patrem fratrem Iohannem dictum de Marignolis de Florencia Ordinis Minorum, Bysinianensem Episcopum, nostre imperialis aule commensalem, transcurri mandavimus, amputatis obscuris verborum ambagibus et superfluis resecatis ac interpositis quibusdam utilibus, incipiendo a primo Adam usque ad felicia tempora nostra.... ».[6] Ad quae Fr. Iohannes

[1] *Biblioteca*, IV, 306-307.

[2] *Anal. Franc.*, III, 530-32.

[3] Ibid., introd. VII-VIII.

[4] Inter quatuor fratres in epistolis pontificiis laudatos, de quibus Nicolaus Boneti iter non est aggressus, Fr. Nicolaus de Molano, natione gallica invenitur, cf. *Biblioteca*, IV, 261-62. Insuper valde mirum esset si inter tot fratres cum Marignolli iter arripientes, centum secundum Fr. Ermannum, *Flores Temporum*, l. c., col. 1634, vel quinquaginta secundum Iohannem Vitodurani, l. c., 152-53, alii de natione gallica non invenirentur.

[5] Emler, *Kronika*, 492.

[6] Ibid., 493.

Digitized by Google

respondens ait « .... Ego frater Iohannes dictus de Marignolis de Florencia Ordinis Minorum, Bysinianensis ecclesie Episcopus, tue imperialis aule capellanus, tuis semper parere volens nutibus, ad huius operis fastigium stilum dirigere presumens, cronicarum boemicalium ystorias obscure quidem pristine conscriptas in unum magis lucide compendium iuxta mei facultatem ingenii sub trina distinccione, modo qui sequitur, duxi regulandas, ut que prius obscura clausit umbrositas, concepti operis sentencia reddat manifesta ».

Opus litterarium proprium ergo Fr. Iohannis de Marignolli usquedum notum relatio videtur quae variis locis Chronicorum Boemicorum inserta invenitur.

Unicum MS. completum exstat in Bibl. publica Pragae, saec. XV. Antea apud PP. Crucigeros.

Fragmenta horum chronicorum conservantur Venetiis in Bibl. S. Marci, Classe X, cod. lat. 188, f. 246-631. Cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 304 et n. 1.

Editiones.

Editiones horum chronicorum sunt sequentes :

Dobner G., *Chronicon Rev. Ioannis dicti de Marignolis de Florentia*, apud *Monumenta historica Boemiae*, Pragae 1768. t. II, 68-288.

Meinert, J. G., *Johannes von Marignola minderen Bruders und Päpstlichen Legaten Reise in das Morgenland*, ap. *Abhandlungen der Kön. Bömischen Gesellschaft der Wissenschaften*, Prag 1820.

Emler, J., *Kronika Marignolova*, ap. *Fontes rerum Bohemicarum*, Pragae 1882, t. III, 492-604.

Editiones partiales inveniuntur apud Yule-Cordier, *Cathay and the Way thither*, London III, 1914, 177-269.

H. Golubovich, *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano*, Quaracchi 1923, t. IV, 271-296.[1]

[1] Extracta minora inveniuntur apud Kunstmann, F., *Die Missionen in Indien und China im vierzehnten Jahrhundert*, ap. *Historisch.-Politische Blätter*, XXXVIII, p. II, 701-719 ; 783-813 ; De Gubernatis, A., *Storia de' viaggiatori italiani nelle Indie Orientali*, 142-50 ; eadem habentur ap. Marc. da Civezza, *Saggio di Bibliografia Sanfrancescana*, 372-83.

Digitized by Google

De modo edendi.

Fragmenta tantum quae ad rem nostram pertinent sequuntur et quidem ex editione Emler sumpta. Ut autem lector totius operis formam intelligat, ea quae auctor tribus libris chronicorum praemittit, introductionis instar, partim transcripsi. Totius autem operis capitulorum inscriptiones cum paginarum numero editionis laudatae addidi.

Digitized by Google

RELATIO FR. IOHANNIS DE MARIGNOLLI

Incipit processus in cronicam Boemorum (492-3).

[Carolus IV Romanorum Imperator epistolam introductoriam Fr. Iohanni de Marignolli scribit qua boemicorum chronicorum nova redactio ei rogatur. Cui Fr. Iohannes respondet]:

Ut igitur serenissime Imperator et semper auguste tui conceptus propositum non ociose nec in vanum tantis insudet affectibus, sed divini cooperante Minerva spiritus, quem tue Maiestatis exposcit serenitas, effectum sorciatur, ego frater Iohannes dictus de Marignolis de Florencia Ordinis Minorum, Bysinianensis ecclesie Episcopus, tue imperialis aule capellanus, tuis semper parere volens nutibus, ad huius operis fastigium stilum dirigere presumens, cronicarum boemicalium ystorias obscure quidem pristine conscriptas in unum magis lucide compendium iuxta mei facultatem ingenii sub trina distinccione, modo qui sequitur, duxi regulandas, ut que prius obscura clausit umbrositas, concepti operis sentencia reddat manifesta.

I.

Capitulum de distinccione libri (493-4).

Primus namque liber seu distinccio quasi divinum seu nature continet principatum, a primo namque Deo, creatore omnium, per Adam descendendo usque ad Noe et post diluvium usque ad turrim Babel et divisiones terrarum ystorias continebit, ideo ipsum *thearcos*, a Theos, quod est Deus, quasi divinum seu theologum decrevimus nominandum. Secundus vocabitur *monarchos*;

Digitized by Google

continebit enim a primo Nemprot usque ad felicia tempora nostra Francorum et Gallicorum, maxime Boemorum, unde tua Serenitas traxit originem, ystorias, eciam Romanorum et omnium gencium principalium monarchias. Tertius *ierarcos* seu ierarticus vel ecclesiasticus merito nominatur, nam a primo sacerdote summo Melchisedech post Abel per Moysen et Aaron usque ad verissimum pontificem Christum per successiones Pontificum Romanorum et per Episcopos Boemie usque ad presencem Boemorum Primatem, venerabilem Arnestum,[1] primum Pragensem Archiepiscopum, necnon sanctorum patronorum Boemie gesta et miracula nostra diligencia duximus compilanda.

De Creatione (494-7).

1. *In principio* ergo *creavit Deus celum....*[2] *Plantaverat autem Deus paradisum voluptatis a principio,*[3] id est, in parte orientali, qui locus dicitur Eden ultra Indiam.[4]

2. Nam ut ex visis aliqua breviter inseramus: nos frater Iohannes de Florentia Ordinis Minorum, indignus Episcopus Bisynianensis, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo [5] a sancto Papa Benedicto duodecimo [6] cum aliis [7] mis-

[1] Arnestus Molowets natus Pardubitz 25 martii an. 1297, Episcopus electus an. 1343, Archiepiscopus vero Pragensis 30 april. 1344, e vivis sublatus est Rauditz 30 Iunii 1364, cf. Eubel, *Hierarchia catholica*, I, 429; Chevalier, *Répertoire des sources historiques, Bio-bibliographie*, 1355-56.

[2] Gen., I, 1.

[3] Gen., II, 8.

[4] Cf. *Dictionnaire de la Bible*, t. IV, 2120-28, et *Etudes Franciscaines*, 1924-1925, *Où plaça-t-on le Paradis terrestre?* Extrait, *Le Paradis terrestre au troisième ciel*; J. Kirtland Wright, *The Geographical Lore*, 261-64.

[5] Ambo MSS. Pragae nempe et Venetiarum an. 1334 prae se ferunt, quod absque dubio pro an. 1338 stat. Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 209, n. 1; Golubovich, *Biblioteca*, 271, IV, n. 3; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, ap. *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1917, 3, n. 1. *Chronica XXIV Generalium* erronee 1341 habent, *Anal. Franc.*, III, 530.

[6] 20 dec. 1334 - 25 april. 1342.

[7] Cf. supra, introd. gener.

Digitized by Google

sus fui cum apostolicis litteris [1] et donis nunccius et Legatus ad Kaam, summum omnium Thartarorum Imperatorem, qui tenet quasi dominium medietatis orbis orientalis, cuius potestas et copia civitatum, terrarum, linguarum, diviciarum et regiminis infinitorum quodammodo populorum excedit omnem narracionem.[2]

3. Recessimus de Avinione mense decembris, pervenimus Neapolim in principio quadragesime, et ibi usque ad pascha quod fuit in fine marcii,[3] expectavimus navigium Ianuensium venturum cum nuncciis Thartarorum quos misit Kaam de Cambalec, maxima civitate, ad Papam pro mittendis legatis et ad aperiendam viam et fedus componendum cum christianis, eo quod multum honorat et diligit fidem nostram.[4] Summi etiam principes sui imperii tocius plus quam triginta millia qui vocantur Alani et totum gubernant imperium orientis sunt christiani, re vel nomine,[5] et dicunt se sclavos Pape, parati mori pro Franquis; sic enim vocant nos, non a Francia sed a Franquia.[6] Horum primus Apostolus fuit frater Iohannes dictus de Monte Corvino, qui primo miles, iudex et doctor Friderici Imperatoris post 72 annos factus frater Minor doctissimus et scientissimus.[7]

4. Pervenimus autem in Constantinopolim per mare in kalendis maij [8] et fuimus in Peyra usque ad festum sancti Iohannis Bapti-

---

[1] Duodecim erant epistolae. Novem apud BF VI, 62-66, publici iuris factae sunt, reliquae vero apud *Biblioteca*, IV, 261-62, n. 1, inveniuntur.

[2] Cf. supra, relationes Iohannis de Monte Corvino, Epist. III, n. 5; Peregrini, n. 7; Andreae de Perusia, nn. 1-2; B. Odorici, cap. XIX.

[3] 28 martii.

[4] Cf. supra introductionem.

[5] Cf. P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie centrale et d'Extrême-Orient*, ap. *T'oung Pao*, 641-42.

[6] Quid Francia et Franquia hic sibi volunt non constat; cf. Ducange, *Glossarium*. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 210, hunc locum vertunt: For s othey term us, not indeed from France, but from Frank-land; A. C. Moule e contra: They call us Franks not because we come from Francia (Europe) but because of our freedom (franquia), *The Minor Friars in China*, l. c., 1917, 3, n. 2; Secundum Ascelinum, ap. *Specul. Historiale*, cap. XXX, 87, Franci essent omnes christiani, praeter orientales.

[7] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 7-8, et n. 3.

[8] 1 maii.

Digitized by Google

ste [1] non ociose, quia summam deputacionem habuimus cum Patriarcha Grecorum [2] et toto concilio eorum in pallacio sancte Sophie, ubi Deus fecit in nobis novum miraculum dans nobis os et sapienciam cui non potuerunt resistere [3] et se necessario esse scismaticos confiteri conpulsi sunt, nichil in sue dampnacionis pallium pretendentes nisi superbiam intolerabilem presulum Romanorum.

5. Inde navigavimus mare Maurum [4] et in octo diebus pervenimus in Caffa, ubi multarum sectarum sunt christiani.[5] Inde ad primum Thartarorum Imperatorem Usbec pervenimus [6] et obtulimus litteras,[7] pannos, dextrarium, cytiacam [8] et dona Pape, et post hiemem bene pasti, vestiti et remunerati magnifice et cum eius equis et expensis pervenimus in Armalec imperii medii, ubi fecimus ecclesiam, emimus aream, fecimus fontes, cantavimus missas et baptisavimus plures, libere et publice predicantes, non obstante quod anno precedenti solempne martirium passi sunt ibidem pro Christo Episcopus et sex alii fratres Minores, miraculis coruscantes, quorum nomina: frater Rychardus Episcopus, natione Burgundus; frater Franciscus de Alexandria; frater Paschalis Hyspanus, qui fuit propheta et *vidit celum apertum* [9] et predixit sibi et sociis suis martirium et Thartaros de Saray

---

[1] 24 iunii.

[2] Iohannes Caleca, 1333-1347, cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 272, n. 2; III, 295.

[3] Cf. Act., VI, 10: *Et non poterant resistere sapientiae et spiritui qui loquebatur.*

[4] Mare Nigrum.

[5] Cf. Golubovich, *Biblioteca*, II, 546-47.

[6] Ibid., III, 177-81: *L' Imperatore Usbek Kan nelle relazioni con la S. Sede e coi Francescani.*

[7] *Dudum ad notitiam*, 31 oct. 1338, BF VI, 64; alia epistola a Summo Pontifice ad primogenitum Imperatoris Tynybech missa fuit, *Laetamur in Domino*, ibid., 64-65.

[8] Secundum A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, l. c., 1917, 4, n. 1, cytiaca idem vellet ac sabaium, quod est potus ex fructibus praeparatus et fermentatus; secundum Dobner, Yule-Cordier, *Cathay*, III, staret pro zythiaca, id est, liquor causticus, vulgo rosoglio; secundum Golubovich, *Biblioteca*, IV, 272, 3, idem esset ac tyriaca aut theriaca, id est, compositum medicinale contra venenum.

[9] Act., X, 11.

Digitized by Google

destruendos diluvio, Armalec perituram propter ipsorum martirium, Imperatorem illum tertio die occidendum post ipsorum martirium, et multa alia gloriosa ; frater Laurentius de Ancona : frater Petrus ; frater Indus interpres illorum et Gillottus mercator.[1]

6. Anno tercio post nostrum recessum de curia circa fines de Armalec recedentes, pervenimus ad Cyolloskagan,[2] id est ad montes arene quos faciunt venti, ultra quos ante Thartaros nullus putavit terram habitabilem, nec putabatur aliquam terram esse. Thartari autem voluntate Dei, mirabili industria transierunt et fuerunt in campo maximo, ubi dicitur torrida zona et impertransibilis a philosophis, quam tamen Thartari transierunt, et ego eciam bis ;[3] de qua in psalmis David : *Posuit desertum*[4] etc. Qua pertransita pervenimus in Cambalec, ubi est summa sedis imperii orientis, de cuius magnitudine incredibili et populo, ordine militum sileatur. Maximus autem Kaam, visis dextrariis[5] et donis Pape et litteris bullatis[6] et Regis etiam Roberti[7] cum auro et nobis, gavisus est *gaudio magno valde*,[8] reputans bonum, ymo optimum omne, et summe nos honoravit.

---

[1] Cf. supra, relationem martyrii.

[2] Desertum Gobi, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 213, n. 1.

[3] Golubovich, *Biblioteca*, IV, 273, n. 3, hoc de bino transitu per desertum Gobi intendit ; Meinert vero, *Johannes von Marignola*, et Yule-Cordier, *Cathay*, III, 213, n. 2, pro prima vice desertum Gobi, pro secunda autem vice desertum Syriae, in recessu Fr. Iohannis, ponere vellent.

[4] Psalm., CVI, 35, *Posuit desertum in stagna aquarum.*

[5] Descriptio unius equi in libro sinico Yüan Shih, c. XL, f. 6*r* invenitur, cf. A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, l. c., 5-6, n. 1 ; P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*, 642-43, de dono sic scribit : « L'Empereur fut très vivement impressionné par ce cadeau. Sur son ordre des lettres firent des éloges de cet animal.... D'autre part un peintre de la Cour, Tcheou Lang, peignit l'Empereur monté sur ce destrier. Au XVIIIe siècle, le P. Gaubil vit ce tableau dans les collections du palais. J'ai pu suivre la trace du cheval de Tcheou Lang jusqu'en 1815.... » ; Yule-Cordier, *Cathay*, III, 214, n. 1.

[6] BF VI, 63-64, *Quamvis commissa.*

[7] Rex Neapolis et Hierosolimae, 1275-1343, cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 39-52 ; Chevalier, *Répertoire, Bio-bibliographie*, 4000-4001.

[8] Matt., II, 10, *Gavisi sunt gaudio magno valde.*

Digitized by Google

7. Ego autem solempniter indutus cum cruce pulcherrima, que me precedebat cum luminaribus et incenso, cantando *Credo in unum Deum* intravimus coram illo Kaam in glorioso palacio residente; et cantu finito, largam dedi recipienti humiliter benediccionem.[1] Et sic missi fuimus ad imperialem aulam nobis honorabiliter preparatam, assignatis duobus principibus qui nobis in omnibus necessitatibus habundantissime ministrabant in cibis et potibus et usque ad papirum pro laternis,[a] deputatis servitoribus et ministris de curia; et sic per annos quasi quatuor [2] servierunt infinitis semper honoribus, vestibus pretiosis pro nobis et famulis extollendo. Et si bene omnia computarem, ultra valorem expendit quatuor milium marcarum pro nobis; eramus persone triginta due.

8. Fuerunt autem disputaciones facte contra iudeos et alias sectas [3] multe et gloriose, sed et multus animarum fructus in illo imperio factus est. Habent enim fratres Minores in Cambalec ecclesiam cathedralem inmediate iuxta palacium et solempnem archiepiscopatum [4] et alias ecclesias plures in civitate [5] et campanas, et omnes vivunt de mensa Imperatoris honorifice valde.[6]

9. Videns autem Imperator ille quod nullo modo volui remanere, concessit quod cum suis annorum trium expensis et donis redirem ad Papam, et cito ego vel alius mitteretur Cardinalis solempnis cum plenitudine potestatis et esset Episcopus, quia illum gradum summe venerantur omnes orientales sive sint christiani sive non, et esset de Ordine Minorum,[7] quia illos solos

[a] Verisimiliter pro *latrinis*, cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 273.

[1] Audientia locum habuit 19 aug. 1342, cf. P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*, 642; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, 5-6, n. 1.

[2] Cf. infra, ubi Marignolli de «tribus annis» loquitur.

[3] Cf. *Jean de Mont Corvin*, 23-24, et nn.

[4] Cf. tertiam epistolam Iohannis de Monte Corvino, nn. 2, 3.

[5] Prima ecclesia completa fuit an. 1298-99; secunda an. 1306; tertia an. 1318, cf. epistolam Fr. Peregrini, nn. 2, 6.

[6] Iam Chingis Chan christianos sacerdotes ab impositis vectigalibus liberavit; Kubilaï autem an. 1289 officium speciale pro eis instituit, cf. *Jean de Mont Corvin*, 40, n. 3.

[7] Haec verba aegre intelligerentur si Fr. Nicolaus, Episcopus Khanbaliq deputatus, revera ibi adfuisset, cf. Lemmens, *Die Heidenmissionen*

Digitized by Google

cognoscunt sacerdotes et putant Papam semper talem, sicut fuit ille Ieronimus Papa [1] qui misit eis Legatum, quem sanctum venerantur Thartari et Alani, fratrem Iohannem de Monte Corvino Ordinis Minorum, de quo supra.[2]

10. Fuimus autem in Cambalec annis quasi tribus. Inde per Manzi iter nostrum direximus cum expensis Imperatoris magnificis et equis quasi ducentis, et vidimus *gloriam mundi* [3] in tot civitatibus, terris, villis et rebus, que nulla lingua posset exprimere [a] sufficienter.

11. A festo autem sancti Stephani [4] usque ad dominicam olivarum [5] per mare Indicum pervenimus ad nobilissimam civitatem Indie, nomine Columbum ubi nascitur piper tocius orbis.[6] Nascitur autem in vitibus, que plantantur ad modum vinearum omnino, et facit vitis primo racemos quasi labruscas viridis coloris, post facit quasi racemos et est intus vinum rubeum quod manu mea pro salsa expressi in scutellam. Post maturantur et exsiccantur in arbore et arescit pre nimio calore et siccum excutitur parvo baculo cadens super linteamina et recollitur. Ista oculis vidi et manibus contrectavi mensibus XIV, nec comburitur, ut menciuntur scriptores, nec nascitur in desertis sed in ortis. Nec saraceni sunt domini sed christiani Sancti Thome, qui habent stateram ponderis tocius mundi, de qua pro meo officio tamquam Legatus Pape habebam omni mense fanones [7]

[a] MSS. *reprimere.*

des Spätmittelalters, 75; P. Pelliot, *Chrétiens d'Asie Centrale et d'Extrême-Orient*, 642. Golubovich tamen Fr. Nicolaum Khanbaliq fuisse tenet, *Biblioteca*, III, 419-24.

[1] Nicolaus IV, antea Hieronymus Massi Asculanus nominatus, cf. *Chronica XXIV Generalium*, *Anal. Franc.*, III, 355-67.

[2] Sub. n. 3.

[3] Matt., IV, 8, *Ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum.*

[4] 26 decembris.

[5] Cf. supra itinerarium.

[6] Quilo, cf. relationem B. Odorici, cap. IX.

[7] Moneta fan qua Sinenses et Indi utebantur, valorem valde mutabilem habebat ; ideo valor apud Marignolli aegre determinari potest, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 217-18, n. 2. Secundum Ibn Batuta, eius valor tantum aestimatur quantum circiter libra, cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 274, n. 4.

Digitized by Google

de auro talis monete centum, in fine mille. Ibi est ecclesia sancti Georgii latinorum ubi mansi,[1] et picturis egregiis decoravi, et docui sacram legem.

12. Tandem transiens gloriam maximi Alexandri qui erexit columpnam,[2] ego in cono mundi contra paradisum erexi *lapidem in titulum, fundens oleum desuper* [3] scilicet columpnam marmoream, desuper crucem lapideam usque ad finem mundi duraturam,[4] quam presentibus quasi infinitis populis erexi, consecravi et benedixi, sculptis armis Pape et nostris et litteris tam indicis quam latinis, principibus illis super humeros portantibus me in lectulo seu ferculo Salomonis.[5]

13. Inde valefaciens fratribus post annum et quatuor menses, multis patratis gloriosis operibus, perrexi ad famosissimam Reginam Saba,[6] a qua honorati [sumus] post fructum ibidem animarum ; sunt enim ibi pauci christiani. Deinde perreximus per mare ad Seyllanum [7] montem gloriosum ex opposito paradisi. Et de Seyllano usque ad paradisum, ut dicunt incole ex tradicione patrum, sunt miliaria ytalica quadraginta, ita quod, ut dicitur, auditur sonitus aquarum fontis cadencium de paradiso.

Capitulum de paradiso (497-8).

1. Est autem paradisus locus in terra circumvallatus mari oceano, in parte orientali ultra Indiam Columbinam contra montem Seyllanum, locus altissimus super omnem terram, at-

---

[1] Verisimiliter a Iordano O. P. erecta, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 218, n. 1. Marignolli infra n. 13, dicit : « valefaciens fratribus ».

[2] Circa hanc legendam, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 218-20, n. 2.

[3] Gen., XXVIII, 18 : *Tulit lapidem.... et erexit in titulum fundens oleum desuper.*

[4] Secundum varios auctores ut Day, *Land of the Permauls*, 212, et Broadley Howard, *Christians of St. Thomas*, 9, haec columna usque ad hodierna tempora exstitit ; paucis vero abhinc annis evanuit, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 219-20, n.

[5] Cant., III, 9-10.

[6] Insula Sumatra, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 191-96. Pro Regina Sabae, cf. *Dictionnaire de la Bible*, V, 1287.

[7] Insula Ceylon.

Digitized by Google

tingens ut probat Iohannes Scotus globum lunarem,[1] ab omni altercacione remotus, locus omni suavitate ac claritate amenus,[2] in cuius medio oritur fons de terra scaturiens et irrigat pro tempore paradisum et omnia ligna eius. Sunt autem ibi plantata omnia ligna producencia fructus optimos mire pulcritudinis, suavitatis et odoris in cibum hominis. Fons autem ille derivatur de monte et cadit in lacum,[3] qui dicitur a philosophis enphitrites,[4] et intrat sub alia aqua spissa et post egreditur ex alia parte et *dividitur in quatuor* flumina [5] que transeunt per Seyllanum; et hec nomina eorum: [6] Gyon qui circuit terram Ethiopie, ubi sunt modo homines nigri, que dicitur terra Presbiteri Iohannis,[7] et iste putatur esse Nylus qui descendit in Egiptum per interrupcionem factam in loco qui dicitur Abasty,[8] ubi sunt christiani sancti Mathei Apostoli,[9] quibus Soldanus est tributarius propter istum fluvium, quia possunt claudere viam aque et periret Egyptus.[10]

2. Secundus fluvius vocatur Phison [11] qui *circuit omnem terram Evilach* [12] per Indiam, et descendere dicitur per Cathay,

---

[1] *Opera omnia*, Parisiis 1891-5, t. XIII, 70-2; *Oxon.* II, dist. XVII, quaest., II, 70-77.

[2] Cf. supra Lib. I, cap. de Creatione, n. 1.

[3] Pro descriptione paradisi prout hic habetur, cf. Gen., II, 10-14.

[4] Secundum Golubovich, *Biblioteca*, IV, 275, pro amphitrite = mare staret.

[5] Cf. Gen., II, 10: *Dividitur in quatuor capita.*

[6] Pro quatuor fluminum historia, cf. *Dictionnaire de la Bible*, IV, 2120-28.

[7] Cum hispanico anonymo, de quo infra sermo erit, Marignolli primus inter auctores, regionem Presbyteri Iohannis in Abyssinia ponentes, esse videtur.

[8] Pro Abasey, vox arabica Habsh = Abyssinia, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 223, n. 1.

[9] Pro legenda S. Matthaei, Abyssiniae Apostoli, cf. *Dictionnaire de la Bible*, IV, 876.

[10] Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 223-24, n. 1; idem apud Iordanum invenitur, *Mirabilia*, 40.

[11] Gangus.

[12] Pro Hevilath, cf. Gen., II, 11: *Phison, ipse est qui circuit omnem terram Hevilath.* Situs regionis Hevilath non constat, immo a quaestionibus nondum solutis circa paradisi terrestris et quatuor fluminum identificationem dependet, cf. *Dictionnaire de la Bible*, III, 689.

Digitized by Google

et ibi mutato nomine dicitur Caramora, id est nigra aqua,[1] quia ibi nascitur *bedellium* [2] *et lapis onichinus*,[3] et puto quod sit maior fluvius de mundo aque dulcis, quem ego transivi, et habet in ripa sua civitates maximas et optimas et maxime ditissimas in auro. Et in illo flumine in domibus ligneis vivunt et morantur artifices optimi et maxime serici et pannorum aureorum in tanta multitudine, ut vidimus oculis nostris, quod iudicio meo excedunt totam Ytaliam; et habent in ripis habundanciam serici plus quam totus alius mundus; et navigant cum tota domo nichil mutando cum familiis suis; hec vidi.[4] Et tandem ultra Caffa absorbetur arenis et post erumpit et facit mare quod dicitur Bacuc [5] ultra Thana.[a]

3. Tercius fluvius vocatur *Tygris. Ipse vadit contra Assyrios* [6] et descendit prope Nynevem maximam *itinere dierum trium*,[7] ubi missus fuit Ionas ad predicandum, cuius sepulcrum ibi est.[8] Et ego fui et steti ibi XIV diebus in oppidis circumstantibus factis de civitate destructa.[9] Ibi sunt optimi fructus et maxime malogranata mire dulcedinis et magnitudinis, et fructus omnes sicut in Ytalia. Et ibi ex opposito est civitas facta ex ruinis

[a] Emler *Chana*.

[1] Caramoran = Kara-Muren aut flumen Nigrum Tartarorum vel Hoang-ho Sinensium. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 224-25, n. 1, addit: He [Marignolli] jumbles into one river the Phison Ganges (or Indus), Volga (or Oxus), Hwāng-Ho and Yang-tze-Kiang, and then turns them all topsy-turvy.

[2] Lapis pretiosus aut planta cui nomen amyris agallochum est, cf. *Dictionnaire de la Bible*, I, 1527-28.

[3] Cf. ibid., IV, 1823-25, ubi diversi sensus lapidis onichini inveniuntur, Gen., II, 12: *ibi invenitur bdellium et lapis onychinus.*

[4] Haec descriptio Yang-tze-Kiang, non vero flumini Hoang-ho convenit, Yule-Cordier, *Cathay*, III, 225, n.

[5] In mente Fr. Iohannis hic de Rha (Volga) agitur; quomodo vero istud flumen cum mare Bacuc, id est Caspio, connectitur, nescitur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, ibid.

[6] Gen., II, 14.

[7] Ion., III, 3: *Ninive erat civitas magna itinere trium dierum.*

[8] Cf. *Dictionnaire de la Bible*, III, 1604-1605; Yule-Cordier, *Cathay*, III, 225, n. 1.

[9] Circa Ninivem destructam, cf. *Dictionnaire de la Bible*, IV, 1626-33.

Digitized by Google

Nyneve que vocatur Monsol.[1] Ab isto fluvio usque ad quartum est longitudo terrarum, quarum ista sunt nomina : Mesopotamia, id est terra in medio aquarum ; [2] Assyria terra Abhrahe et Iob.[3] et est ibi civitas Abagari Regis, que fuit pulcherrima et christiana olim, cui scripsit Christus manu sua et misit epistolam suam,[4] et nunc saracenorum est.[5] Ibi fui quatuor diebus in magno timore.

4. Ultimo pervenimus ad quartum fluvium nomine Eufrates, qui dividit Syriam, Assyriam, Mesopotamiam a Terra Sancta. Quo transito fuimus in Terra Sancta, ubi maxime sunt civitates, maxime Alep ubi sunt multi christiani induti more latino et locuntur linguam quasi gallicam, scilicet quasi de Cipro.[6] Inde venitur Damascum, ad montem Libani, in Galileam, in Samariam, Nazareth, Iherusalem ad sepulchrum domini Ihesu Christi.

De arboribus paradisi (498).

De transgressione primorum parentum induccione serpentis (498-9).

1. *Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terre,*[7] id est creatus magis propter exercicium prudencie ad hominis utilitatem quam propter aliam necessitatem. Unde dicitur in Ewangelio : *Estote prudentes sicut serpentes* [8] etc., non quod haberet loquelam naturalem vel usum racionis, tamen fuit permissum dyabolo, uti tamquam instrumento, et non aliud animal nobilius, ut ex sui vilitate vanius movere posset animam Eve. Qui dixit Eve, quam invenit solam vagabundam : *Cur precepit vobis Deus*

---

[1] Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 225, n. 1.

[2] Septuaginta vocem 'ăram nahăraim = syria duorum fluminum, in Mesopotamiam, regionem inter flumina verterunt, *Dictionnaire de la Bible*, IV, 1022.

[3] Ibid., I, 74-82 ; III, 1559-60.

[4] *Abgar V Oukhama, Textes de la légende, sa valeur, origine*, ap. *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques*, I, 113-14.

[5] Anno 1097 a christianis capta ; an. 1146 sub potestate saracenorum redacta est.

[6] Cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 226, n. 1.

[7] Gen., III, 1.

[8] Matt., X, 16.

Digitized by Google

quod *non* manducaretis *de omni ligno?* Eva *respondit*: Nos comedimus de omnibus fructibus paradisi, sed de illo sciencie boni et mali *precepit ne comederemus* neque *tangeremus ne forte moriamur....*[1]

2. *Fecit* autem eis *tunicas pelliceas.*[2] Nos communiter dicimus pelliceas, melius tamen dicitur filiceas, quia de quadam materia que filorum est, que nascitur inter surculos nargillorum [3] ad modum rethis, sicut portavi et dimisi Florentie.

3. Et prohibuit Deus esum ligni vite. Videte, inquit, angeli ne sumant de ligno vite et vivant in eternum.[4] Et statim angelus cepit Adam per brachium et posuit eum ultra lacum in montem Seyllanum, ubi fui quatuor mensibus, et in casu posuit Adam pedem dextrum super lapidem qui adhuc est,[5] et statim miraculo divino forma plante pedis eius infixa est in marmore et usque hodie perseverat. Et est magnitudo seu longitudo duorum nostrorum palmorum et dimidii, plus scilicet quam media ulna de Praga, quam non ego solus mensuravi, sed alius peregrinus saracenus Hispanus, quia vadunt multi ad peregrinacionem Ade. In alio autem monte, ad quatuor quasi parvas dietas, exposita etiam per angelum fuit Eva. Et ut hystorie illarum gentium narrant, nec Sacre Scripture contradicunt, fuerunt ab invicem separati diebus quadraginta in luctu; post quos angelus duxit Evam ad Adam quodammodo desperantem et consolatus est eos.[6]

De monte Seyllano historia (499-501).

1. Verum quia materia requirit, et credo delectabile et aliquibus proficuum, historiam de Seyllano duximus presentibus inserendam, dummodo placeat Cesaree Maiestati, si vero non

---

[1] Cf. Gen., III, 1-3.

[2] Gen., III, 21.

[3] Cf. descriptionem nargillorum sub cap. De horto Ade et fructibus ipsius, Emler, 501-2; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 281; cf. etiam Jordanus, *Mirabilia*, 43.

[4] Cf. Gen., III, 22.

[5] Cacumen Adami est in parte meridionali insulae.

[6] Haec apud musulmannos adhuc narrantur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 228, n. 1.

Digitized by Google

placeat obelus cicius emendabit. Et primo videndum est quomodo pervenimus ad eum et qualiter, secundo de eius condicionibus.

2. Primo namque cum nos dimissi a Kaam summo Imperatore cum donis maximis et expensis transire per Indiam temptaremus, alia via per terram clausa propter guerras et nullomodo pateret transitus, preceptum fuit Kaam quod veniremus per Manzi,[1] que olim maxima India vocabatur.[2] Habet autem Manzi civitates et populos sine numero et nobis incredibilia sunt nisi vidissem copiam omnium rerum, fructuum quos nunquam gignit terra latina, et civitates maximas triginta millia, exceptis villis et oppidis infinitis. Et inter illas est civitas famosissima nomine Campsay[3] mirabilior, pulchrior, dicior et maior cum maiori populo et pluribus diviciis et deliciis, edificiis et maxime ydolorum templis, ubi sunt mille et duo millia religiosi simul habitantes, quam aliqua civitas que sit in mundo vel forte fuerit unquam. Ubi scribunt scribentes esse decem milia poncium nobilium de lapide cum sculpturis et ymaginibus principum armatorum. Incredibile est non videnti et tamen forte non menciuntur.[4]

3. Est etiam Zayton,[5] portus maris mirabilis civitas, nobis incredibilis, ubi fratres Minores habent tres ecclesias pulcherrimas, optimas et ditissimas,[6] balneum, fundatum,[7] omnium mercatorum depositorium, habent etiam campanas optimas et pulcherrimas, quarum duas ego feci fieri cum magna solempnitate, quarum unam videlicet maiorem Iohanninam, aliam Antoninam decrevimus nominandas, et in medio sarracenorum sitas.[8]

---

[1] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. XIX, n. 1, 2. [2] Cf. supra.

[3] Hang-tcheou, cf. itinerarium B. Odorici, c. XXIII ; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, l. c., 8-10, n. 1.

[4] Cf. itinerarium B. Odorici ubi XII millia pontium occurrunt, sed descriptio ibi desideratur, cap. XXIII, n. 1.

[5] Cf. ibid., cap. XXI.

[6] Tempore Fr. Peregrini (1318) unica inveniebatur ecclesia ; postea Andreas alteram struxit (cf. epistolam) ; Odoricus (itinerarium, cap. XXI) has ecclesias commemorat. Itaque post 1326 tertiam erexerunt ecclesiam.

[7] Yule-Cordier, *Cathay*, III, 229-30, n. 1 ; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 279, n. 5, immerito manuscriptorum vocem fundatum in fundacum verterunt. Ambo enim eadem volunt, A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, 11, n. 2.

[8] Haec ultima notitia notatu dignissima est, quia saraceni christianorum campanas abhorrebant, cf. M. Bihl et A. C. Moule, *Tria nova*

Digitized by Google

4. Recessimus autem de Zayton in festo sancti Stephani et in quarta feria maioris ebdomadae[1] pervenimus in Columbum. Deinde volentes navigare ad Sanctum Thomam Apostolum[2] et inde ad Terram Sanctam,[3] ascendentes iunkos de inferiori India que Minubar[4] vocatur, in vigilia sancti Georgii[5] tot procellis ferebamur, quod sexaginta vicibus vel amplius fuimus quasi demersi sub aqua usque ad profundum maris, et solo divino miraculo evadentes, tot mirabilia vidimus, scilicet ardere mare, dracones ignivomos volantes et occidentes aliorum iunkorum[6] personas in suo transitu,[7] nostro divina ope manente illeso virtute Corporis Christi, quod portabam, et meritis Virginis gloriose et sancte Clare. Et quia omnes christianos induxeram ad lamentum et penitenciam, ipsaque procella durante dedimus vela ventis, nos divino regimini committentes, de solis animabus curantes.

5. Divina autem clementia nos ducente, die inventionis sancte Crucis,[8] invenimus nos perductos ad portum Seyllani nomine Pervily[9] ex opposito paradisi, in quo dominabatur contra verum Regem tyrannus quidam, nomine Coya Iaan,[10] castratus, pessimus

---

documenta de missionibus Fr. Minorum Tartariae Aquilonaris an. 1314-22, ap. AFH XVII, 57, 65; XVI, 111, lin. 28-30; Golubovich, *Biblioteca*, III, 179; BF V, 148.

[1] Ob opiniones diversas circa annum recessus, ut iam dixi, dies certus determinari nequit.

[2] Ad S. Thomae sepulchrum (Madras).

[3] Yule post Meinert immerito (Terram) Sanctam in (Terram) Sabam correctum volunt, Yule-Cordier, *Cathay*, III, 230, n. 2; cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 280, n. 2; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, 11, n. 3.

[4] Vera lectio apud Ms. Venet. invenitur; alterum Ms. Nimbar habet, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 230, n. 4; A. C. Moule, *The Minor Friars in China*, 11, n. 4.

[5] 22 aprilis.

[6] Cf. supra itinerarium B. Odorici, cap. VII n. 6; Yule-Cordier, *Cathay*, III, 230, n. 3.

[7] Similis tempestas in eodem mari descripta invenitur in libro sinico *Fo-Koue-Ki*, cap. XL, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 231, n. 1.

[8] 3 maii.

[9] Barberyn seu Beruwala, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 231, n. 4.

[10] Kwája Jahán, sive titulus gubernatorum Dehli; aut Jálasti, id est gubernator civitatis Colombo tunc temporis, cf. ibid., 231, n. 5.

Digitized by Google

sarracenus qui pro magna parte occupaverat regnum propter infinitos thesauros quos habebat. Qui tamen prima facie nos honoravit ficte, postmodum curialiter nomine mutui accepit nobis LX milia marcarum in auro, in argento, serico, pannis aureis, lapidibus preciosis, perlis, camphora, musto, mirra et aromatibus ex dono maximi Kaam et aliorum principum et xenia missa Pape, et fuimus curialiter capti quatuor mensibus.

6. In isto altissimo monte, forte post paradisum alciore qui sit in terra, putant quidam esse paradisum et male, quia nomen contradicit; vocatur enim ab incolis Zindanbaba: Baba, id est pater, et mama, id est mater in omni ydiomate mundi, et Zindan, idem est quod infernus; ideo Zindanbaba idem est quod infernus patris, quia ibi de paradiso expulsus, positus fuit pater quasi in inferno.[1]

7. In isto eciam altissimo monte est cacumen supereminens, quod raro videri potest propter nebulam. Deus autem misertus lacrimis nostris, quodam mane in aurora fecit ipsum luminosum et vidimus flammam clarissimam illustrantem ipsum. In descensu collis eiusdem montis est planicies altissima pulcra, in qua sunt per ordinem: primo forma pedis Ade, secundo statua quedam sedens, sinistra manu super genu quiescente, dextra levata, extensa contra occidentem.[2] Item domus eius quam fecit manibus suis quasi per modum sepulcri quadrangula oblonga, hostio in medio, de maximis lapidibus, marmoreis tabulis non muratis sed suppositis.[3]

8. Dicunt incole maxime religiosi, qui stant ad pedes montis sine fide sanctissime vite, quod illuc nunquam ascendit diluvium, ideo est permanens domus illa, sompniantes contra sacram Scripturam et dicta sanctorum. Ipsi tamen habent pro se argumenta apparencia valde, et dicunt se non descendisse de Caym

---

[1] In scriptis de rebus insulae Ceylan agentibus, nihil simile invenitur. In idiomate persico Zindan carceres audit sed multotiens de monumentis antiquis et mysteriosis dicitur; baba accurate de Adamo dicitur, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 232, n. 1.

[2] Hic de Buddhae statua sermo est.

[3] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. XVII, n. 2, et Yule-Cordier, *Cathay*, III, 233, n. 1.

Digitized by Google

nec de Seth sed de aliis filiis Ade, qui genuit filios alios et filias.[1] Quia tamen est contra sacram Scripturam, pertranseo.[2]

9. Nunquam tamen comedunt carnes, quia Adam nec alii comederunt carnes usque post diluvium. Nudi vadunt a lumbis et sursum, et pro certo sunt boni moris. Habent domus de foliis palmarum, que cum digito frangerentur, et dispersas per silvas plenas diviciis; et tamen securissime habitant a furibus, nisi sint aliunde et inopes vagabundi.

10. In eodem monte versus paradisum est fons maximus, bene decem milliarium ytalicorum, aquis optimis perspicuis, quem dicunt derivari de fonte paradisi et ibi erumpere; quod probant, quia aliquando erumpunt de fundo quedam folia ignota et in magna copia et lignum aloes et lapides preciosi sicut carbunculus et saphirus et poma quedam ad sanitatem. Dicunt eciam lapillos illos cavatos de lacrimis Ade, quod falsum omnino videtur. De multis aliis pertranseundum puto ad presens.

De horto Ade et fructibus ipsius (501-2).

De amictu parentum (502).

1. Fecit autem Dominus Ade et uxori eius tunicas pelliceas et induit eos. Sed queritur de quibus pellibus, vel de novo creavit quod non sapit, vel animal occidit quod non placet, quia nondum erant multiplicata per generacionem, et *duo et duo*[3] tantum in principio creata fuisse creduntur; ideo videtur sine assercione dicendum quod non pelliceas tunicas est legendum sed filiceas. Nam inter folia nargillorum, de quibus supra dictum est,[4] nascuntur fila ad modum tele staminis quasi grossi et rari sacci, de quibus etiam hodie sunt apud illos et apud Indos vestes pro

[1] De eodem argumento sed latius sub capitulo « De generacione et multiplicacione bonorum », Emler, 504-505; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 285, sequentia inveniuntur : « Filii autem Ade de Seyllano probant ad eos diluvium non venisse multis signis, et maxime quia in oriente sunt profugi, vagi multi quos et ego vidi, et dicunt se filios Caym, qui exterminatas habent facies tam horridas et horrendas quod terrent omnem hominem ».

[2] De universalitate diluvii, cf. sententias varias, ap. *Dictionnaire de la Bible*, II, 1350-56.

[3] Gen., VII, n. 2.

[4] Cf. supra, Lib. I, cap. de transgressione parentum, n. 2.

Digitized by Google

pluvia rusticorum, qui vocantur camalli,[1] portantes scilicet onera, et eciam homines et mulieres portant super scapulas in lecticis, de quibus in Canticis : *ferculum fecit sibi Salomon de lignis Lybani*,[2] id est lectulum portatilem, sicut portabar ego in Zayton et in Yndia.

2. Unam talem vestem de filis illis camallorum, non camelorum, portavi ego usque Florenciam et dimisi in sacristia Minorum, similem vesti Iohannis Baptiste. Nam pili camelorum sunt delicacior lana que sit in mundo post sericum. Fui enim aliquando cum infinitis camelis et pullis camelorum in deserto vastissimo, descendendo de Babilone confusionis versus Egiptum per viam Damasci cum Arabibus infinitis. Nec in Seyllano sunt cameli sed elephantes innumeri, qui licet sint ferocissimi, raro tamen nocent homini peregrino.[3] Ego equitavi super unum Regine Saba, qui videbatur habere usum racionis, si non esset contra fidem.

De victu parentum (502-3).

1. Vixerunt autem in Seyllano primi parentes de fructibus istis et bibebant lac animalium, non carnes ante diluvium, sicut nec adhuc comedunt homines qui se dicunt filios Ade, comederunt. Fuit autem positus Adam in monte Seyllano et incepit ibi edificare domum, ut dictum est supra,[4] de tabulis maximis marmoreis etc. Ibi habitant homines religiosi [5] et mundissimi, ymo tante mundicie quod nullus habitaret in domo ubi spuisset aliquis, ymo quamvis raro spuant, tamen vadunt longe tam pro sputo quam pro alia materia. Comedunt tantum semel in die, nunquam bis ; nullum potum preter lac et aquam bibunt, orant mundissime, scribunt primo in arena digito et sic docent formare literas pueros, postmodum stilo ferreo in foliis papiri, scilicet arboris cuiusdam.

2. In claustro sunt due arbores dissimiles in foliis ab omni alia ; sunt circumdate coronis aureis et gemmis et luminaria

---

[1] Iuxta idiomata tursicum et indianum Hhamál idem vult ac portator, Golubovich, *Biblioteca*, IV, 283, n. 4; Yule-Cordier, *Cathay*, III, 241, n. 2.

[2] Cant., III, 9.

[3] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. XVII, n. 4.

[4] Cap. De monte Seyllano historia, n. 7.

[5] Religiosi buddhistae.

Digitized by Google

sunt ante eas, et illas colunt et adorant, ut dicunt, et fingunt se ex tradicione Ade ritum talem suscepisse, quia ex ligno dicunt Adam futuram sperasse salutem,[1] et consonat illi versui David : *Dicite in gentibus quia Dominus regnabit*[2] in ligno, quamvis secundum hebraicam veritatem melius dicatur « curabit a ligno ». Isti eciam nunquam in crastinum servant aliquid in domo sua, in arena iacent, nudipedes incedunt, baculos in manu gestant ; tunica quasi fratrum Minorum sine capucio et mantello ad modum Apostolorum plicato super humerum sunt contenti. Vadunt omni mane processionaliter pro prandio mendicando risum, occurrunt eis principes cum maxima devocione vel alii et dant ad mensuram et numerum personarum. Lixum in aqua comedunt cum lacte nargillorum et musis.[3]

3. Hec vidi oculis meis, et fecerunt michi festum quasi essem de ordine eorum.

De generacione et multiplicacione generis (503).
De oblacionibus Abel et Caym (503-4).
De filio Ade Seth sancto (504).
De generacione et multiplicacione bonorum (504-5).
De gigantibus (505-6).
De diluvio et composicione arche Noe, capitulum (506).

II.

Secunda etas, et incipit secundus liber qui Monarchos nominatur (506-7).

1. Noe egresso de archa cum uxore et tribus filiis et totidem uxoribus residentibus in monte altissimo Ararat vel Armenie,

[1] Marignolli haec secundum saracenorum fabulas refert, ita Yule-Cordier, *Cathay*, III, 242, n. 1.

[2] Psalm., XCV, 10. Textus minus recte a Marignolli refertur, ex eo quod *in ligno* et *a ligno* additamentum posterius est, cf. Knapenbauer, *Commentarius in Psalmos*, 352.

[3] Cf. supra sub cap. De hortu Ade et fructibus eius, Emler, 501 ; Golubovich, *Biblioteca*, IV, 281, legitur: « Sunt enim in horto illo Ade de Seyllano, primo muse, quas incole ficus vocant. Musa autem magis videtur planta hortensis quam arbor ».

Digitized by Google

ubi adhuc arche illius vestigia esse dicuntur,[1] etas secunda incipit secundum scriptores; et ex tunc incipiunt omnium gencium mundi regna describi, pro eo quod ante diluvium erat quasi divinus seu thearticus principatus. Nam idem erat princeps primogenitus et sacerdos; post diluvium autem cepit tyrannides dominari, et ideo secunda nostri operis distinccio sive liber monarchos nominatur. In quo describemus principalium omnium gencium monarchias donec ad propositum veniamus, tamen breviter et succincte decurrendo per concordiam sacre Scripture cum decursu gentilium, sequendo B. Augustinum ut prosequitur hystoriam Lib. De civitate Dei.[2]

2. Dedit ergo Noe mandatum filiis, Deo iubente, de latria veneranda, id est de cultu unius Dei per sacrificia, de multiplicanda prole et de divisione terrarum, ut implerent eas et pacifice viverent. Post decessum illius, ipse quasi quietam vitam eligere cupiens, sibi Cethym insulam, que nunc Cyprus dicitur, reservavit. Sem ergo primogenitus quia Rex et sacerdos, post patrem obtinuit medietatem orbis, scilicet totam Asiam maiorem que est a mari Albo ultra Ungariam, ubi nunc sunt Olachi,[3] per rectam lineam totum illud imperium Usbec, Katay, Yndias, Ethiopiam usque ad finem mundi.[4]

3. Aliam autem medietatem, alii duo fratres inter se diviserunt. Cham Africam, ubi est Terra Sancta, Cartago, Turusium [5] usque finem mundi; Iaphet minor Europeam ubi sumus nos, scilicet ab Ungaria citra et Roma, videlicet Germaniam, Franciam, Boemiam, Poloniam et Angliam et usque ad finem mundi....

---

[1] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. II.

[2] PL 41, 13-804.

[3] Valachi. Mare Album, secundum tabulam fratris Mauro, et verisimiliter idem vult Marignolli, nihil aliud esset quam lacus Albus seu russice Bielo Osero, de cuius latere oritur fluvius Szesna, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 246-47, n. 2.

[4] Conceptus huius lineae transversalis totum orbem terrarum in duas dividentis partes, quarum occidentalis medietas Europam et Africam et orientalis totam Asiam complectabatur, tunc temporis inter geographos ignotus non erat, cf. ibid.

[5] Tunisium.

Digitized by Google

De cultu post diluvium (507-9).

1. *Sem* studuit colere verum Deum.... Hic secundo anno *post diluvium genuit Arfaxat* [1] qui eciam genuit Elam,[2] a quo nobilis generacio Alanorum in oriente dicitur exorta; et est hodie maior et nobilior nacio mundi et homines pulcriores et forciores.[3] Quorum auxilio Tartari optinuerunt imperium orientis et sine quibus nunquam habuerunt victoriam gloriosam; conduxit enim Cingwis Caam, primus Thartarorum Rex, de eis LXXII principes, quando voluit precepto Dei castigare mundum.[4]

2. Genuit autem Sem XXIV principes familiarum, Caam XXXIII, Iaphet pater noster XV, et tot postmodum divise sunt lingwe, minus tantummodo una etc. Arfaxat filius Sem anno etatis XXXV genuit Sela vel Sale,[5] a quo Yndia populata est et divisa in tria regna. Quorum primum vocatur Manzi, maior et nobilior provincia mundi pulcrior amenior et lacior, in qua est illa nobilis civitas Campsay,[6] Zayton,[7] Cynkalan,[8] Ianu [9] et alie multe civitates Manzi olim Cyn,[10] ubi usque hodie est portus et civitas nobilis que dicitur Cynkalan, id est magna Yndia, nam Kalan est magnum, ad differenciam secunde Yndie que dicitur Mymbar, ubi est Cynkali id est parvum,[11] parva Yndia.

---

[1] Cf. Gen., XI, 10.

[2] Cf. Gen., X, 22.

[3] Alanorum descriptio huius temporis apud Amianum Marcellinum invenitur: « Proceri autem Alani paene sunt omnes et pulchri, crinis mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate terribiles et armorum levitate veloces », cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 248, n. 1.

[4] Haec minus recte a Marignolli notantur, ex eo quod post victoriam tantum Ogodai, Alani servitium Mongolorum acceperunt, ibid., n. 2.

[5] Gen., X, 24; I Par., I, 17.

[6] Hang-tcheou.

[7] Ts'iouen-tcheou.

[8] Canton.

[9] Yang-tcheou.

[10] Circa originem vocis Cyn, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, I, 10-14.

[11] Secundum Yule-Cordier, *Cathay*, III, 249, n. 1 (Cyn) kali idem audit ac kalil quod est parvus.

Digitized by Google

3. Secundum Yndie regnum vocatur Mynibar,[1] de quo loquitur beatus Augustinus [2] de philosophis caninis, qui ideo canini dicti sunt, quia naturam canum imitari docebant, ne videlicet de naturalibus homo verecundari deberet; nec tamen potuerunt persuadere populis quod eciam filii non verecundarentur coram patribus balneari vel pudenda ostendere. Ibi est civitas Columbi, ubi nascitur piper,[3] de quo supra.[4]

4. Tertia provincia Yndie vocatur Maabar, ubi est ecclesia sancti Thome quam manu propria edificavit, et alia quam edificavit cum operariis, quibus solvebat de lapillis marinis quos vidimus et de uno ligno inciso in monte Ade in Seyllano, quod fecit secari et de pulvere secature seminate sunt arbores. Fuit autem lignum illud ita maximum incisum per duos sclavos suos et ipsius cingulo tractum in mare et precepit ligno dicens: « Vade, expecta nos in portu civitatis Mirapolis ».[5] Quo cum pervenisset, Rex cum toto exercitu suo conabatur trahere in terram, nec movere potuerunt homines decem millia. Tunc supervenit sanctus Thomas Apostolus indutus camisia, stola et mantello de pennis pavonum, super asinum, sociatus duobus illis sclavis et duobus magnis leonibus sicut pingitur, et clamavit: « Nolite, inquit, tangere lignum quia meum est ». « Unde », inquit Rex, « probas tuum »? Qui solvens funiculum quo erat precinctus precepit sclavis: « Ligate lignum et trahite in terram ». Quo facillime in terram tracto, Rex convertitur et donat sibi de terra quantum voluit cum asino circuire. Ecclesias edificat in civitate in die, sed nocte ad tria miliaria ytalica ferebatur ubi sunt pavones innumeri, unde sagitta, quam fricciam [6] vocant, in latere, sicut misit manum in latus Christi, percussus, hora completorii ante suum oratorium iacens et sangwinem sacrum totum per latus effundens tota nocte predicans, mane reddit animam Deo. Sacerdotes tunc terram illam sangwine mixtam collegerunt et secum

---

[1] Cf. 16, n. 9.
[2] PL 41, 428, *De civitate Dei.*
[3] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. IX.
[4] Cf. supra, Lib. I, cap. de Creatione, n. 11.
[5] Meliapur.
[6] Vox italica freccia.

Digitized by Google

sepelierunt, de qua vidi expressum miraculum in persona mea duplicatum, alibi recitandum.[1]

5. Mirum autem continuum ibidem apparet, tam de apercione maris quam de pavonibus, et quia quanto plus trahitur terra de illa fovea una die, tantum scaturit alia, de qua bibita curantur languores, tam per christianos quam per Thartaros [2] et paganos fiunt aperta miracula.[3] Dedit eciam Rex ille stateram ponderis piperis beato Thome et omnium specierum aromatum in eternum, quam nullus potest eis auferre sine periculo mortis.[4] Fuimus ibi diebus quatuor; ibi est summa perlarum piscacio....

6. De monstris que hystorie vel fabule fingunt vel pingunt et dicuntur esse in Yndia, de quibus eciam beatus Augustinus, Lib. De civitate Dei XVI [5] facit memoriam, puta quod sunt qui tantum in fronte unum habent oculum, quidam plantas versas post crura; quibusdam utriusque sexus naturam, et dextram mammam virilem, sinistram muliebrem esse fingunt; alii sine capite et sine ore, in pectore tantum habere foramen; alii per nares tantum alitu vivere; alii statura cubitali cum gruibus dimicare; alii octavum annum non excedere, quinquies concipere et parere; alii sine iunctura; alii supini iacentes planta pedis umbram sibi faciendo; quidam habentes capita canina; ypopotamos et alia multa monstra poete finxerunt. De istis omnibus sic concludit beatus Augustinus: Aut nullo modo sunt, aut si sunt et racione utuntur vel uti possunt, ex Adam omnes homines sunt, aut monstra in natura sunt tamen ex Adam, sicut inter nos aliquando nata sunt pauca, in illis partibus et in toto genere humano sunt multa, sicut ponit exemplum de variis gibbosis, de homine habente sex digitos et de aliis multis.

7. Sicut Imperator nobilissimus Karolus quartus portavit de Tuscia puellam in facie omnino pilosam et in toto corpore maxi-

---

[1] Miraculi huius narratio in chronicis nullibi invenitur; pro legendis hic relatis, cf. *Dictionnaire de la Bible*, I, 160-61.

[2] Tunc temporis Sinenses constanter ut Tartari habebantur, et Sinensium naves aliquando Meliapur appulentes Tartarorum aestimabantur, ideo confusio hic adest, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 251, n. 3.

[3] De illa legenda, cf. ibid., n. 2.

[4] Cf. itinerarium B. Odorici, cap. X.

[5] PL 41, 485-87.

Digitized by Google

mis pilis, sicut esset filia wulpis,[1] non tamen per se in Tuscia est talis populus, nec mater sua fuit talis nec alii filii, sed nobis similes. Sicut illud monstrum quod vidimus eciam diebus nostris in Tuscia, in districtu Florencie, nasci de pulcra matre, habens duo capita perfecte formata, quatuor brachia, duo pectora usque ad umbilicum perfecta forma, ibi coniungebantur et unus quasi pes ex latere procedebat, et post duos tantum pedes habebant, et tamquam due persone baptizate fuerunt et supervixerunt diebus septem.

8. Vidi eciam Bononie, quando ibi legebam, ovem que peperit simile monstrum, scilicet agnum habentem duo capita septem pedes ; non tamen putandum est esse aliquam speciem bestiarum, sed monstra nature sunt....

9. Ego tamen omnium provinciarum Yndorum curiosissimus peragrator, sicut sepe plus habui animum curiosum quam virtuosum, volens omnia nosse si possem, et qui plus dedi operam, ut puto, quam alius qui legatur vel sciatur,[2] ad investigandum mirabilia mundi, et transivi per principaliores mundi provincias maxime ubi tocius orbis mercatores conveniunt, scilicet in insula dicta Ormes,[3] nunquam potui investigare pro vero tales gentes esse in mundo, ymo ipsi a me petebant utrum essent. Nec est aliqua nacio talis, nisi ut dixi, monstrum, nec illi qui finguntur uno pede sibi umbram facere sunt nacio una, sed quia omnes Yndi communiter nudi vadunt, portant in arundine parvum papilionem semper in manu quem vocant cyatyr,[4] sicut ego habeo Florencie, et extendunt contra solem et pluviam quando volunt ; istud poete finxerunt pedem.

Incidens de quodam Yndo baptizato (509-10).

1. Cum eciam essem in Columbo cum principibus illis christianis, qui Modilial[5] vocantur, domini piperis, ante ecclesiam

[1] Haec etiam a M. Villani narrantur, Muratori, *Rerum italicarum scriptores*, Mediolani 1729, XIV, lib. V, cap. 53, col. 337.

[2] Difficile est dictu cuinam ex praecedentibus itinerantibus alludit: Iohanni de Plano Carpini, Guillelmo de Rubruc, Marco Polo an Odorico, cf. Golubovich, *Biblioteca*, IV, 288, n. 1. [3] Ormuz.

[4] In idiomate Persico Chatr, cf. Yule-Cordier, *Cathay*, III, 256, n. 2.

[5] Pro Mudiliar, id est, qui praeest, in sensu largo, ibid., 257, n. 1.

Digitized by Google

